695 P

~~E. 2. 19*~~
EH 4

John Locke copy
Autograph of
John Locke
verified by Mr Dodgson
MSS. Dept British
Museum

For
The Osler Library
from
Leonard L. Mackall
1921 In Memory of
Dear "Dr. Osler"

N.B. This is John Locke's
copy, as shown by
his signature on
verso of the
first fly leaf

1062

See also pp. 32-33

1ª

Lockeiana

VIRGILIUS MARO (PUBLIUS) 70–19 B. C.

1062. Poemata. Novis Scholiis illustrata, quæ Henr. Steph. . . . dedit . . . 2ª ed . . . sm. 8°. [*Geneva*], 1583.

Locke's copy, with his signature on the verso of the first flyleaf and notes by him on pp. 32–3.

Given by Mr. L. L. Mackall, 1921, in memory of Sir W. Osler.

"Besides these books . . . Virgil . . . may be read to form one's mind to a relish of a right way of speaking, and writing." Locke, no. 1034, p. 235.

l c

John Locke

PVBLII VIRGILII MARONIS POEMATA.

NOVIS SCHOLIIS ILLVSTRATA, quæ HENR. STEPH. partim donata, partim è virorum doctissimorum libris excerpta dedit.

Cætera quæ hæc SECVNDA EDITIO *exhibet, pagina sequente recensentur.*

ANNO M. D. LXXXIII.

ADIVNCTA CALCI
huius secundæ editionis.

VIRGILII VITA, ex Tiberio Donato, aut alio potius quicunque est eius autor.

ALIA AD VIRGILII VITAM PERTINENTIA, ex Sebast. Corrado.

DE VIRGILIO TESTIMONIA veterum scriptorum.

DE DELECTV IN DIVERSIS APUD Virgil. lectionibus adhibendo, SCHEDIASMA HENR. STEPHANI.

INDEX IN VIRG. POEMATA.

De illis autem duobus & viginti versibus libri secundi Æneidos, quorũ primi initium est, *Iámque adeò super vnus eram* (qui à Tucca & Varo sublati fuisse credũtur) déque aliis plerisque Virgilij versibus doctissimum habes Fr. Campani commentariolum, à me cum Parrhasij libello excusum, qui & ipse multos eiusdẽ poetæ locos illustrat.

NOBILISS. ET VARIA
eruditione ornatissimo viro, D. THOMAE REDINGERO,
Henricus Stephanus S. D.

P. VIRGILIVM MARONEM, vir ornatissime, quidam Platonē poetarum Latinorum, nonnulli Iouem etiam appellare nō dubitarunt. Quare vt Aratus primordia sui carminis à suo deorum Ioue cepit, sic ego ab hoc Ausoniorum vatū Ioue mei circa poemata typographici laboris principium ducendum esse existimaui. Quid dico typographici? imò verò non typographi tantùm sed variorum simul artificum literariorū (quibuscunque illi nominibus vocandi sint) partes sustinere hac in editione, præsertim ob ea quæ margini adiicienda erant scholia, necesse habui: quas tamē sustinendas mihi fore nequaquā prę-uiderā. Tantum igitur abest vt hanc editionem elaborās dixerim, (poetę mei verbis apud ipsum vtens,) *-non vlla laborum,*

O vates, noua mi facies inopinâve surgit:
Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi:

vt contrà in hæc illius verba initio attonitus eruperim, *-quæ prima pericula vitem?*

Quidve sequens tantos possim superare labores?

Hinc enim, magno variarum lectionū numero, illinc, magna difficilium locorum multitudine penè obruebar, à vulgatis autem editionibus, si-

quando eas in consilium adhiberem, sicut à Terētianis aduocatis, incertior reddebar. Ideóque quū in illis, (atq; inter illas ijs potissimum quæ paucis abhinc annis prodierunt) spem aut saltē maximam spei partem posuissem, apud me sæpe non sine dolore dixi,

-heu spe pascebar inani.

Atque vt de alijs editionibus taceam, quū Manutianam, à qua præsertim non parum adiumēti sperabam, peruolutassem, ibi quoque *omnia* pro *omina*, locis aliquot, & alia quædam haud leuiora errata deprehēdi: ad scholia autē margini apposita vt veni, multa in ijs animaduerti quæ me apud Seruium iisdem verbis legisse recordarer. Tandémque quum meæ non fidendum esse memoriæ putarem, ad Seruianos cōmentarios accessi: ac statim, quod de paucis tantùm annotationibus seu annotatiunculis suspicabar, verum esse in omnibus propemodū, eásque velut riuulos quosdam esse ex illo fonte (non magno plerunque cum iudicio) deductos, & Seruij nō Manutij annotationes seu scholia vocari debuisse comperi. Vix enim centesima quæque aliquid habet quod inde nō manauerit. Verùm quū siue Manutius, siue potius alius, quicūque illas excerpsit, pro nouis eas obtrudere mallet, in quodam qui in ipso limine occurrit loco Seruiū reprehēdit, & aliquid melius quàm ille dare voluit. Sed statim pòst errorem multo maiori reprehensione dignum committit, vbi *da*, quod est in hoc versu, *Sed tamē, iste de⁹ quisit, da Tityre nobis*, dixit esse simile ei qđ habet iste loc⁹ li. 6, *-da (nō indebita posco Regna meis fatis) Latio cōsidere Teucros.*

Hoc tam fœdo in ipſo penè limine lapſu (cuius honorem titulus libro præfixus Manutio in binis ipſiuſmet typographicis editionibus defert) necnõ alijs quibuſdam earundem annotationũ locis ita fui offẽſus, ſimúlque deterritus, vt illas aſpernat⁹, aliud cõſiliũ inire coactus ſim: ne ſicut mihi aliiſque plurimis fucus antea titulo illo factus fuerat, ita nunc quoque in mea editione fieret. Præſtiti igitur quod pro tempore, ſimúlque ex tẽpore (quia propter iam cõductas à me operas lupum auribus tenebam) præſtare potui. Quum enim cuidam amico, quem iudicio valere ſciebam, negotium dediſſem, excerpendi primùm ex Seruio, deinde ex alijs etiam noſtri ſeculi doctiſſimis quibuſdam viris (præſertim ex Cæſare Scaligero, Turnebo, Sebaſt. Corrado) quorundã locorũ noſtri poetæ expoſitiones, illis quæ ab eo excerpta erant (& quidem ita vt prima nominis litera quæ cui adſcribẽda eſſent indicaret) tumultuarias quaſdam meas enarrationes, atq; adeo nõnullas eo ipſo tẽporis articulo quo cõmittẽdę prelo erãt, ſcriptas, adiũxi.

Sed libet earum etiam editionum quarũ margini alię quàm Manutianę illæ annotatiunculæ appoſitę ſunt, mentionẽ facere: quò lectori meũ in illis quoque reiiciendis cõſilium probem, atque ita me ad edendum nouas, aliarum penuria fuiſſe adactum oſtendam. Siquidem editio Erythræi (quã Virgilij παλιγγλυπτίαν appellauit: & vnde quæ fuerũt ea poſteriores, aliæ aliud decerpſerũt) habet illa quidẽ margini adiũcta plurima, ſed quorum bona pars eiuſmodi ſit vt magiſne laborioſè an curioſè collecta, neſcias. Vix

enim tricesima, vix quinquagesima quæque annotatiũcula lectori sensum loci aut vocabuli in eo difficilioris exponit: sed (si quis paucos locos excipiat) partim rhetoricum artificiũ & rhetoricas atq; alias quasdam figuras indicant, partim varij circa versuũ structurã artificij varia genera proponunt: alphacismos, deltacismos, cappacismos, mytacismos, pitacismos, sigmatismos, tautacismos, phitacismos, aliáq; eiusdem farinæ multa: quæ sunt eiusmodi vt poetam de illis μηδ' ὕπαρ μηδ' ὄναρ cogitasse dicturi sint quicunque Heliconem vel à limine salutarunt. Sed nimirũ ita fit plerunque vt dum nimis acuti esse volumus, inepti fiamus, & aliorum imitari diligentiam non cõtenti, stultè curiosi potius quàm diligentes obseruatores simus. Quum autem de imitãda aliorum diligentia loquor, ad Pontanũ præcipuè, id est ad eius Actiũ, respicio: vbi magno & ipse præditus iudicio nobis spectandũ ipsius poetæ iudicium in quorundã versuũ compositione proponit. Veluti quum nos animaduertere iubet cur dixerit, *-multũ ille & terris iactatus & alto*, potius quàm, *-multúmq; & terris iactatus & alto*. Itẽ cur in hoc versu, *Multa quoq; et bello passus, dum conderet vrbem*, ita loqui maluerit quàm sic, *Multa etiã bello passus*. Quum docet eũ dixisse, *tot adire labores*, non *tot obire labores*, ne in asperitatem quandam & confragosum sonũ incideret: quũ denique alios quãplurimos versus eodem modo examinat. Verùm si in his quoque nonnulla sunt quæ nimis curiosa videntur (vt omittã ea in quibus multos à se dissentiẽtes habiturus sit) illas alliterationum enumerationes,

quid aliud quàm matæotechniam esse dicemus? Nihil enim me Pontani autoritas mouet, in eo quòd Virgilium ob alliterationem *loca fœta furentibus austris*, non *plena*, dixisse tradit. Scilicet enim tantum alliterationi tribuerit Virgilius, vt eius duntaxat rationem habens, illo quàm hoc vti maluerit: nec aliud (credo) in voce *fœta* perspici possit, propter quod eam alteri, vt magis poeticam, prætulerit.

Si igitur in editiones poematum Virgilij (vt generalius iam de ijs etiã loquar quæ nullas annotationes margini appositas habent) tantã diligentiam contulissent quidam, quantam præfixi vnicuique illarũ splendidissimi tituli iactant, equidem vt mihi nihil laboris reliquisset, ita etiam omnem huic meæ editioni honorem præripuissent. Ac fuit certè tempus quum velle ad fidem veterum exemplariũ recognoscere Virgilium, hominis esse putarem qui actum agere vellet (præsertim quum essent quædam editiones quibus doctissimorũ etiam virorũ nomina, tanquam earum assertorum, præfixa essent) sed nunc tandẽ, quum diligenter omnes examinandę fuerunt, rem longè aliter se habere comperi. Nam ea editio Lugdunensis (vt alias omittam.) quæ se Antonij Goueani castigatione venditat, & (quod magis mirandũ est) præfixam habet ipsius Goueani epistolam, quædã est fœdissimorum mendorum sentina: ex quibus nonnulla etiam sunt periculosissima.

Schediasma de delectu in diuersis apud Virgiliũ lectionibus adhibẽdo inchoatum reliqui, aliâs quod deest adiecturus: simúlque VIRGI-

LIVM ἑλληνίζοντα, VIRG. ἀρχαΐζοντα, VIRG. ἰδιάζοντα, siue νεωτερίζοντα, VIRG. διθυραμβίζοντα, VIRG. δανειζόμυον & δανείζοντα, VIRG. ὡραϊζόμυον, vel καλλωπιζόμυον, VIRG. παροιμιαζόμυον VIRG. πολυσχήματον, VIRG. αὐτεξηγητὼ (Deo faueẽte) daturus. Tũc autem & ipse, quos è Græcis vel ἀπαραλλάκτως imitatus est locos, vel aliquid παραλλάτων, exhibere decreui: sed adhibito, quẽ nondũ adhibitũ esse miror, delectu. Atque vt in eo delectu aliquot locos ab aliis allatos reiiciã, ita vicissim quos non attulerint additurus sum: simúlque in horũ nonnullis nouã quãdam poetę nostri in furando solertiam (qua velut oculos prẹstringit) patefacturus. Exempli gratia, lib. IX, *Nec te Troia capit*, Philippi ad filium Alexãdrum apophthegma exprimit, Μακεδονία σὲ οὐ χωρεῖ. Et lib. XI, *cœlúmque obtexitur vmbra:* & XII, *obũbrãt æthera telis*, meritò ad Laconis dictũ allusisse videatur: qui Persæ hosti dicẽti solẽ præ multitudine sagittarum visum non iri, respõdit, *In vmbra igitur pugnabimus.* Quid quòd in vnica interdum epitheti voce dictum aliquod memorabile inclusum videri potest? velut quum dicit, *Palmum fugacem sternit.* Hîc enim ad illud Simonideum alludi puto, ὁ δ' αὖ θάνατος ἔνιχε κὴ τὸν φυγόμαχον. (ita enim scribo, non ἐφῆκε) quod Horatius totidẽ verbis interpretatus est, *Mors & fugacem persequitur virum.*

Verùm vt ab iis quæ promitto ad ea quæ repræsento redeam, hanc editionem, vir ornatissime, boni consulas velim: quam tibi, tum quòd gratam fore sperarem, tum quòd te huiusmodi laborum æquissimum æstimatorem esse scirem, dicandam censui. Vale.

HENRICVS STEPHANVS

LECTORI S. D.

SI superstes foret Thomas Redingerus, vir ornatissimus, & cuius memoria inter literatos semper viuat dignissimus, secundam ad illum in secunda mei Virgilij editione epistolam scripsissem: in qua, quomodo tractatus à nonnullis expositoribus hic poeta fuerit, ex quo illa prodiit tempore, narrauissem: atque adeo quosdam locos qui non minus quàm antea, non expositi, sed propemodum depositi, ab illis relicti fuerunt, protulissem. Verùm quum id quod eius auribus committi non amplius potest, tuis committendum esse existimauerim, rogo vt hoc agas.

In illa igitur prima editione, cum de alijs multis, tum verò de ineptis quorundam locorum explicationibus querens, in exemplum annotatiunculam quandam afferebam, margini appositam, Ecloga prima, non procul à principio,

Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.

Hîc enim annotatum inueniebam, D A, *quod hîc legitur, eundem vsum habere cum eo quẽ & in hoc libri sexti loco habet,*

-da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.

Quam adeo crassam annotationem ab illo tam subtili viro profectam esse mirabar: quum minimè obscurum sit, D A, *in illo quidem priore loco, esse Dic: vt alibi vicissim* A C C I P E *est Audi: at in posteriori ita esse*

dictum, Da Teucros cõsidere Latio, *vt libro eiusdem poematis quinto*,

-da flammam euadere classi.

nimirũ hoc dà *significante Concede, Permitte: & Homericum δὸς exprimente (quod ei in prima etiam & propria significatione respondet) cuius exempla noster Græcæ linguæ Thesaurus tibi exhibebit.*

Quum (inquam) tam crassum errorẽ minimè tacuissem, sed publicè quoque de eo admonuissem, vt ipse saltem, qui præcedentium editionum breuia scholia habentium, limen obsederat, ex sequentibus reiceretur: ecce tamen contrà, in iis etiam quæ postea prodierunt, eum magna cura conseruatum esse animaduerti: quod mihi plus admirationis an stomachi mouerit, haud facilè dixerim.

Ac (quod magis etiam mireris) quasi hæc vocula apud poetam omnia fato subiciẽtem, fatale & ipsa quidpiam habeat: vt videlicet in expositores ineptos, aut saltem expositiones ineptas, incidat: non minus ridicula duobus alijs in locis de illa annotata fuerũt. Quorum vnum memoria mihi nunc suggerit, ex Æneidos primo,

Æole (nanque tibi diuûm pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Hîc enim scribitur à quodam (qui & ipse Italus est: sed Bononiensis, quum alter Venetus fuerit) Dedit mulcere, *tale esse quale illud Terẽtianum*, Date illi bibere: *additúrque (quod vel Heraclito risum mouere possit) talem esse in sacris etiam literis infinitiuum*, Non veni soluere legem, sed adimplere.

Neque tamen soli Itali (ne illi totam hãc sibi gloriam vendicent) talem risus materiam apud hunc

poetam nobis ſuppeditant. Ecce enim, Venetia nõ ita pridem ad nos Ciſalpinos editionem miſerunt huius poetæ, cum ſcholijs à quodam Belga collectis. In illis cum alia pleraque ad riſum mouendum aptiſſima leguntur, tum verò quædam in hunc locum Georgic. lib. 1,

In primis venerare deos: atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Quum enim ego hîc operatus *expoſuiſſem*, Facta re diuina *(quam ſignificationem hoc Latinum ex Græcorum poetarum verbo* ῥέζειν, *ſeu* ἔρδειν, *traxiſſe conſtat) ille, quòd vt opinor, annotatiunculam meam ieiunam nimis & macilentàm eſſe iudicaret, aliquid de cute curanda adijciendum illi cenſuit: ideóq; ſcripſit*, Facta re diuina. Sic Horatius, In cute curanda plus æquo operata iuuentus. *Hæc quum ita ſint, vel potius, ſi hæc ita ſunt, cur hos iuuenes reprehendis Horati? cur eos plus æquo rem diuinam in cute curanda feciſſe dicis? Planè enim iſtud ex illa annotatione conſequitur. Quid autem dignum riſu eſt, ſi hoc non eſt? ſi tamen res eadem & flagris & riſu digna eſſe poteſt.*

Sed audi aliud quiddam eiuſdẽ, quod fortaſſe magis etiam dignum hac pœna iudicabis. Vbi enim dicit noſter poeta (dicit autem libro ſuæ Æneidos ſecundo)

-& ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferũt, *vult* merentem *ſignificare Dolentem. Atqui ſi* merentem *hîc ſonaret Dolentem, ibidem* merentis *non aliud eſſet quàm Dolentis, in iſto libri eiuſdem loco,*

-& ſumpſiſſe merentis Laudabor pœnas.

Quem verſum ideo etiam adijcio, vt obiter hoc quoq;

ostendam, Virgilium vtrobique illam ἐπιχαιρεκακίαν (si ita vocanda est) isto vocabulo lenire. Quinetiam vt vna eadémque opera manifestum hæc collatio locorum faciat, in isto libri septimi versu,

Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente,

rectè Quod scelus tantum exposítum esse Quam tantum sceleris pœnam.

Cæterùm, si alibi etiam quàm in locorum explicationibus, iocularis nouitas placere tibi potest, habes apud eundem non pauca nouè, quod ad sermonẽ, quædam paradoxè etiam, quod ad sententiam attinet, dicta. Cuiusmodi est quòd Virgilium in aliquot locis octauo casu vti annotat. O nimium diuitem Latinorum linguam, cui tandem octo casibus instructam esse contingit: ô nimium pauperem Græcam, quæ tantùm quinque habet: aut sex, ad summum: si fortè illam ablatiuo non destitui (id est, eundem & datiuum & ablatiuum esse) euinci possit.

Itáne (dices) eum qui in Virgilium annotationes audet edere, talia de lingua Latina nobis nugari? itáne merentem illud, Dolentem exponere? & quid in scriptura sit discriminis, quæ in quantitate syllabica sit differentia, à se ignorari ostendere? Aliud quod respondeam non habeo, quàm ita esse tempora, non minus audacium videlicet quàm indoctorum hominum scripturientium feracissima: & interim vnà cum illis plerosque typographos non tantùm indoctos, sed planè illiteratos, quosdam etiam (proh pudor) analphabetos ferentia: quibus quum illi sua scripta excudenda tradunt, similes labra lactucas habere dici profectò possunt. Hinc certè accidit vt quẽadmodum paulo antè querebar de illo errore quem à me è scho-

liys expulsum alij in ea rursus intruserunt, ita de alijs quibusdam apud alios scriptores queri possim, qui ex meis editionibus fugati in alias postea recepti fuerunt. Præsertim verò Lexica quædam Græca, post meum Græcæ linguæ Thesaurum edita, malum hoc inuasit. Nonnulli enim excerptores præterquam quòd multas expositiones meas deprauarunt, quum eas non intelligerent, & contrahere tamen pauciora in verba vellent: nonnullas etiam voces, quas quum ex errore natas ignorantia tandem in Lexica inuexisset, primus expuleram (vt expellendas fuisse mihi fatebuntur quicunque mediocrem saltem in huius linguæ cognitione progressum fecerunt) suas in sedes, id est in quas intrusæ antea fuerant, reposuerũt. Sed hac de re alius erit dicendi locus.

Ad Virgilium vt redeam, vellem equidem, isti belli homines, qui apud eum, sicut apud cæteros scriptores, leuia tantùm nonnulla, & quidem potissimùm ad artificium (vt vulgo vocant) pertinentia, annotant, potius locorum difficilium sensum aperirent, aut saltem aperire conarentur. Multa enim ex iys quæ tanquam ad artificium spectantia ab illis afferuntur, pueris quoq; nonnullis futura sint obuia. Nisi fortè syllogismos etiam hoc nomine complectũtur: quos quidam præceteris diligẽter rimans, in hunc totam eclogam nonam concluſit:

Indignũ est Virgiliũ agris expelli, & vexari:
At id factum est:
Indignum igitur.

Immo verò vereor ne talis quoque syllogismus, vel potius melior, & melius veram formam seruans, à quibusdam illorũ qui eam ætatem nondum excesserunt, venire in mentem possit.

Laudanda sanè eorum est diligentia qui quidnam simile Virgilio aliquis ex scriptoribus Græcis dixerit, nobis ostendunt: sed tamen hos quoque ea quæ ab ipso dicta sunt Virgilio explicare maluissem: si quidē alterutrum tantùm præstare, & optionem dare voluissent. At verò ijs quid fiet, qui Græcæ linguæ imperiti, tamen alieno labore vtentes, Homeri & aliorum locos cum Virgilianis conferre audent: sed dum quomodo singula singulis respondeāt, docere volunt, illam suam inscitiam produnt, & suo ità indicio, tanquam sorices, pereunt: si perire est, existimationem suam amittere,

Talem certè lapsum, vel potius tales lapsus apud quendam deprehendi, à quo nihil tale expectabam. Verùm postea & alia apud eū inueni, quæ ne mirum illud mihi videretur, fecerunt: quippe qui quàm sit Græci sermonis rudis, vel pauculis hisce verbis ostendit, Apostrophus inclusus parenthesi. *Id autem in hæc verba annotat,*

(at tu dictis Albane maneres)

quæ libro VIII *leguntur.*

Quorsum verò hæc omnia? Ne iuuenes temere à cuiuslibet illū enarrātis ore (vt de Virgilio Virgilianè loquar) pendeant, sed magnā in expositoris seu expositorum delectu cautionem adhibeant. Ad mea quidem certè scholia quod attinet, etiamsi titulo suo (pro ea qua scripta sunt breuitate) respondeant, eiusmodi tamen non esse quæ spei multorum, multo etiam minus quæ desiderio respondere meo possint, fateor. Sed à me quoque in his fucum tibi, lector, esse factum, id saltem non erit qui meritò queratur. Seruio enim quæ sua erant, alijs itidem sua adscripsi: sed alijs, præsertimq; Cæsari Scaligero, & Adriano Turnebo, potius quàm

Seruio, vbique ferè subscripsi.

Quibusdam tamen in locis, in nullius verba me iurasse ostendi: sed expositionis meæ rationem, non tam propter temporis quàm marginis libri angustias, reddere nequiui: quod alioqui requiri videbatur. Exempligratia, in ipso Æneidos limine, vbi dicit poeta, tot voluere casus, mihi aliter quàm cæteri verba hæc explicanti, quidam in mentem non venisse hypallagen sunt suspicati. At illis ipsis hæc in mente suspicio non venisset, si, quid me moueret, addere licuisset. Consideraui enim, hoc loquendi genus, absque hypallage, quandam καινοπρέπειαν & tali poeta dignam audaciam habiturum: quinetiam allusione ad illud quod ab ipso etiam Terentio prouerbialiter dicitur, Hoc saxum voluo. Huius autem prouerbij non paruam esse debere autoritatem: quum ab ipso vsque Sisypho eius repetatur origo, atque alijs qui cum eo apud inferos, Saxum ingens voluunt, vt apud nostrum poetam legimus. Nisi (quod potius credo) plurali pro singulari abusus est. Cæterùm alij sunt loci in quibus à Seruio & quibusdam alijs discedere coactus fui, quòd violentas expositiones cane peius & angue oderim. Quam violentiam tamen quibusdam grammaticis adeo familiarem esse videmus, vt illa plenæ sint etiam pleraque eorum etymologiæ. Quid enim violentius quàm Parcas dictas esse per antiphrasin, quòd nemini parcant? & bellum, quòd res sit minimè bella? Faciũt certè talia vt eos multis etiam locis, quod ad horum explicationem attinet, vim afferre, minus mirer: sed non vt interim minus poetæ ipsius, vel potius lectorum eius, vicem doleam. Exempla autem eius quod dico, afferam, quum meas in illum obseruationes, vnà cũ ijs quæ in priori editione sum pollicitus, edã. Vale.

HENRICVS STEPHANVS
De Virgilio Et Ovidio.

Grandiloquum vt nulla ars potis est minuisse Maronem,
Auctior vt tu sis, ars dare, Naso, nequit.

De iisdem.

Quod Nasoni addat, qui frustra quæritat vsquã,
Frustra idem tibi quod detrahat, alte Maro.

De iisdem.

Vt non Virgilio poterit decrescere quicquam,
Nil Naso accrescet ingenioso tibi.

De iisdem.

Virgilij vt volui gyro maiore camœna,
Sic poterat volui, Naso, minore, tua.

De iisdem.

Tu Naso vt poteras in multis arctior esse,
In multis poteras latior esse, Maro.

De iisdem.

Luxurie tibi sæpe placet tua Naso camœna,
Exiguam aut nullam musa Maronis amat.

De iisdem.

Addere Virgilio sicut res ardua non est,
Ardua sic res est demere Virgilio:
Nasoni contrà res ardua demere non est,
Addere Nasoni, est arduus ille labor.

De iisdem.

Amni vt pulchrifluo Nasonis comparo musam,
Sic etiam musam comparo Virgilij.
Sed supra ripas sæpe ille extenditur amnis,
Sese intra ripas continet iste suas.

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA.

Ecloga I, cui nomen Tityrus.

ARGVMENTVM.

Quum Virgilius, cuius personam hîc sustinet Tityrus pastor, agrum vicinum Cremonæ amisisset, Romam venit: vbi quum sua eum carmina Mæcenati commendassent, Mæcenas autem Augusto, agrum recuperauit. Tityrum igitur felicem esse prædicat pastor Melibœus, (sub cuius nomine cæteri quoque pasto res Mantuani intelliguntur) & suam contrà calamitatem deplorat, finibus suis à milite veterano pulsus. Ipse autem Tityrus se tanti beneficii autorem colere & semper culturum esse profitetur. Cæterum fingit se seruum, qui libertatis desiderio Romam profectus sit, & eam tandem nonnisi in senectute consequutus. Quidam tamen, Seruium sequentes, *Fortunate senex*, intelligunt, qui fortunatus in senectute sit futurus.

MELIBOEVS, TITYRVS.

ME. *Tityre, tu, patulæ recubans sub tegmine fagi,*
Syluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.
TI. *O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.*
Nanque erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
ME. *Non equidē inuideo, miror magis: vndiq; totis*
Vsqueadeo turbatur agris. en ipse capellas
Protenus æger ago. hanc etiam vix Tityre duco:
Hîc inter densas corylos modò nanq; gemellos,

Recubans, vt se curi & otiosi solent.

Sub tegmine. In vmbra: vt mox. Sic, *Densas vmbr. cac. fagos.* vt σκιερὰ φηγός.

Patriam fugimus, si pro Exulam, dictum erit vt πατρίδα φεύγειν

Lentus, otiosus. vt respondetur, *hæc otia.*

Hæc otia, Hanc otiosam tranquillitatē. Quidam tamē exp. Hanc libertatē.

Semper d. Augustus, à me semper, vt deus, coletur, ob sua in me beneficia.

Turbatur. Imperson. Turbæ fiūt, Tumultus excitātur. ex Lucretio, *Ancipiti quoniā bello turbatur vtrinque.*

Prot. Lōgè antè prægredientes, ita vt non assequar.

Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.
TI. *Vrbem quam dicunt Romã, Melibœe, putaui*
Stultus ego huic nostræ similem, quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
MI. *Ecquæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?*
TI. *Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem,*
Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, & longo pòst tempore venit,
Postquã nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Nanque (fatebor enim) dũ me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quanuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi,
Non vnquã grauis ære domũ mihi dextra redibat.
ME. *Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares,*
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
TI. *Quid facerẽ? neq; seruitio me exire licebat,*
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hîc illum vidi iuuenẽ, Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hîc mihi respõsum primus dedit ille petenti:
Pascite, vt antè, boues, pueri, submittite tauros.
ME. *Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:*

Abest hic vers. à multis cod. & nothus putatur

Da pro Dic: vt

Accipe pro Audi.

Depulsos à lacte portare.

Georg. 4. *si parua licet componere magnis*, per parenthesin.

Sic alibi, Ecquis & Ecquid. Sed leg. etiã, *Et quæ.*

Ex quo incolui Romam, Mãtua relicta.

Quanuis enim.

Apostrophe ad vrbem Romã.

Talis pronom. repetitio. Ecl. 5.

Arbustiuę vites. i. arboribus maritatæ. T.

Præs. propitius.

Augustum.

Cui singulorum mensium kalẽdis rem diuinã facio.

Submittite iugo, ad arandum.

Vide argum.

Et tibi magna satis: quanuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas, Non tentabunt vllo morbo.
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hìc inter flumina nota, Padũ & Minciũ
Et fontes sacros, frigus captabis opacum. Sacros Naïadibus nymphis.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti, *Vmbras & frigora captant, Ecl. 2.*
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro:
Hinc altæ sub rupe canet frondator ad auras. Arbusti putator Sic. T.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. Sic ἔστενε τρυγὼν, Theocr.
TI. *Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,*
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè, pererratis amborum finibus, exul ἀλλήλων. T.
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
ME. *At nos hinc, alij sitientes ibimus Afros,* διψῶμεν.
Pars Scythiã, & rapidũ Cretæ veniemus Oaxẽ, Alij, vt v. præc.
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo pòst tempore fines, Vnquámne? vel, Nunquámne?
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot (mea regna) vidẽs, mirabor, aristas? Quod mihi est instar regni. Ex aristis messes, ex mess. anni intellig.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros: en queis conseuimus agros.
Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites:
Ite meæ (quondam felix pecus) ite capellæ.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ
Florentem cytisum & salices carpetis amaras.
TI. *Hìc tamen hãc mecũ poteris requiescere nocte*

Fronde super viridi. sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maiorésque cadunt altis de montibus vmbræ.

Molles, maturę, Ser. At Non. Recentiores.

Pressi lactis, coaguli.

Ecloga II, cui nomen Alexis.

ARGVMENTVM.

Corydon pastor, Alexidis pueri amore captus, nihil eorum prætermittit, quæ ad puerilem animum demulcēdū, mutuúmque amorem conciliandum, possunt pertinere: verùm, vbi se neque querelis, neque blanditiis, aut munusculis quidquam proficere intelligit, tandem ad se rediens, dementiámque suam agnoscens, ad intermissam rei familiaris curam sibi statuit reuertendum: vt assueto labore infelicis sui amoris (qui fere ex otio nasci solet) tædiū discutiat. Sub Corydone autē (si Donato credimus) Virgilium: sub Alexide Alexandrum intelligimus, Pollionis puerum: quem ab eo postea dono accepit.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini: nec quid speraret habebat.
Tantùm inter densas, vmbrosa cacumina, fagos
Assidue veniebat: ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere. mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia serpyllúmque herbas contundit olentes:
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras
Atque superba pati fastidia? nónne Menalcam?
Quanuis ille, niger, quanuis tu candidus esses.
O formose puer, nimium ne crede colori.

Sic ἔφη τις dixit Moschus.

Quæ profundebat non cōdita versu, & inclusa numeris, vt hîc sunt. T. Vel potius, Indigesta & confusa.

Vmbrosa frigora. siue Opacum frigus, vt s.

At nunc meridiano tempore sol omnia torret: quod arbusta cicadis resonātia ostēdūt. T.

Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Liguſtrorũ flores.
Despectus tibi sum, nec quis sim quæris, Alexi:
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans. Mora agreſtia, Br. At T. hyacinthi, ex Theocr.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ: Siculis Theocriti imitatione dixit.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Attico. Luct. in Statium.
Nec sum adeò informis. nuper me in littore vidi,
Quũ placidum vẽtis staret mare. non ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantùm libeat mecum tibi sordida rura
Atque humiles habitare casas, & figere ceruos, Quidã intell. de furcis, quibus caſę ſuſtẽtãtur.
Hœdorúmque gregem viridi compellere hibisco.
Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo. Ad hibiſcum. S.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiúmque magistros.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis Cannarum internodiis.
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum. Hypall. pro, Tu iſtam habes ſecundus.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiamnunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo. Sugunt. S:
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades ô formose puer. tibi lilia plenis,
Ecce, ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais,
Pallentes violas & summa papauera carpens, Albas. λευκία.
Narcissum & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia atque aliis intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneásque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Flaua. Vel, Molia. *Addã cerea pruna: & honos erit huic quoq; pomo:*
Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.
Rerũ imperitus *Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:*
Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis ah demens? habitarũt dij quoq; syluas,
Dardaniúsque Paris. Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam:
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:
Te Corydon ô Alexi. trahit sua quẽque voluptas.
Vnde apparet noctem appropinquare. Aliud enim ex alio intelligitur. Fab. *Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,*
Et sol crescentes decedens duplicat vmbras.
Me tamẽ vrit amor. quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltẽ potius, quorũ indiget vsus,
Viminibus mollique paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Ecloga III, cui nomen Palæmon.

ARGVMENTVM.

Menalcas & Damœtas, pastores, mutuis primùm inter se cõuiciis certant: mox, interueniente Palæmone iudice, amœbæi carminis lege disceptant: vbi neuter vincitur, sed vterque alteri, Palæmonis sententia, exæquatur.

MENALCAS, DAMOETAS, PALAEMON.

ME. Dic mihi Damœta, Cuium pecus? an Meliboei?

Hæc verba, *Dic mihi*, sunt curiosius interrogantis. D. in Hec.

DA. Non, verùm Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.

ME. Infelix ô semper oues pecus. ipse Neæram
Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
Hic alienus oues custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

DA. Parcius ista viris tamen obijcienda memento.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo (sed faciles Nymphæ risêre) sacello.

Al. *hirquis*, de oculorũ angulis. Quia rure erant earum sacella.

ME. Tũ credo, quũ me arbustũ vidêre Myconis
Atque mala vites incidere falce nouellas.

DA. Aut hìc ad veteres fagos, quũ Daphnidis arcũ
Fregisti, & calamos. quæ tu peruerse Menalca,
Et quum vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses.

ME. Quid domini facient, audẽt quũ talia fures?

Serui. Vel, Furaces serui.

Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs, multum latrante lycisca?
Et quum clamarem, Quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

Cane nato ex lupo & cane. S. ex Pl.

DA. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipse fatebatur. sed reddere posse negabat.

Mihi debitus ob victoriã: meæ victoriæ præmium.

ME. Cãtãdo tu illum? aut vnquã tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Itáne tu indoctus doctum viceris?

DA. Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

Radente aures, sonum ingratũ edente.

ME. *De grege non auſim quicquã deponere tecum.*
Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca:
Biſque die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verùm id quod multo tute ipſe fatebere maius,
Quoniam tam inſanus es vt au deas mecũ certare, cui es omnino impar.
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis,
Hederæ corymbis & vitis pampinis inter ſe mutuo nexu implicatis. T.
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon: & quis fuit alter
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?
Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
DA. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,*
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho:
Orpheáque in medio poſuit, ſyluáſque ſequentes.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
Pleonaſmus ex archaiſmo.
Si ad vitulã ſpectes, nihil eſt quòd pocula laudes.
M. *Nũ quã hodie effugies: veniã quocũq; vocaris.*
Audiat hæc tantùm vel qui venit (ecce) Palæmõ.
Efficiam, poſthac ne quenquam voce laceſſas.
DA. *Quin age, ſiquid habes: in me mora non erit*
Nec quenquã fugio. tãtùm vicine Palæmõ [vlla.
Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas.
PA. *Dicite: quãdoquidẽ in molli cõſedimus herba:*
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde ſequêre Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.
DA. *Ab Ioue principiũ muſæ. Iouis omnia plena:*
Habitat: quia vbique eſt, vt *Ionis omnia plena.*
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
ME. *Et me Phœbꝰ amat: Phœbo ſua ſẽper apud me*
Munera ſunt, lauri, & ſuaue rubens hyacinthus.
DA. *Malo me Galatea petit, laſciua puella,*

Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

ME. *At mihi sese offert vltrò meꝰ ignis, Amyntas:*
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

Vt supra, *Metamen vrit amor.*

DA. *Parta meæ Veneri sunt munera. nanq; notaui*
Ipse locum, aeriæ quo congessêre palumbes.

Amicæ meæ, quæ mihi est altera Venus.

ME. *Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta*
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Cõgessere nida mẽta, vt Plaut.

DA. *O quoties & quæ nobis Galatea locuta est!*
Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures.

Chrysomela, quæ & Cydonia, siue Cotonea. vel, Medica seu Citria.

ME. *Quid prodest quòd me ipse animo nõ spernis*
Si, dũ tu sectaris apros, ego retia seruo? [Amynta,

DA. *Phyllida mitte mihi (meus est natalis) Iola.*
Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Sacra faciam.

ME. *Phyllida amo ante alias. nã me discedere fle-*

Ita doluit vt fleret.

Et, longum formose vale, vale, inquit, Iola. [uit,

D *. Triste lupꝰ stabulis, maturis frugibus imbres,*
Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.

ME. *Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,*
Lenta salix fœto pecori: mihi solus Amyntas.

Depulsis à lacte, vt Ecl. 7.

DA. *Pollio amat nostrã, quãuis sit rustica, musã.*
Pierides vitulam lectori pascite vestro.

Asinius Pollio, q. Virgilio suos agros ab Augusto impetrauit.

ME. *Pollio & ipse facit noua carmina. pascite tau-*
Iã cornu petat, & pedibus qui spargat arenã. [rũ,

DA. *Qui te Pollio amat, veniat quò te quoq; gaudet:*
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.

ME. *Qui Bauiũ nõ odit, amet tua carmina Mœui:*
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Iũgat aratro, aut currui. Intell. Ita deliretvt hęc etiã faciat, quæ sunt contra naturam.

DA. *Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,*
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

ME. *Parcite oues nimium procedere. nõ bene ripæ*
Creditur: ipse aries etiamnunc vellera siccat.

DA. *Tityre pascentes à flumine reyce capellas:*

Ipſe, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
ME. *Cogite oues pueri: ſi lac præceperit æſtus,*
Vt nuper, fruſtrà preſſabimus vbera palmis. [*uo:*
DA. *Eheu quã pingui macer eſt mihi taur⁹ in ¨ er-*
Idem amor exitium eſt pecori pecoríſque magiſtro.
ME. ¨ *His certè neq; amor cauſa eſt vix oſſib⁹ hærẽt:*
Neſcio quis teneros ¨ oculus mihi fãſcinat agnos,
DA. *Dic qb⁹ in terris (& eris mihi magn⁹ ¨ Apol-*
Tres pateat cœli ſpatiũ non amplius vlnas. [*lo*)
ME. *Dic quibus in terris inſcripti nomina regum*
Naſcantur flores: & Phyllida ſolus habeto.
PA. *Non noſtrum inter vos tantas componere lites.*
Et vitula tu dignus, & hic: & quiſquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Al. Aruo. Sed eruo legumine pingueſcere pecus Pl. & Col. tradunt.

An, *Hi certè (neque amor cauſa eſt) vix oſſibus hærent.*

¨ *culus*, qui Gr. βάσκανος.

Apollinis loco te habebo in ſoluendis ænigmatis.

Ecloga IIII, cui nomen Pollio.

ARGVMENTVM.

Aſinius Pollio, ductor Germanici exercitus, quũ poſt capta Salonas, Dalmatiæ ciuitatem, primò meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet: eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate Saloninum vocauit: cui nunc Virgilius genethliacum dicit. Hæc Seruius. Huc autem detorquet quæ Sibylla de futura aurei ſeculi felicitate cecinerat. Obiter tamẽ & Pollionis patris & ipſius etiam Auguſti laudes admiſcet. Nam quod dicit, Pacatúmque r.p.v.o. de Auguſto quidam intelligunt, qui à C. Iul. Cæſ. fuit adoptatus. Alii hoc quoque ad Saloninum referũt: & intelligunt principium magni anni quẽ cecinit Sibylla, procedere cõſulatu Pollionis, quo ille puer naſcitur: vt magni menſes ſint magni anni menſes.

Theocriteæ.

Si can. bucolica cãtúſque paſtoritios, tale tamẽ ſit carmen quod dignũ ſit cõſule Pollione. T.

S ¨ *Icelides Muſæ, paulo maiora canamus.*
Non omnes arbuſta iuuãt, humiléſque myricæ.
¨ *Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.*
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. 5

Iam redit & ⁘ virgo, redeunt Saturnia regna: Astræa.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modò nascenti puero, quo ferrea primùm
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuus iam ⁘ regnat Apollo. Nam puero nato r. A. eiúsque præsagia nunc cõprobantur. T.
Téque adeò decus hoc æui, te consule inibit,
Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, siqua manent ⁘ sceleris vestigia nostri, Bellorum ciuilium.
Irrita perpetua soluent formidine terras.
⁘ Ille deûm vitam accipiet, diuísque videbit Hesio. ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, de hominibus aurei seculi.
Permistos heroas, & ipse videbitur illis:
Pacatumq́ reget patrijs virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu,
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgò nascetur amomum.
At simul ⁘ heroum laudes, & facta parentis Reuerso aureo & heroico seculo.
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus:
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq́ rubens pendebit sentibus vua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
Quæ ⁘ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris Nauigare.
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tũ Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterũ ad Troiã magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipse mari vector: nec nautica pinus

Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto:
Colore herbæ quæ & lutea dicitur.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Ouium pascentium lanę spōte sua sandycis colore imbuētur.
Talia secla suis dixerunt, currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos (aderit iam tēpus) honores,
Iouis alumne, διογενὴς.
Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum.
Grauatū & inclinatum præsentibus malis.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmq; profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia seclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.
Nō me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quāuis atq; huic pater ad-
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. [sit:
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Vel, *-qui non risere, parentes, Nec deus*, &c. Vide Fab.
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Ecloga V, cui nomen Daphnis.

ARGVMENTVM.

Menalcas & Mopsus pastores Daphnidis amici sui mortem deflent: altérque eius epitaphium, alter apotheosin canit. Sunt qui per Daphnim, Cæsarem dictatorem intelligi putent, paulo ante quàm hæc scriberet poeta, tribus & viginti vulneribus in curia confessum. Alij Quintilium Varum accipiūt, in Germania cum tribus legionibus cæsum. Alij Flaccum Maronem in-

telligi malunt, Virgilij fratrem: de quo extat peruulgatũ quidem illud, sed incerti autoris, distichon,

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem diu immortalibus æquas.

MENALCAS, MOPSVS.

ME. *CVR non Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,* Periti, seu gnari tu inflandi c. l. ego dicendi v.
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus)
Hîc corylis mixtas inter consedimus vlmos?
MO. *Tu maior: tibi me est æquũ parêre Menalca,*
Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius succedimus. aspice vt antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.
ME. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas,*
MO. *Quid si idẽ certet Phœbũ superare canẽdo?*
ME. *Incipe Mopse prior, siquos aut Phyllidis ignes* Amores.
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Cretensis sagittarij peritissimi Codrus autem fuit Athen. rex, qui cum milite quodam Laced. (captata iurgij occasione) iurgatus, & ab eo interfectus, locum vltro fecit oraculo.
Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
MO. *Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi*
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. *Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,*
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
MO. *Sed tu desine plura puer: successimus antro.*
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: vos coryli testes & flumina Nymphis:
Quum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos atque astra vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egere diebus [*nem*
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; am-
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones

Interitum, montésque feri syluæque loquuntur.

De C. Cæsare, qui sacra Bacchi ex Arm. Romã trãstulit. S.

Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thiasos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

Thyrsorum periphrasis.

Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vua,
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:

Tu Cæsar tuis Romanis.

Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus ordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Facite nemora circa fontes.

Spargite humum foliis: inducite fontibus vmbras

Quia heroũ animæ vel in fontibus habitãt vel in nemoribꝰ. S.

Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmẽ.
Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sidera notus,

Cæsar boni populi optimus imperator. S.

Formosi pecoris custos, formosior ipse.

ME. *Tale tuum carmen nobis diuine poeta,*
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum æquiparas sed voce magistrum.

Secundus.

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphnímque tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoque Daphnis.

MO. *An quicquam nobis tali sit munere maius?*

De Daphnide, non de Cæs. qui non est occisus puer. S.

Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.

ME. *Candidus insuetum miratur limen Olympi,*

Lumen quidam leg.

Sub pedibúsque videt nubes & sidera Daphnis.
Ergo alacris syluas & cætera rura voluptas
Panáque pastoresq; tenet, Dryadásque puellas.

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditãtur: amat bonus otia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsæ sonant arbusta, Deus deus ille, Menalca. Sonant, Deus deus ille.
Sis bonus, ô felix que tuis. en quattuor aras.
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui: Tibi tanquã Lari sacrificaturus
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
(Ante focum, si frigus erit: si messis, in vmbra.)
Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. Id est Chia: ex Str. Plut. Ath.
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Ægon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & quum solennia vota In sacris quæ dicebãtur ambarualia.
Reddemus Nymphis, & quum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit:
Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ:
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.
Vt Baccho Cereriq;, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoq; votis. Quum tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda. S. Idem Voti reus alibi exp. Debitor.
MO. Quæ tibi, quæ tali reddã pro carmine dona?
Nam neq; me tantum venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.
Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim:
Hæc eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?
MO. At tu sume pedũ (quod me quũ sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari) Impetrauit.
Formosum paribus nodis atque ære, Menalca.

Ecloga VI, cui nomen Silenus.

ARGVMENTVM.

Silenum in hac ecloga inducit, ebrium quidē illum, vt Bacchi educatorem decebat, sed tamen peritè secundum Epicureorum opinionem de rerum primordiis canentem: ídque in gratiam Quintilij Vari: qui (teste Donato) vnà cum Virgilio, huic sectæ sub Silone philosopho operā dedit. Cæterùm, quoniam hæc bucolici carminis humilitati non satis conueniebāt, statim ab initio veniam precatur: neque ita multum argumēto illi immoratus, statim ad fabulas transit.

Syracusanū poetam Theocritū imitari.

Vnde, *Egressus syluis*, in princ. Æn.

Tenue, Humile. Transl. à lana, quæ in tenuitatem deducitur. S.

PRima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.
Quum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanq; super tibi erūt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostræ Vare myricæ,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla est
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides. Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno vidēre iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.

Serta procul à capite ebrij & somno obruti iacebant, tantū capiti delapsa: alioqui illæsa & integra, non rupta. T.

Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle,
Ægle Naïadum pulcherrima, iámque videnti

Videnti pro Vigilanti, Don. in Eunuch.

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.

Nā semidei non facilè patiuntur se videri.

Soluite me pueri: satis est potuisse videri.

Carmina,

Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum verò in numerum Faunósq; ferásq; videres Saltare ad modū rhythmi & cantilenæ. S.
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantùm Phœbo gaudet Parnassia rupes,
Nec tàtùm Rhodope miratur & Ismarus Orphea.
Nanque canebat vti magnum per inane coacta Vt coactę & collectæ atomi p. m. i. fuissent origo ignis, aeris, terrarum & maris. S.
Semina, terrarúmque animæq; marísque fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto Cœli. Vide Plin lib. 2. cap. 3.
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iámque nouum terræ stupeant lucescere solem, Stupeāt solis ortū, & cadāt imbres nubibus in altū eleuatis. S.
Altius atq; cadant summotis nubibus imbres:
Incipiant syluæ quum primùm surgere, quúmque
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseáq; refert volucres, furtúmq; Promethei.
His adiungit: Hylam nautæ quo fonte relictum Puerum comitē Herculis. Et Nautæ pro Argonautæ. Vide Orphei & Apoll. Argon.
Clamassent: vt littus, Hyla Hyla, omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudū tamen vlla secuta est
Concubitus: quanuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas:
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite Nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus.

Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum
Aut herba captũ viridi, aut armenta sequutum,
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.
Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.
Tum canit errãtem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum,
Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, Hos tibi dãt calamos (en accipe) Musæ,
Ascræo quos antè seni: quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Ne quis sit lucus quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quã fama sequuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit:
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus antè
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros,
Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles.
Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre
Iussit, & inuito processit vesper Olympo.

Puellam intell. Atalantam, his malis ab Hippomene deceptã. Circundat & erigit, pro Canit circundatas, & canit erectas.

Corticis musco, quidã exp Muscoso & lanuginoso cortice.

Permessi, fluuij ex Helicone mõte scaturientis, circa quem Musæ choreas ducunt, Hes. teste.

Ascr. Hesiod.

Grynæi. Grynço Apollini consecrati.

Vlysseas, à Dulichio, vna ex Echinadibus insulis.

Laconicus fluuius.

Inuito pr. Tãtam ɔafferbat voluptatẽ Sileni cãtes, vt cælo quoque ingratus vesperis aduentus fuerit.

Ecloga VII, cui nomen Melibœus.

ARGVMENTVM.

Sumptum est eclogæ huius argumentũ ex Bucoliastis Theocriti. Inducit autem hîc poeta Melibœum pastorem, referentem certamen Corydonis & Thyrsidis, cui (dum caprum, qui à grege deerrauerat, quæreret) fortè interuenerat: accersitus à Daphnide, certaminis iudice: quem secundum Corydonẽ pronunciasse innuit, quum ait ad finem eclogæ, *Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsin.*

CORYDON, THYRSIS.

Poeta sub persona MELIBOEI.

ME. *Fortè sub arguta cõsederat ilice Daphnis,*
Cõpulerántque greges Corydon & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Coyr don distentas lacte capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo:
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atq; ego Daphnim
Aspicio: ille vbi me contrà videt, Ocyus, inquit,
Huc ades ô Melibœe (caper tibi saluus & hœdi)
Et, siquid cessare potes, requiesce sub vmbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci,
Hîc viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, éque sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? neq; ego Alcippen nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamẽ erat, Corydon cũ Thyrside, magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre, alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

Stridula, vel Sibilum edẽte, ad vẽti impulsum.

Ita periti vt Arcades esse putares. S.

Sic Theocr. τράγον dixit ἀνέρα τᾶν αἰγᾶν Itidémque Horat. *Olentis vxores mariti*, capras.

Meum serium negotium.

A Libethro fonte vbi colûtur.

CO. *Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen*
Quale meo Codro, concedite: (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Cõsecrata matri deûm. S.
Hîc argutа sacra pendebit fistula pinu.
TH. *Pastores hedera crescentem ornate poetam*
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Quia ver. ab aliquibus laudari metuebant, & eam laudẽ vim fascini habere credebant. T. *Mycon.* sub. offert.
Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
CO. *Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus*
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
Vas quod Gr. σκύφον.
TH. *Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis*
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
CO. *Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,*
Candidior cycnis, hedera formosior alba:
Quum primum pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
TH. *Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,*
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, siquis pudor, ite iuuenci.
CO. *Muscosi fontes, & somno mollior herba,*
Pro, Et arbute quæ tegis eos rara vmbra. L.
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
TH. *Hîc focus, & tædæ pingues: hîc plurimus ignis*
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hîc tantùm Boreæ curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

CO. Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ:
Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.
Omnia nunc rident: at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina ſicca.
TH. Aret ager, vitio moriens ſitit aeris herba,
Liber pampineas inuidit collibus vmbras:
Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne virebit,
Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.
CO. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho:
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
TH. Fraxinus in ſyluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis:
Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas,
Fraxinus in ſyluis cedet tibi, pinus in hortis.
ME. Hæc memini, & victũ fruſtra contẽdere Thyrſim.
Ex illo Corydon, Corydon eſt tẽpore nobis.

Plenæ ſunt. S. & Don in Andr.

Si ſua ſit ablatiuus, ita dicetur per ſynizeſin, vt Suos ab Ennio, tanquã Sos.

Vites nimio ęſtu exſiccatę folia amiſerunt.

Vt καταβάτης dictus Iuppiter, quaſi deſcẽſor.

Ex illo tẽpore Cor. eſt victor nobilis ſupra omnes. Sed ruſticus ſententiam implere nõ potuit. S.

Ecloga VIII, cui nomẽ Pharmaceutria.

ARGVMENTVM.

Duæ ſunt eclogæ huius partes. In priore, Damon paſtor, Niſæ puellæ amore captus, quũ illa ſibi Mopſum prætuliſſet, impatientia amoris in varias erumpit querelas. Poſterior pars penè tota ſumpta eſt ex Theocriti eiuſdem nominis idyllio, in quo venefica quædam pharmacis & incantationibus animum viri, à quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur reuocare.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

PAſtorum muſam, Damonis & Alpheſibœi,
Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca
Certantes, quorum ſtupefactæ carmine lynces,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus:
Damonis muſam dicemus & Alpheſibœi.

Requieſcere coegerunt ſuos curſus. Aut certẽ, Requierunt, mutata ſuos curſus.

Apostrophe ad Augustum.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?
En erit vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?

Vt suprà dixit, *Non intussa cano.*

A te principium, tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circũ
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cælo noctis decesserat vmbra,
Quum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit, oliuæ.

Præueniens age diem. Queritur autem quòd amica (quam vocat cõiugẽ) nupserit alteri se contempto.

DA. *Nascere, præq; diẽ veniẽs age Lucifer almũ:*
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mænalus argutúmque nemus pinóſq; loquũtes
Semper habet: semper pastorũ ille audit amores,
Panáq;, qui primus calamos nõ passus inertes.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mopso Nisa datur: quid non speremus amãtes?

Quorum sunt inimicissimæ.

Iungentur iam gryphes equis, auóque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor.

Faces nuptiales inciduntur quũ inspicantur. i. inspicæ similitudinem incidũtur vt facilius ardorẽ cõcipiant. T. *Tibi desp. Hesp.* id est, Tibi oritur. Stellæ enim ex altiss. montibus oriri videntur.

Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetã.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
O digno coniuncta viro, dum despicis omnes:
Dúmque tibi est odio mea fistula, dúmq; capellæ,
Hirsutúmque supercilium, prolixáque barba:
Nec curare deũm credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cũ matre legẽtem:

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. Postquam vidi, qualiter perij. Theoc. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, Nunc.i. serò, D. in Ter. Vel pro, Nunc tandem. Ex Th. νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα.
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater: Extr. Gar. Quia sæui & à cõsortio humanitatis remoti. Isid.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater. Matrẽ, Medeã.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc & oues vltrò fugiat lupus, aurea duræ Omnia optat fieri cõtra naturã, vt istud est quòd illa pulcherrima turpissimo marito nupsit. S.
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ:
Certent & cycnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Omnia vel medium fiant mare. viuite syluæ. Valete. S.
Præceps aerij specula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus moriẽtis habeto.
Desine Mænalios, iam desine tibia versus.
POE. *Hæc Damõ. vos quæ respõderit Alphesibœus,*
Dicite Pierides. non omnia possumus omnes.
AL. *Effer aquam & molli cinge hæc altaria vitta:*
Verbenásque adole pingues, & mascula thura, Quia diis nihil nisi singulare & excellens offerri debet. Vnde eximiæ hostiæ. Masculo autem thuri prima bonitatis est gloria, teste Dioscor. Br.
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hîc nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domũ, mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel cælo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssei:

Dū incantatur. *Frigidus* autem ob venenum.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Don. in Ter. legit, *Triplici circundata filo.* Licia tamen disco loria quidā veneficiis adhibita tradūt ad alligandū & incā tandum, vel ad soluendum & expiandum.

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo: térque hæc altaria circum
Effigiem duco. Numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modò: & Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Hæc ex limo imago: Hæc cera, hæc imago cerea.

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,
Vno eodémque igni: sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragiles incēde bitumine lauros.

Pro in Daphnidem: vel, Supra Daphnidis effigiem. S.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim, qualis, quū fessa iuuēcum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæriuū viridi procumbit in herba,

Amore cōfecta.

Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Vestes. S.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,

Lōco sacro Vestæ. S.

Pignora chara sui: quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando. debēt hæc pignora Daphnim.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena

Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſæpe lupum fieri & ſe condere ſyluis
Mœrim, ſæpe animas imis excire ſepulcris,
Atque ſatas alió vidi traducere meſſes.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti
Tránſq; caput iace: ne reſpexeris. his ego Daphnim
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua (dum ferre moror) cinis ipſe: bonum ſit.
Neſcio quid certè eſt: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amat, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

Purgamenta enim quibus noxa quæpiam expiabatur, nō reſpiciebāt: ne ex eorum aſpectu malū traherēt.

Optat bonum eſſe euentum.

Ecloga IX, cui nomen Mœris.

ARGVMENTVM.

Poſt Philippenſem victoriam, quum in diſtributione agrorum, qui triumuirorum iuſſu trans Padum diuidebantur, ſua quoque prædia Virgilius amiſiſſet, Romam profectus, cùm fauore ingenij, tum præſertim adiuuante Pollione, tranſpadanæ regionis præfecto, poſſeſſiones ſuas recepit. Verùm, ægrè id ferēte Arrio, cui fortè Virgilij fundus in portionem ceſſerat, parum abfuit quin ab irato milite interficeretur. Denuo itaque Romam profecturus, præcepit procuratori vt Arrio, vſque ad reditum ſuum, quàm minimo poſſet detrimento ſuo, obſequeretur. Is igitur ex patroni ſui præcepto Mantuā proficiſcitur, hœdorum aliquot munuſculum Arrio oblaturus. Mœrim ſubſequitur Lycidas paſtor, itineris eius cauſam inquirens. Ibi nactus occaſionem Mœris tēporū illorū calamitatē deflet. Deinde vnà Mantuā euntes itineris tædiū variis ſubleuāt cātilenis.

Fabius lib. 8, cap. 6. poſtquam dixit, allegoriam aliud verbis, aliud ſenſu oſtendere, ac etiam interim contrarium: & aliquot

exempla protulit: subiungit, Sine translatione verò in Bucolicis, *Certè equidem audieram* (& quæ sequuntur, vsque ad finem quarti versus) Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis. Verùm non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus.

LYCIDAS, MOERIS.

LY. *Quò te Mœri pedes? an (quò via ducit) in vrbem?*

MOE. *O Lycida, viui peruenimus, aduena nostri (Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.*

Non *sors*, sed *fors*, quidam legendum exist. *Nunc victi tristes (Quoniam fors omnia versat) Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.*

LY. *Certè equidẽ audierã, qua se subducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,*

Seruasse pro Recuperasse. *Menalcã* autem esse Virgiliũ, docẽt Fabij verba, subiuncta argumẽto huiꝰ eclogæ. *Vsq; ad aquã, & veteris iã fracta cacumina fagi, Omnia carminibus vestrũ seruasse Menalcam.*

MOE. *Audieras, & fama fuit: sed carmina tãtum Nostra valent Lycida tela inter Martia, quãtum Chaonias dicunt aquila veniente columbas.*

Nec viu. Quia parũ abfuit qn interficeretur. Vide argum. *Quòd nisi me quacunque nouas incidere lites Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix, Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.*

Quis humum sparsam fl. h. caneret? aut fon. inductos vmbra? Estque simul hypallage: vmbra n. fontibus inducitur. LY. *Heu cadit in quẽquã tãtũ scelꝰ? heu tua nobis Penè simul tecum solatia rapta Menalca. Quis caneret Nymphas? quis humũ florẽtibꝰ herbis Sparçeret? aut viridi fontes induceret vmbra?*

Vel quis caneret quæ sublegi &c. Amaryllida autem vocat Romam, vt Ecl. 1. *Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Quum te ad delicias ferres Amaryllida nostras. Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas: Et potum pastas age Tityre, & inter agendum Obcursare capro (cornu ferit ille) caueto.* [bat.

Immò quis caneret. MOE. *Immò hæc quæ Varo necdũ perfecta cane-*

Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis,
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.
LY. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,*
Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ:
Incipe, si quid habes. & me fecêre poetam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicũt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
M. *Id q dẽ ago, & tacitus Lycida mecũ ipse voluto,*
Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea: quis est nam ludus in vndis?
Hîc ver purpureum, varios hîc flumina circum
Fundit humus flores: hîc candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.
LY. *Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem*
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
MOE. *Daphni, quid ãtiquos signorũ suspicis ortus?*
Ecce, Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas animum quoque. sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nũc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin vidêre priores.
Sed tamen ista satis: referet tibi sæpe Menalcas.
LY. *Causando nostros in longum ducis amores,*
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media est nobis via. nãque sepulchrum

Plurimũ lactis reportent. S.

Allusio ad Anserem poetam, de quo & Cic. in Philip.

Vnde Gr. λαβύρη.

Ingentes. vt didicũtur fluctus furẽtes, sine vndæ: & ipsum mare furere.

Memini cantũ versuum, si versus ipsos tenerẽ. Hic enim Numeri sunt modi & cantus, non carmina. T. Rhythmos interpr. Fab. lib. 9. c. 4.

Fert pro Aufert S. & Don. in Andr. Sic ver. seq.

Cõdere pro Abscondere, id est, ad occasum ducere.

Tergiuersando. Causas nectẽdo

Qui Mātuā cōdidisse fertur. String. pro Decutiunt, Amputant. S.

Incipit apparêre Bianoris: hîc vbi denſas
Agricolæ ſtringunt frondes, hîc Mœri canamus.
Hîc hœdos depone, tamen veniemus in vrbem:
Aut, ſi nox pluuiam ne colligat antè, veremur,
Cantantes licet vſque (minus via lædet) eamus.

Quanuis eamus cantantes, te leuabo hoc onere hœdorum.

Cantantes vt eamus, ego hoc te faſce leuabo.
M. *Deſine plura puer: & quod nūc inſtat, agamus:*
Carmina tum melius, quum venerit ipſe, canemus.

Ecloga X, cui nomen Gallus.

ARGVMENTVM.

Cornelius Gallus, eximius poeta fuit, primúſque Ægypti præfectus: qui quū Cytheridem meretricem, Volumnij libertam (quam poeta hic Lycoridem vocat) perditè adamaret, neque illa mutuo amori reſponderet, ſed, ipſo ſpreto, Antonium in Galliam ſequuta eſſet, ægerrimè repulſam tuliſſe creditur. Eum itaque hac ecloga conſolatur Virgilius, ſed ita vt à paſtoralibus perſonis ruſticiſque comparationibus nō recedat. Totum autem ferè hoc argumentum ſumptum eſt ex Thyrſide Theocriti, vbi ſimilem Daphnidis amorem exequitur.

Areth. fons Siciliæ. Sic ſuprà Muſas Sicelidas inuocauit.

EXtremū hunc Arethuſa mihi concede laborē.
Pauca meo Gallo (ſed quæ legat ipſa Lycoris)
Carmina ſunt dicenda. neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus ſubterlabêre Sicanos,

Tethyos & Oceani filia, quæ pro mari ponitur.

Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.
Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.

Echo quæ eſt in ſyluis. vt ἀχὼ ὀρεστιάσιν.

Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ.
Quæ nemora aut quos vos ſaltus habuêre puellæ

Vtpote meretricis. vel ſimpl. Amore quo perire illū indignū erat. Ser. exp. etiam magno.

Naiades, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnaſſi vobis iuga, nā neque Pindi
Vlla moram fecêre, neque Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, etiam fleuêre myricæ.
Piniſer illum etiam ſola ſub rupe iacentem.

Mœnalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circùm, nostri nec ¨pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.
Venit & vpilio: tardi venêre ¨bubulci:
¨Uuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste, rogant. tibi venit Apollo:
Galle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris
Pérq; niues aliũ pérq; horrida castra sequuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus ¨honore,
Florentes ferulas & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minióque rubentem.
Et, quis erit modus? inquit: amor non talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamen, ¨Cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades. ô mihi tũ quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atque vtinam ex vobis vnus, vestríque ¨fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certè siue mihi Phyllis. siue esset Amyntas,
Seu quicunq; ¨furor, (quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
¨Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata, ¨Lycori,
Hîc nemus: hîc ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media atque aduersos detinet hostes:
Tu procul à patria (¨nec sit mihi credere) tãtùm,
Alpinas ah dura niues & frigora Rheni

Quidã exp. pudet. Sic in seq. pudeat.

Ita lege, nõ *Subulci*. Et tardi & pigri accipe. Theocr. λῶϊον τὸ βῶτας.

Uuidus. Pinguis, Succulentus.

De corona hoc dicit.

Gallũ hęc respõdentẽ introducit. Mauult autẽ Ser. Tamen cantabitis.

Vt nõ inciderẽ in talem amorẽ.

Amor quo insanirem.

Flores ex quib⁹ fierent serta.

Vt incôstãs redit statim ad eã: deinde ita loquitur quasi ibi sit vbi illa est.

Nec sit mihi cr. Quod vtinã nõ credã. Et tãtum cũ Procul. Ita Ser. Alij tantum iũg. cũ Credere.

Me sine sola vides. ah te ne frigora lædant,
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
Certum est, in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, teneríque meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis,
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor lucósque sonantes
Ire: liber Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris,
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iã neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores:
Nec si frigoribus medijs Hebrúmque bibamus,
Sithoniásque niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, quum moriens alta liber aret in vlmo,
Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri.
Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.
Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides. vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra.
Iuniperi grauis vmbra: nocẽt & frugibus vmbræ.
Ite domum satiæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Carmina Euphorionis, à me facta Latina, cãtu bucolico modulabor.

Quæ sibi proposuerat, tãquam amoris futura remedia, statim repudiat, vt inutilia.

Illum deum: de quo dixit, *Aut deus ille malis &c.*

Allegoricè alludi ad tenuẽ stilũ seu humile dicendi genus, putant quidam.

Se tollit in luminis auras, vt alibi loquitur.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM LIBER I.

ARGVMENTVM.

Virgilius, vt Theocriti in Bucolicis, sic Hesiodi in Georgicis imitator fuit. Huius autem extat opus ad Persen fratrem, quod ἔργα καὶ ἡμέραι inscripsit. Sed eum ita in hoc opere sibi imitandum proposuit, vt, quod ille breuius complexus est, hic fusius in quatuor libros digesserit. Nam, quum quatuor sint præcipua rustici operis capita, aratio, insitio siue plantatio, pastio, & mellatio: singula horum singulis libris exequitur. Potest autem & hic primus liber in quinque partes distingui: quarum prima agri colendi rationem ostendit: secunda, primam agriculturæ originem commemorat: tertia rusticorum instrumenta, bona ex parte, enumerat: quarta, laboris rusticani varia distinguit tempora: quinta, tempestatum prognostica exequitur: indéque arrepta occasione, ad prodigia, quę Cæsaris mortem denuntiarunt, digreditur. Quatuor primi versus habent propositionem quadripartitam: quæ horum quatuor librorum argumenta sigillatim exponit. Nam primo libro, de segetibus: secundo, de vitibus: (de quibus præcipuè ibi agit, & de oleis) tertio, de re pecuaria: quarto, de apibus dicturum se promittit.

ALIVD ARGVMENTVM, MODESTINI IVRISCONSVLTI NOBILISSIMI,

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera seruet
Agricola, vt facilem terram proscindat aratris:
Semina quo iacienda modo: cultúsque locorum
Edocuit messis magno olim fœnore reddi.

AD C. MÆCENATEM.

Quid faciat lætas segetes: quo sidere terram
Vertere, Mæcenas, vlmísq; adiungere vites,
Conueniat: quæ cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori: atque apibus quæta experientia parcis:

Lætas, Pingues, vel vberes.

Quo tẽpore, ob seruato ex siderum ortu & occasu.

Al. *parũ*, non malé.

Hinc canere incipiam. Vos, ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaque inuentis Acheloia miscuit uuis:
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellæ:
Munera vestra cano. túq; ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium saltúsque Lycæi,
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegeæe fauens: oleaque Minerua
Inuentrix: vncique puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Diíque deæque omnes, studium quibus arua tueri:
Quique nouas alitis non vllo semine fruges,
Quique satis largum cœlo demittitis imbrem.
Tuque adeò, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est: vrbisne inuisere, Cæsar,
Terrarúmque velis curam: & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatúmque potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immensi venias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat vltima Thule:
Téque sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
Anne nouum tardis sidus te mensibus addas:
Quà locus Erigonen inter Chelásque sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:

Quamuis

Sol & Luna, quorũ motu definiũtur tẽpora.

Pingui arista, frumento pingui, ab effectu.

Poc. Ach. aquam Ferte ped. pro adeste.

Vt dixit, -vestro si munere, &c.

Prima. Attica tellus.

Cult. Aristæ.

Lycæus & Mænalus mõtes Arcadiæ, Pani sacri: Tegea oppidum eiusdẽ, Pani dicatum.

Puer. Osiris.

Cupr. Quæ coronaris.

Non vllo s. Id est, quæ sponte sua proueniunt, semine nobis incognito. Al. Nõnullo.

Frugibus quæ sunt satæ.

Fot. Dominũ, Arbitrũ, Præsidẽ.

Mat. Veneris, à qua eos oriũdº. S.

Per coemptionem, antiquum nuptiarũ ritũ. S.

Tard. mens. Vt ad Iuniũ & Iulium, quorũ horæ ciuiles sunt longiss. accedat Augustus.

Inter Virginem & brachia Scorpij.

Quanuis Elysios miretur Græcia campos,
Necrepetita sequi curet Proserpina matrem.)
Da facilē cursum, atque audacibus annue cœptis:
Ignarósque viæ mecum miseratus agrestes,
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.
VERE *nouo, gelidus canis quū montibus humor*
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit:
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultúsque habitúsque locorū:
Et quid quæque ferat regio, & quid quæq; recuset.
Hîc segetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi atque iniussa virescunt
Gramina. nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuò has leges æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age, terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri: glebásque iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hîc sterilem exiguus ne deserat humor arenam.

Ingredere viā, dux futurus.
Iam nūc. i. viuus adhuc: vt Hor. *præsenti tibi maturos largimur honores.*
Laudat *νεὸν πρόλον*, veruactū quarto sulco satum Pl.
Aeris, S. Siderū, Pl.
Vnicuique patriæ seu regioni *receptos.*
Proueniunt.
Huc pertinent hęc lib. 2, *Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt,* Æschylo in Prom. *σὺ δὲ γε τὰ μὲν ἐμὰ ἐσθλὰ ἔφυ, τὰ δὲ σὰ κακά.*
Palm. Ep. Equas quæ palmā obtineant in Olymp. cert. apud Elidem.
Pulu. co. ex magna siccitate.
Mat. s. Vehemē ter feruidis. S. Perstringere lui aratione circa æquinoctium autumnale.
Illic, in pinguī solo: *hic* in tellure infœcunda.
Arenam. Aridā terram, quæ est sicut arena, S.

Demessas. *Alternis idem tonsas cessare nouales,*
Corroborari, Vires recolligere. *Et segnem patiêre situ durescere campum.*
Aut ibi flaua seres mutato sidere farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Nam vicia & lupino pinguescunt arua. Pl. *Aut tenues fœtus vicias, tristísque lupini*
Triſtis autem pro amari. nam coctus, amarus est S. *Sustuleris fragiles calamos, syluámque sonantem.*
Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ:
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Pap. soporifera atque adeo mortifera. Pl. *Ne saturare fimo pingui pudeat sola, néue*
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Continua feracitate exhaustos. *Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua,*
Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Cuius intermissa aratio. *Atque leuẽ stipulã crepitantibus vrere flammis.*
Siue inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor:
Occultos meatus. *Seu plures calor ille vias & cæca relaxat*
Spiramenta, nouas veniat quâ succus in herbas:
Seu durat magis, & venas astringit hiantes:
Ne tenues pluuiæ, rapidíue potentia solis
Quod facilè penetrat. *Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*
Occatio etiã p deest ad vbertatem. *Multum adeò, rastris glebas qui frãgit inertes,*
Vimineásque trahit crates, iuuat arua, neque illũ
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo:
Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Æstate pluuiã, hyeme siccitatẽ optate Sic Cic. solstitiũ brumæ opponit. Hyber. pul. pro Hybernã serenitate. *Exercétque frequens tellurẽ, atque imperat arui.*
Humida solstitia atque hyemes orate serenas
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager. nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua — De semine cooperiendo per lirationem.
Insequitur, cumulósque ruit malè pinguis arena?
Deinde satis fluuium inducit, riuósque sequentes?
Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce, supercilio cluosi tramitis vndam — Iugo.
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrísque arentia temperat arua.
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Quum primum sulcos æquant sata? quique paludis
Collectum humorem bibula deducit arena? — Factis sulcis, quos elices vocant. Col.
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo, — Inc. mens. veris & autumni: quibus modò frigus, modò calor est.
Vnde caua tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc quū sint hominúmq; boūq; labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris — Cichorea, cuius radix est amara.
Officiunt: aut vmbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viā voluit: primúsque per artē
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno. — Inertia.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidem aut partiri limite campum — Aureo seculo ferum omnium prouentus sine labore, quarum etiam erat inter omnes communio.
Fas erat: in medium quærebant: ipsáque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris:
Prædarique lupos iussit, pontúmque moueri: — Moueri. Fluctibus agitari, ad augendā nauigationis difficultatem.
Mellaque decussit foliis, ignémque remouit: — Ign. remouit. Hes. κρύψε δὲ πῦρ. Nauigatio inuentā.
Et passim riuis currentia vina repressit:
Vt varias vsus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas:

Pl. Virgilias: Hy Suculas: Arcton, Vrsam maiorem.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco,
Inuentum: & magnos canibus circumdare saltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnem,
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque arguta lamina serra:
(Nam primi cuneis scindebant fissile lignum)
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebis egestas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, quum iam glandes atque arbuta sacra
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in aruis
Carduus. intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappæq; tribulique: intérque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.
Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisque vocaueris imbrem
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum,
Concussáque famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine nec potuere seri nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primùm graue robur aratri,
Tardáque Eleusinæ matris voluentia plaustra,
Tribulaque, traheæq;, & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei, vilisque supellex,
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuò in syluis magna vi flexa domatur

Laq c. f. item, m. c. c. s. de venatione: at Fallere visco, de aucupio. Funda, genus retis.

Arg. stridulæ.

Vomere aratri: pro aratro. Vel, Ligonibus.

Ederet, Cõsumeret. Et segnis, Pro infructuoso.

Laborioſè igitur terr. i. r. oportebit, & sonitu. t. a. Sed al. herbã pro terrã.

Reprimes & coercebis vmbras, amputando ramos arb. segetibus incũbentes.

Agricolarũ instrumenta, quæ appellat arma, vt ὅπλα Græci.

Eleus. m. Ceres volubisia pl.

Viminea vasa, qualia Ceres Celeo monstrauit.

In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Cæditur & tilia ante iugo leuis, altáque fagus,
Stiuáque, quæ currus à tergo torqueat imos:
Et suspensa focis exploret robora fumus.
Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat:
Tum variæ illudant pestes. sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.
Inuentúsque cauis buso, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populátque ingentẽ farris aceruũ
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, quum se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes.
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore:
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Ne quicquam pingues paleæ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca:
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quanuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lẽbum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,

Curuaturam aratri. S.

Probatæ enim sunt soliditatis, si fumo rimas non fecerint.

Subigenda, vt solidior reddatur.

Varia animalcula, quæ valde pernicioſa sunt, velut illudentia infestent.

Curuabit, multitudine florum.

Neq. pingu. Non pingues. Sic ver. 403.

Citò coquerentur. S. Probata.

Atque pro Statim, teste Gel.

Atque illũ in præceps prono rapit alueus amne.
Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis
Hœdorúmq; dies seruandi, & lucidus Anguis,
Quàm quibus in patriã vẽtosa per æquora vectis

Ostrea plurima ferentis.

Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Arch. pro Diei. Æquinoctium autũnale intelligit. Seri autem ordeum inter æquinoctium autumni & brumam iubet Plinius.

Libra die somnique pares vbi fecerit horas,
Et mediũ luci atque vmbris iam diuidet orbem:
Exercete viri tauros, serite ordea campis,
Vsque sub extremũ brumæ intractabilis imbrem.
Necnon & lini segetem & cereale papauer

Humo teg. pro Serere.

Tẽpus humo tegere: & iamdudũ incũbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio: tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit quũ cornibus annum

Quum sol Taurũ ingreditur, 15. Cal. Maias. Col.

Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.

Satio frumenti matutino occasu Vergiliarum. Pli.

At si triticeam in messem robustáque farra
Exercebis humum, solísque instabis aristis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiáque ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis cõmittas semina, quámque

Inuitæ. Quæ velut coacta illam sit recepturæ.

Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos

Culmis vanis & stipulis frugem nõ habentibus.

Expectata seges vanis eluſit auenis.
Si verò vicíamque seres vilémque fasélum,

T. Legitur & aristis.

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:

Pelus. Ægyptiacæ. Ouid. Et pereunt lentes aduena Nile, tuæ.

Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinque tenent cœlum zonæ: quarum vna corusco

Vnde Gr. ἄπαυστος καυμάτων.

Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circũ extremæ dextra lævaque trahuntur

Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediámque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm: & via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam Riphæásq; arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manésque profundi.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circùm, pérque duas in morem fluminis Arctos:
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora, diémque reducit:
Nósque vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
Hinc tempestates dubio prædicere cœlo
Possumus: hinc messísque diem tempúsque serendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere classes,
Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus,
Temporibúsque parem diuersis quattuor annum.
Frigidus agricolam siquando continet imber,
Multa forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem, cauat arbore lintres:
Aut pecori signum aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij vallos furcásque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga:
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus

Duæ Zonæ temperatæ.

Obl. sig. ordo, Zodiacus, λοξὸς κύκλος.

Polus arcticus: at illum, antarcticum.

Ad polum arcticum.

Ad polum antarcticum.

Varios euentus & pericula S. Alij pro Tẽpora-Mare.

Quæ fieri debeant diebus pluuiosis.

Maturè & per otiũ facere quæ alioqui properè faciẽda essẽt. Lm. / Fluuiatiles nauiculas.

A rubo, arbore vitili. At Seru. à Rubis oppido Campaniæ.

Diuina & humana iura.
Al. *diducere.*

Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit: segeti prætendere sepem:
Insidias auibus moliri: incendere vepres:

Ob scabiē qua tentantur.

Balantúmque gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli

Lap. molarem.

Vilibus aut onerat pomis: lapidémque reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidésque satæ: tum partu terra nefando

Gigantum nomina.

Cœúmque Iapetúmque creat, sæuúmq; Typhœa,

Otū & Ephialtem.

Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympū:
Ter Pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix & ponere vites,

Felix & ad ordiendā telam.

Et prensos domitare boues, & lucia tela
Addere. nona fugæ melior, contraria furtis.

Multa adeò gelida melius se nocte dedere:

Insp. In modum spicarū incidit, vt facilius flammam concipiāt.

Aut quum sole nouo terras irrorat Eous.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata

Arg. Stridulo. *Dul. m.* Defruti, vel sapæ. Plin.

Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Pernigilat, ferróque faces inspicat acuto.

Legitur & *trepida*: quod sequitur Ser.

Interea longum cantu solata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas:
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis vndam tepidi despumat aheni.

Nud. Sere & ara cœlo ita sereno vt vel nudus esse possis.

At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Nudus ara, sere nudus: hyems ignaua colono.

Hesiod. Hyeme cogitur esse ignauus colonus & iners.

Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur.
Mutuáque inter se læti conuiuia curant.

Inuitat genialis hyems, curásque resóluit:
Ceu" preſſæ quum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas, oleámque" cruentáque myrta:
Tunc gruibus pedicas & retia ponere cerui:
Auritósque sequi lepores: tum figere damas,
Stuppea torquentem balearis verba fundæ:
Quum nix alta iacet, glaciem quũ flumina trudũt.
Quid tempestates autumni & sidera dicam?
Atque vbi iam breuiór que dies, & mollior æstas,
Quæ" vigilanda viris? vel quũ ruit imbriferũ" ver?
Spicea iam campis quum messis inhorruit, & quũ
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
Sæpe ego, quum" flauis messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam" stringeret ordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret" hyems culmúmq; leuẽ stipulásque volãtes.
Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarũ,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta boúmque labores
Diluit: implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu: feruétque fretis spirantibus æquor.
Ipse Pater, media" nimborum in nocte, coruſca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugêre feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor: "ille flagranti
Aut Atho aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo
Deiecit." ingeminant austri, & densissimus imber:

Onerariæ. q. d. preſſæ pondere.

Quidã exp. iactatæ tempestate: vel scopulis illisæ.

Quæ matura cruoris colorẽ imitantur. S.

Vigilanter prouidenda.

Maturis.

Secaret. S.

Procella.

In nimbis tenebrosis. Quidam exp. de nubibus.

Feriúntque summos Fulmina mõtes. Hor.

ing. Repetunt suos flatus. S.

Resonant.

Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangũt.
Hoc metuens, cœli menses & sidera serua:
Frigida Saturni sese quò stella receptet,
Mercurij stella. *Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.*
In primis venerare deos, atque annua magnæ
Facta re diuina *Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,*
Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno.
Delicatissima. *Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina:*
Propter arbores frondescentes. *Tunc somni dulces, densæq; in montibus umbræ.*
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte, melle, vino sacrifica. Postea describit ambarualе sacrificiũ. *Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.*
Térque nouas circum felix eat hostia fruges:
Orent vt ampla messis domum feratur. *Omnis quam chorus & socij comitentur ouantes:*
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Querna corona Saltationes. *Falcem maturis quisquam supponat aristis,*
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.
Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Æstúsque, pluuiásque, & agentes frigora ventos:
Menstruũ cursum habens. *Ipse Pater statuit quid menstrua Luna moneret:*
Desinerent venti. S. Contrà statim pòst, *Ventis surgentibus.* *Quo signo caderent Austri: quid sæpe videntes*
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorũ increbrescere murmur.
Iam sibi tum curuis malè temperat vnda carinis,
Sunt enim & fluuiales. *Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi:*
Seneca, *Sic quæ transuersa dicuntur stellæ & cadentes, præteruolant & secant aera, &c.* *Clamorémque ferunt ad littora, quúmque marinæ*
In sicco ludunt fulicæ: notásq; paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctísque per vmbras

Flammarum longos à tergo albescere tractus:
Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas:
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boreæ de parte trucis quũ fulminat, & quum
Eurig Zephyrique tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunquã imprudẽtibus imber
Obfuit. aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri:
Certatim largos humeris infundere rores:
Nunc caput obiectare fretis, nũc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.
Tum cornix rauca pluuiam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescíuere hyemem: testa quũ ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minus ex imbri soles & aperta serena
Prospicere & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna.
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos

Inundantur.

Tot sunt & tam manifesta signa futuræ pluuiæ noxiæ vt imprudentibus superuenire non possit. q.d. nõ prę-uidentibus. *Bucula.* bouescœlum olfactãtes. Plin.

Ranæ. Apud Nas. fabula de rusticis in ranas versis.

Plaut. Curc. *Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie.* Vide Vitr.

Coruorum. Ex Arato.

Asia. Ad Asiam paludem.

Quòd plumæ aquã ad corpus nõ admittãt. S. Testacea lucerna.

Prognostica serenitatis.

Fratr. Solis.

Ten. vell. Flocci.

Ab his dies Halcyonij, quibus & mare est trãquillum.

Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campóq; recũbunt.
Solis & occasum seruans de culmine summo
Neq. pro Non, vt ver. 192. *Nequicquam seros exercet noctua cantus.*
Vespertinum noctuæ sentium, seren tatis præsagiũ est. Plin. *Apparet liquido sublimis in aere Nisus,*
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Liquido. Puro. Vide Cirim. *Insequitur Nisus: quâ se fert Nisus ad auras,*
Strid. alarum. *Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.*
Tum liquidas corui presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant: & sæpe cubilibus altis,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se foliis strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem parvam dulcesque reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior:
Aer, vt, *sub Ioue frigido.* Hor. *Verùm vbi tempestas & cæli mobilis humor*
In nubem cogitur aer, Æn. 5. *Mutauere vias: & Iuppiter humidus austris*
Legitur & *Denset*, coniug. 2. *Dẽsat, erãt quæ rara modò, & quæ dẽsa, relaxat:*
Crocitãtes præ lætitia. *Vertuntur species animorum, & pectora motus*
Seq. ordine. Est enim vicissitudo dierum & noctium. his luna, illis sol præsidet. Ita quidã. Quum incipit renasci luna, si obscura sit, pluuiam terræ & mari denuntiat: si rubicunda, ventos: si pura quarto die, serenitatem reliqui mensis. *Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,*
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris:
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si verò solem ad rapidum lunásque sequentes
Ordine respicies: nunquam te crastina fallet
Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.
Luna reuertentes quum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus autor)

Pura nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuia ventisque carebunt:
Votáque seruati soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. — Diis marinis, qui dicũtur littorales.
Sol quoq; & exoriens, & quũ se condet in vndas,
Signa dabit. solem certissima signa sequuntur, — Nocte superueniente.
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum — Sol oriens maculosus, est signũ pluuiæ: at interruptis obscura nube radiis, aut in ortu pallidº, grandinem denuntiat.
Conditus in nubem, medióque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres. nanque vrget ab alto
Arboribúsque satísque Notus pecorique siniſter.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese — *Med. ref.* Nubibus ex parte occultato.
Diuersi erumpent radij: aut vbi pallida surget
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Heu male tum mites defendit pampinus vuas,
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grãdo.
Hoc etiam, emenso quum iam decedet olympo, — Signa ex coloribus solis occidentis.
Profuerit meminisse magis. nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento nimbísque videbis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, quum referétque diem condétque relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,
Et claro syluas cernes aquilone moueri. — Claritatem serenam afferente. vt Hom. αἰθρηγενέτης.
Denique quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes: quid cogitet humidus auster, — *Quid cog.* An serenitatem, an pluuias.
Sol tibi signa dabit. solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudémque & operta tumescere bella. — Falsa esse signa quæ dat sol.

Digressio in mortem Cæsaris multis signis comitatam.

"Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerunt secula noctem.
Quòd longior esset ille defectus.
Tempore quanquã illo tellus quoq; & æquòra põti,
Obscœnique canes importunæq; volucres
Vol. Bubones, aut striges.
Signa dabãt. quoties Cyclopum efferuere in agros
In Siculos fines.
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Vndarũ modo flãmas euomentem. S.
Flammarúmque globos liquefactáq; voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Vmbræ nocturnæ.
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudésque loquutæ
(Infandum) sistunt amnes, terræq; dehiscunt:
Eburnea & æ-nea simulacra.
Et mœstum illacrymat templis ebur, æráq; sudant.
Proluit insano contorquens vortice syluas
Fluuiorum rex Eridanus, campósque per omnes
Cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
Tristia portendentibus.
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit: & altæ
Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.
Non aliâs cœlo ceciderunt plura sereno
Diri. Iram deorum minantes.
Fulgura, nec diroties arsere cometæ.
Euentus superiorum præsagiorum bella ciuilia, quibus vindicata est illa Cæsaris cædes.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum vidêre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet quũ finibus illis
Emath. Thessaliam.
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila:
Vacuas capitibus.
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.
Di patrij indigetes, & Romule, Vestáque mater,

Quæ Thuſcũ Tiberim & Romana palatia ſeruas:
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſeclo
Ne prohibete. ſatis iampridem ſanguine noſtro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ. Quia Laomedõ Apollinẽ & Neptunum pacta mercede fraudauit.
Iampridem nobis cœli te regia Cæſar
Inuidet, atque hominum queritur curare triũphos. Quer. cur. Vtpote te indignos.
Quippe vbi fas verſũ atq; nefas, tot bella per orbẽ,
Tam multæ ſcelerũ facies: non vllus aratro
Dignus honos, ſqualent abductis arua colonis, Abductis à ſua agricultura ad bellum.
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes
Arma ferunt: ſæuit toto Mars impius orbe.
Vt quum carceribus ſeſe effudêre quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia: & fruſtra retinacula tendẽs Currendo plus eorum curſus augetur. S.
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM

LIB. II.

ARGVMENTVM.

Abſoluta ſuperiori libro prima operis huius parte, quæ eſt de cultura agri ſatiui, ſeruato eodem ordine quem in operis initio propoſuit, tranſit ad proximam rei ruſticæ partem, quæ eſt de plantatione, ſeu inſitione, quam Græci φυτουργίαν vocant. Atque aliarum quidem arborum fruticúmque curam aut omnino prætermittit, aut eatenus tantùm attingit, quatenus aut vitibus pedamenta aut vincula ſubminiſtrare, aut ad ſimilem aliquem ruſticorum vſum adhiberi poſſunt: fructiferarum autem arborum cultum (olearum præſertim & vitiũ, quæ duæ inter frugiferas procul dubio principatum obtinent) toto fere hoc libro diligentiſſime exequitur. Finem verò huius libri, quemadmodum & trium reliquorum, liberiori quidem, non tamen ab argumento aliena digreſſiuncula concludit: &

quemadmodum ad finem superioris libri in mortem Cæsaris, prodigiáque quæ necem eius anteceſſerunt, digre ditur, ita & hîc ad ruris amœnitatem, vitæque ruſticanæ laudem, paulo fuſius exſpatiatur.

ALIVD MODESTINI iuriſconſulti argumentum.

Hactenus aruorum cultus, & ſidera cæli:
Pampineas canit inde comas, colléſque virentes,
Deſcriptá'que locis vites, & dona Lyæi,
Atque oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

Superioris libri argum. *Quid fac. l. ſ. quo ſi tere terram Vertere.*

HACTENVS aruorum cultus, & ſidera cæli:
Nunc te Bacche canã, necnõ ſylueſtria tecũ
Virgulta, & prolem tardè creſcentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe (tuis hîc omnia plena
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager: ſpumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni: nudatáque muſto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus varia eſt natura creandis.
Nanque aliæ nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſua veniunt, campóſque & flumina latè
Curua tenent: vt molle ſiler, lentæq; geniſtæ,
Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: vt altæ
Caſtaneæ, nemorúmque Ioui quæ maxima frondet
Æſculus, atque habitæ Grays oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylua:
Vt ceraſis, vlmíſque: etiam Parnaſſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra.
Hos natura modos primùm dedit: his genus omne
Syluarum fruticúmque viret, nemorúmq; ſacrorũ.
Sunt alij quos ipſe via ſibi repperit vſus.
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit aruo,

Grauidus pampinis ſimúlque vuis autumnalibus.

Cupa, ſiue lacu.

Calcans mecũ vuas.

Arb. Arbores natura tribus modis naſcuntur: ſponte, aut ſemine, aut radice. Plin.

Cauen. Nam ſalix ab vna parte eſt alba, ab altera viridis. S.

In dodonæo nemore.

Se ſub. Creſcit. Sic Ecl. 10.

Alij modi artificiales: vt auulſio ſtolonum.

Caſus docuit de fractos ſerere ramos, quũ pali defixi radices egiſſent. Plin.

Quadriſi-

Quadrifidáſque ſudes & acuto robore vallos.
Syluarúmque aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant, & viua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: ſummúmq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
Et ſæpe alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius: mutatámque inſita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna.
Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus
Agricolæ, fructúſque feros mollite colendo.
Neu ſegnes iaceant terræ, iuuat Iſmara Baccho
Cõſerere, atque olea magnũ veſtire Taburnum.
Túque ades, inceptúmq; vnà decurre laborem,
O decus, ô famæ meritò pars maxima noſtræ,
Mæcenas: pelagóq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto:
Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oráque centum,
Ferrea vox. ades, & primi lege littoris oram.
In manibus terræ: non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorſa tenebo.
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen hæc quoq; ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis:
Exuerint ſylueſtrem animum, cultúque frequenti,
In quaſcunq; voces artes, haud tarda ſequentur.
Necnon & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altæ frondes & rami matris opacant:
Creſcentíque adimũt fœtus, vrúntque ferentem.
Iam, quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,

Preſſ. pr. ar. Curuata in terram arbore.

Vrgente natura procreatur. S. Incipit autem loqui de inſitione.

Seg. Infœcundæ. Deinde quæuis montoſa & aſpera loca tentari debere cultura, docet.

Virgilius flores modò rerum decerpſit. Plin.

In man. In facili & in promptu eſt terrarum deſcriptio. S.

Naſcuntur, Prouenium.

Deponent naturalem aſperitatem.

Cultu miteſcet in campo ſpatioſo.

Matris vmbra enecatur. Plin.

Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram:
Pomáque degenerant, succos oblita priores,
Et turpes auibus prædam ferùt vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impendendus: & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multâ mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Respondent, solidò Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & durâ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeaq; arbos vmbrosa coronæ,
Chaoniique patris glandes: etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.
Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos: ornúsque incanuit albo
Flore pyri: glandémque sues fregere sub vlmis.
Nec modus inserere atq; oculos imponere simplex.
Nam quà se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdóque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miratúrque nouas frondes, & non sua poma.
Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec salici, lotóque, nec Idæis cypariſſis.
Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,
Orchades, & radij, & amara pausia bacca:
Pomáque, & Alcinoi syluæ: nec surculus idem
Crustumijs Syriísque pyris, grauibúsque volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Pro vite: fructus pro arbore.

Multo labore. à sequente quod præcedit. S. Multa & assidua opera indigent vt domentur.

Paph. Veneræ, Veneri (quæ in Papho insula colebatur) dicatæ.

Cas. vis. m. Materies nauium futura.

Horr. Videquod annot. de voce *hurrorem*, in fine ver. 295, lib. præced.

Pyrus in ornũ, arbor glandifera in vlmum inseritur.

Virgiliana inoculatio quærit sinũ in nodo gẽmæ expulsi corticis, gemmámque ex alia arbore includit. Plin.

Inol. Concorporari. Plin.

Aut rur. Insitio per fissuram trunci.

Partitio generis cuiusque in suas species.

Quæ volam manus impleãt. Catoni semẽtina, & mustea. Plin.

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo Psythia vtilior, tenuisque Lageos,
Tentatura pedes olim, vinctúraque linguam,
Purpureæ, Preciæq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ vites, firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus:
Argitisque minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te, mensis & dijs accepta secundis,
Transierim, Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neq; quàm multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus. neq; enim numero comprẽdere refert.
Quum qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quàm multæ zephyro turbentur arenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima: denique apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eosque domos Arabum, pictósque Gelonos:
Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum
Fert ebenum, solis est thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamáque, & baccas semper frondẽtis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? vbi æra vincere summum

Vtilior ad passum, id est, vinũ quod fit ex vua passa. Lageos autem à leporis colore.

Vina Rhetica Falernis tãtùm posthabita à Virgilio. Plin. Tmolus mõs, p vino Lydio: Phanæus mons, pro vino Chio: Argitis vua, ab Argis.

Latinis hæc vua dicitur Bumãmia. Plin. Bumastus autem Gr. itidẽ ob similitudinẽ mãmæ bouis.

Asp. Apostrophe ad Mæcenatem.

Stigmata habẽtes. S.

Exudare enim dicitur ex corti cearboris libani vt apud nos gũmi ex quibusdã arboribus.

Seres lanificio syluarũ nobiles perfusam aqua depectentes frõdium canitiem. Plin.

Arboris haud vllæ iactu potuêre sagittæ:
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristes succos tardúmque saporem
Felicis mali: quo non præsentius vllum
(Pocula si quando sæuæ infecêre nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax: animas & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.
Sed neque Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi,
Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertêre, satis immanis dentibus hydri:
Nec galeis densisque virûm seges horruit hastis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuêre: tenent oleæq; armentáque læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deûm duxêre triumphos.
Hîc ver assiduum, atque alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos orbes per humũ, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operúmq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:

Quanuis gens illa habeat strenuos sagittarios. Tr. succ. Amaros. S. Huic malo sapor asperrimus. Plin. Tar. sap. amarum & acerbum, &c. T. Et non innox. Et malefica verba, carmina magica. Agit. Exigit, Expellit. Erat pro esset. Ora fou. Incoquunt esculétis, commendandi halitus gratia. Plin. Anhelis. Asthmaticis. Ganges, Indiæ, Hermus, Lydiæ fluuius. Hæc loca Italiæ non alunt monstra. Copiosæ. Cuius aqua potata facit candidos boues, de quibus triumphantes sacrificabant. S. Hic ver ass. Verna aeris temperies etiã hyem. Bis in anno. Non sunt longi serpentes, vt alibi.

Fluminaque antiquos subterlabentia muros.
An mare quod supra memorẽ, quodq; alluit infra? Mare Adriaticum & Tyrrhenum.
Anne lacus tantos? te Lari maxime, teque,
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Augustus portũ Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Auernum lacũ mari, effecit. Sueton.
Atque indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, æriſque metalla *Assf.* Labori assuetum.
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos, pubémq; Sabellã,
Assuetúmq; malo Ligurem, Volcósq; verutos *Verutos.* Vtentes veruto, telo breuiore & acuto.
Extulit: hæc Decios, Marios, magnósq; Camillos:
Scipiadas duros bello: & te maxime Cæsar, Africanum vtrunque.
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus, In qua Saturnus regnauit.
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes:
Ascræumq; cano Romana per oppida carmen. Hesiodicum.
Nunc locus aruorũ ingenijs: quæ robora cuique,
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collésque maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent syluæ viuacis oliuæ. Vtpote tardè crescentis, vt supra dixit. S.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
At quæ pinguis humus, dulcíque vligine læta, Vliginosa.
Quíque frequens herbis, & fertilis vbere campus:
(Qualẽ sæpe caua montis connalle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicémq; trahunt limum) quíque editus Austro, Ob radices lõgas & obliquas.
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:

Hic tibi prævalidas olim multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ,
Hic laticis, qualem pateris libamus & auro,
Inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium vitulósque tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrentes culta capellas:
Saltus & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niveos herboso flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (nanque hoc imitamur arando)
Optima frumẽtis. non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut vnde iratus syluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquásque domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cluosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias roremque ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta. negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumósq; volucres:
Et bibit humorem, & quũ vult, ex se ipsa remittit:
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est: illam experiere colendo

Suff. Abũdè subministrabit.
Pateris aureis.
Tyrrh. tibicen, pinguis victimarum carnibus.
Superponimus aræ probata & elixa. Verbum sacerdotale.
Æq. Campo.
Arbores in quibus olim aues nidificabant.
Immisso aratro.
Sicca & sterilis terra. S.
Quasi fumos, vi delicet ex humore. S.
Naturali, non coacto.
Arbustiuæ vitis periphrasis.

Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris. Desertis, aut in frequẽtibus, ob Clanij fluminis inundationem.
Nunc, quo quang; modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras:
(Altera frumẽtis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa, magis Cereri: rarissima quæque, Lyæo:)
Ante locum capies oculis: altéque iubebis Eliges.
In solido puteum demitti, omnémque repones Non concauo loco.
Rursus humũ, & pedib⁹ summas æquabis arenas. Calcando.
Si deerunt, rarum, pecorique & vitibus almis
Aptius vbererit: sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis: Redire in sua loca, Reponi tota eò vnde sunt egestæ.
Spissus ager: glebas cunctantes crassáque terga
Expecta, & validis terram proscinde iuuencis. *Cunct.* Validas, Graues, Magnas S.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix: (ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus aut pomis sua nomina seruat.) *Mansf.* Deponit salsug. & amaorem.
Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos, *Gen.* Propriam generositatem.
Colaque prelorum fumosis deripe tectis. *Qual.* Per quos vinum defluit. Vide Col. lib. 2. cap. 2.
Huc ager ille malus, dulcésque à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ. Sensim & cum mora egredietur, velut luctãdo.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto Illisa humo nõ dissipatur. Col.
Discimus: haud vnquam manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Lent.* Fit tenax, & adhærescit.
Humida maiores herbas alit, ipsáque iusto Vitra modum læta.
Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa, Ne herbis luxuriet.
Neu se prævalidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:
Quæq; leuis. promptũ est oculis prædiscere nigrã,

Explorare quæ terra sit frigida.
Et quisquis color: at sceleratum exquirere frigus
Indicia. S.
Difficile est: piceæ tantùm, taxique nocentes
De pastinatione nouelleti.
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
His animaduersis, terrā multo antè memento
Montanum vinetum.
Excoquere, & magnos scrobibus concidere mōtes:
Inuersas.
Antè supinatas aquiloni ostendere glebas,
Quàm latum infodias vitis genus, optima putri
Mouens & labefaciens. S.
Arua solo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At siquos haud vlla viros vigilantia fugit,
Antè locū similem exquirunt, vbi prima paretur
Seminarium.
Arboribus seges, & quò mox digesta feratur:
Maternū sinū.
Mutata ignorent subitò ne semina matrem.
Quinetiam cœli regionem in cortice signant:
Vt quo quæque modo steterit, qua parte calores
Meridianos. Septentrioni.
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Restituant. adeò in teneris consuescere multū est.
Collibus an plano melius sit ponere vites,
Eliges. S. Alij, Metis & terminis distingues.
Quære prius. si pinguis agros metabere campi,
Densa fere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collesque supinos,
A marmorariis metaph. Loquitur autē de disponēdo in quincuncem.
Indulge ordinibus: nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello quum longa cohortes
Tumultu vario agitatur, ceu mare fluctibus.
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies: ac latè fluctuat omnis
Num. Interuallis, Spatiis.
Ære renidenti tellus: necdum horrida miscent
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis.
Non ad oblectationem oculorū tantùm, sed etiā ob vtilitatem.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animū modò vti pascat prospectus inanem:
De scrobium altitudine.
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neq; in vacuū poterūt se extendere rami.
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras.

Ausim vel tenui vitem committere sulco:
Altius ac penitus terræ defigitur arbos:
Æsculus in primis, quæ quantũ vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra neque imbres
Conuellunt: immota manet, multósque per annos
Multa virûm voluens durando secula vincit.
Tum fortes latè ramos & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Néue tibi ad solem vergant vineta cadentem:
Néue inter vites corylum sere: néue flagella
Sũma pete, aut summas defringe ex arbore plãtas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina: néue oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus
Robora comprendit, frondésque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde sequutus
Per ramos victor pérque alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem:
Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq; reuerti
Possunt, atque ima similes reuirescere terra:
Infelix superat folijs oleaster amaris.
Nec tibi tã prudens quisquã persuadeat autor
Tellurem borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, quum vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora, quũ rapidus sol

Vitem quidem tenui sul. at verò arborẽ alto. quasi vitis non sit propriè arbos.

Æsculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Plin.

Ne malleoli vel taleæ è summa surculi parte sumantur. Vide Col.

Tant. am. Sub. indicat surculos circa terram rescindendos, & terræ assuetum, ei denique inserendum. VV.

Ruit. Proiicit.

Velut picea.

Ab ipsis cacuminibus.

Vbi hoc contigerit

Inf. Sterilis superest.

Nec tibi. Pastinãdæ & serendæ vites non hyberno tempore, sed verno & autumnali.

Purpureo vel florenti.

Ciconia, quæ serpente pullos pascit, vt canit Iuuen.

Nondum hyemẽ cõtingit equis, tam præterit æstas.
Ver adeo frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore, fœtus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris:
Et venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager: zephyríque tepentibus auris
Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor:
Inque nouos soles audent se gramina tutò
Credere: nec metuit surgentes pampinus austros,
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmue habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus euri:
Quum primum lucem pecudes hausere, virúmq;
Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
Immissæq; feræ syluis, & sidera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigúsque calorémque
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Quod supereſt, quæcũq; premes virgulta per a-
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulũ, aut squalẽtes infode cõchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisque sũbibit
Halitus, atq; animos tollent sata. iámque reperti
Qui saxo super atque ingentis pondere testæ
Vrgerent: hoc, effusos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.
Seminibus positis, supereſt deducere terram

Dictum tanquã de animali quod in libidinẽ turget, ea accẽsum.

Vere magis, quia vere calor redit ossibus, Geor. 3.

Hyb. Asperis, quales sunt hyberni. Vel, Non erat ita frigidus eorum flatus.

Quum pri. Al. *primæ.* & *Terrea prog.* apud Lact.

Quod sup. Vt veniã ad id quod dicendum supereſt hac de re.

Premes, In scrobem defodies.

Bib. Arenarium.

Anim. toll. Recreabuntur, Vigorem resumẽt.

Effus. Contra nimias pluuias. Fissa nimio ęstu

Semin. De repastinatione vineę nouellæ.

Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos:
Tum leues calamos & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineásque aptare sudes, furcásque bicornes:
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summásque sequi tabulata per vlmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpēdæ manibus frondes, intérque legendæ.
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vlmos
Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde.
Antè reformidant ferrum, tunc denique dura
Exercē imperia, & ramos compesce fluentes.
Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenēdum est:
Præcipuè dum frons tenera, imprudéns q; laborum:
Cui, super indignas hyemes, solémq; potentem,
Syluestres vri assiduè capreæq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, durique venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi:
Præmiáque ingentes pagos & compita circum
Thesēidæ posuere: atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
Necnon Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risúque soluto:
Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis.

Cap. vitium: & ligonibus effodere. Duo autē vers. seq. sunt periphr. arationis. De pedatione vitium.

Tabulata in arbusto sunt veluti domicilia vitium, tubiculis etiam distincta. Dum crescit. *Per pu.* Per aerē. S. Solidioribus palmitibus. *Com.* folia: *Bra.* ramulos. Sic Æn. 12, posuitque comas & brachia ferro. *Flu.* Superuacuos.

Venenosi morsus. *Vet.* quia primi ludi theatrales nati sunt ex Liberalibus. *Prosc.* autē locus ante scenam. S. Quod ipsi Thes. (i. Athenienses) vocarūt ἀστοβολάζειν. *O áque.* Personas ex arborum corticibus. S.

Et te Bacche vocant per carmina lata, tibíque
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Complentur vallésque caua, saltúsque profundi,
Et quocunque deus circum caput egit honestum.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs, lancésque & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:
Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.
Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquã exhausti satis est. nãq; omne quotãnis
Térque quatérque solũ scindẽdũ: glebáq; versis
Æternum frangenda bidentibus: omne leuandũ
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbẽ,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.
Et iam olim seras posuit quum vinea frondes,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus: & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens. fingítq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:
Postremus metito. bis vitibus ingruit vmbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus vterque labor. Laudato ingentia rura,
Exiguum colito. necnon etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur: incultíque exercet cura salicti.
Iam vincta vites, iam falcem arbusta reponunt:
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pulúisque mouendus:
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.
Contrà, non vlla est oleis cultura: neque illæ

Obscenæ partis simulacra. Vel, Quædam velut suspẽdicula, quibus se in aere pendentes agitabant. T. Vide & alias aliorum expos. apud eũ, & Ser.

Hinc omnis, &c. Post hæc sacra celebrata. S.

Sacer, execrabilis. S.

Pastinatio & occatio & pampinatio iterandæ.

Vnde vet. annũ à circuitu putãtur vocasse: ab Am pro Circũ. Macr.

Falce.

Vall. Pedamẽta, Statumina.

Me. Vindemiato.

Bis vit. Ideo bis pampinandum.

Bis seg. Ideo bis sarriẽdum. Ideo bis sarriendæ & runcandæ sunt vineæ. VV.

Rep. Permittũt reponere. *Antes* extremos ordines vinearum.

Pul. Quod dicitur pulueratio.

Iupp. aer, vel potius imbr.

Procuruam expectant falcem, rastrósque tenaces,
Quum semel hæserunt aruis, auráque tulerunt.
Ipsa satis tellus, quum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem & placitam Paci nutritor oliuam.
Poma quoque, vt primùm trũcos sensere valẽtes,
Et vires habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nituntur, opísq; haud indiga nostrâ,
Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit,
Sanguineísque inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cytisi: tedas sylua alta ministrat,
Pascuntúrq; ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atque impẽdere curã?
Quid maiora sequar? salices, humilésque genistæ,
Aut illæ pecori frondem aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Nariciæq; picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipsa Caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi euri assiduè frãgúntque ferúntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum.
Naui gijs pinos, domibus cedrósq; cupressósque.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Itycos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferróque cauantur acuto.
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: necnon & apes examina condunt
Corticibúsque cauis, vitioſæq; ilicis aluo.

Ventis ferendis sunt assuefactæ. *Satiũt.* Aratum oliuetum & oleis prodest, & exinde frumenta gignuntur. S. *Hoc*, Hac re, S. Hac ratione, Pomp. *Placi.* Acceptam Paci, vtpote cuius sit insigne. *Nutritor*, passi. vox pro actiua. *Nem.* Pomariũ. *Auiaria.* synecdoche pro syluis seu arboribus vbi aues nidificant. *Quid ma.* Q. d. Vt à maioribus ad reliqua veniam. *Cyt.* Maced. mõtem, in quo abũdat buxus, quæ vento mota, vndas imitatur.

Nautica pinus, suprà.

Tri. Tornauere. *Tymp.* Tecta vehiculorum. S.

Parthicos. S.

Legitur & *aluëo.*

Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerũt?
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit, Rhœtúmque Pholúmque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
"*O fortunatos nimium, sua si bona norint,*
Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum" iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus" undam,
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
"*Illusáque auro vestes, Ephyreiáque æra:*
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Dives opum variarum: at" latis otia fundis,
Speluncæ, vivíque lacus, at frigida tempe,
Mugitúsque boum, mollésque sub arbore somni
Non absunt: illic" saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum parvóque assueta iuuentus:
Sacra deũm, sanctique patres: extrema per illos
"*Iustitia, excedens terris, vestigia fecit.*
Me vero primùm dulces ante omnia Musæ,
"*Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore,*
Accipiant: cœlíque vias & sidera monstrent:
Defectus solis varios, lunæq; labores:
Vnde" tremor terris: qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursúsque in se ipsa residant:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
"*Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:*
Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem sylváque inglorius. ô, vbi campi,

© *fer.* Rusticæ vitæ laudes.
Iustissimè reddens quod accepit, & quidem magno etiam cum fœnore.
Vnd. Multitudinem tumultuosam.
Illus. Auro quasi per lusum ab artifice insperſas. Legitur & *inclusas*: quod Ser. reiicit. *Ephyr.* Corinthia. *Nesc. f.v.* Aut quia innocentes sunt, aut quoniam immobilis est status vitæ eorum. S.
Sal. Venationes in saltibus.
Iust. Astræa virgo.
Quarum sum sacerdos. Quidam putãt respici ad matronas, quæ in vehiculis sacra ferebant.
Tve. Terræmotº.
Frig. Si mihi pingue & hebes fuerit ingenium ad philosophiam discendam: vt Emped. animũ sanguinem esse cordi suffusum existimabat, teste Cic.

"Sperchiúsque,& "virginibus bacchata Lacænis
Taygeta:ô,qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat,& ingenti ramorum protegat vmbra.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus,strepitúmq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille,deos qui nouit agrestes,
Panáq;,Syluanúmq; senem,Nymphásq; sorores.
Illum non populi fasces,non purpura regum
Flexit,& "infidos agitans discordia fratres:
"Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ,perituráq; regna,neque ille
Aut doluit miserans inopem,aut inuidit habenti.
Quos rami fructus,quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua,carpsit:nec ferrea iura,
Insanúmq; forum,aut populi "tabularia vidit.
Sollicitant alij remis freta cæca,ruúntque
In ferrum:penetrant aulas & limina regum:
Hic petit excidijs vrbem,miserósque penates,
Vt "gemma bibat,& Sarrano dormiat ostro:
Condit opes alius,defossóq; incubat auro:
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisque,patrúmq;)
Corripuit,gaudent perfusi sanguine fratrum.
Exilióque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Agricola incurúo terram dimouit aratro:
Hinc "anni labor:hinc patriam paruósq; nepotes
Sustinet,hinc armenta boum "meritósq; iuuencos.
Nec requies quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum,aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúq; oneret sulcos,atque horrea vincat.
Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis:

Sperch. Thessaliæ fluuius
A virg. Spartanis frequentata Bacchi orgiis
Taygeta: quod nomen est montis Lac.at Hæmus,Thessaliæ.

Fasc. Magistratus.
Infr. Vt Romulum &Remum.

Non reddit eũ sollicitum cõiuratio barbarorum.

Vbi actus publici continentur.

Gemmeo poculo,vel potius gemmato.

Annui laboris fructus,quo rẽp. & priuatam familiam sustẽtat.
Mer.ius. quia laboris consortes.

Arb. Poma syluestria. S.

Glande sues læti redeunt, dant arbuta syluæ.
Et varios ponit fœtus autumnus, & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Mitis. Mitescentes vuæ, id est maturescentes.

Interea pendent dulces circum oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus: vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguésque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos: fusúsque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat: pecorísq; magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:

Talia certamina sagittariorũ & pas. describũtur Æn. lib. 5.

Corporáque agresti nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater. sic fortis Hetruria creuit:
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septémque vna sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & antè
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis:

Antequam regnaret lup. qui fuit natritus in Dictæo monte Cretensi.

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Nec dũ etiam audierant inflari classica, necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.

Nondum erant bella, ac ne arma quidem bellica.

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equûm fumantia soluere colla.

Iam fatigato ingenio parcendũ est. S.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM LIBER III.

ARGVMENTVM.

Hic liber, sicut & qui proximè sequitur, pastoralis, non georgicus, à quibusdã vocatus fuit: vt annotat Seruius in fine suorũ cõmentariorum in librum secundum. Quinetiã non proculà principio cõment. in primum, tradit quosdam asseruisse duos tantùm

tantùm esse Georgicorum libros: sed ita vt eorum sententiam reiiciat. Virgilius certè, postquam duobus superioribus libris, arationis plantationisque rationem absoluit: nunc pastionis curam (quæ in generali operis totius propositione tertia erat) hoc libro exequitur. Duæ autem sunt argumenti huius partes: quarum prior, armentorum, equorum præsertim & boum, curam continet: quales scilicet in vtroque genere deligendę sint matres, quales potissimum parandi sint admissarij, quibúsque indiciis equini pulli generositas possit deprehendi: quæque omnibus iis cura pro ratione ætatis debeat adhiberi. Posterior pars, minoris pecoris pascendi rationem complectitur, ouium præcipuè & caprarum: generáque morborum explicat, quibus greges peculiariter infestantur, vnà cum eorum causis, & remediis. Inter cætera autem morborum genera, & pestilentiam enumerat: arreptáque inde occasione, Lucretium imitatus, ad grauissimam quandam Illyrici, Venetiarum, vicinarúmque regionum pestilentiam digreditur.

ALIVD MODESTINI IVRIS-consulti argumentum.

Téque Pales, & te pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine pascua læta,
Queis habitent armenta locis, stabulentur & agni,
Omnia diuino monstrauit carmine vates.

TE quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso: vos syluæ, amnésque Lycæi.
Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos,
Hippodaméq; humeróq; Pelops insignis eburno,
Acer equis? tentãda via est qua me quoque possim
Tollere humo, victórque virûm volitare per ora.
Primus ego in patriã mecũ (modò vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat

Vt Cererem & Bacchum cecinimus, ita etiã te canemus, magna Pales, dea pabuli.

In qua Latona enixa est Apoll. & Dianam.

Victórq. qui aliquid perfecit & absoluit. Sic & paulo póst. T.

A ver. Parnasso at Ser. Helicone *Propt.* Prope. vel iuxta.

Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

Cæsari templũ dicabo, & eius simulacrum in medio collocabo. S. *Cent.* Exhibebo ludos Circẽses. S. *Vel sc.* Significat scenã versatiles habẽtẽ machinas, quæ versatę ostẽdebant quæ extra vrbẽ aut quæ in vrbe erãt. Addit autẽ *Purp.* &c. quia in ludis scenicis aulæum tendi solebat. T.

In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alpheũ linquẽs lucósque Molorchi,
Cursibus & crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ
Dona feram. iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsósque videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus, vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Gangar. De Gangaridis Indiæ pop. victoriã & laureã optat Augusto. T.

In foribus pugnam ex auro solidóque elephanto
Gangaridũm faciam, victoríque arma Quirini:
Atque hîc vndantem bello, magnúmque fluentem
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsúmq; Niphatẽ,
Fidentémque fuga Parthum versísque sagittis.

Ix. ang. Quibus Ixion religatus est ad rotam. S. *Syl.* Hoc argumẽtũ tractemus ab aliis Rom. in tactũ, vt tuis iussis pareamus. *Cith.* In Cithærone optima pascua. P.

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,
Bísque triumphatas vtroque ab littore gentes.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissáq; ab Ioue gentis
Nomina: Trósq; parẽs, & Troiæ Cynthius autor.
Inuidia infelix furias amnémque seuerum
Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues,
Immanémque rotam, & non exuperabile saxum.

Mox. t. Æneidẽ possicetur, cuius lib. 6. genus Augusti, lib. 8. res gestas perstringit. Dicit autẽ se effecturũ vt fama factorũ eius tot annos duret quot anni sunt ab ipso vsque ad mundi principium.

Interea Dryadum syluas saltúsque sequamur
Intactos, tua Mæcenas haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat: en age segnes
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetique canes, domitrixq; Epidaurus equorũ:
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,

Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ,
Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra iuuencos,
Corpora præcipuè matrum legat. optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo:
Aut iuga detrectans, interdúmque aſpera cornu,
Et faciem tauro propior: quæq; ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.
Ætas Lucinam iuſtóſque pati hymenæos
Deſinit ante decem, poſt quattuor incipit annos:
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, ſuperat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares, mitte in venerem pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus:
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras,
Anteueni, & ſobolem armento ſortire quotannis.
Necnon & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modò, quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponti:
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua ceruix,
Argutúmque caput: breuis aluus, obeſáque terga:

Vaſtum ſeu valde magnum caput, & longa ceruix.
Palearia ampla, à collo penè ad genua demiſſa. Varro, Col.
Cauda profuſa vſque ad calces. Var.
Luc. partum. *Hymen.* coitum.
Subminiſtra. S. Vt Hom. Δειλοῖσι βροτοῖσι.
Subſtitue. S.
Vt ſubmittere tauros. Periphr. equi admiſſarij.
Moll. flexibilia.
Quum flumen tranſuehendum eſt, gregi in primis prægreditur.

Luxuriátque toris animosum pectus: honesti
Rutili, Phœnicei. Gl. Cærulei. At Seru. Felineis oculis exp. *Spadices, glaucique: color deterrimus albis,*
Et giluo) tum, siqua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus,
Gil. Qualis color est in melle. *Collectúmque premens voluit sub naribus ignem.*
Dupl. Lata spina: vt Duplici dentalia dorso, pro crasso dorso. S. *Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:*
At duplex agitur per lumbos spina: cauátque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
Duris vngulis, Col. *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis*
Cyllarus, & quorum Graij meminêre poetæ,
Martis equi biiuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Saturnus in equum versus. Vide Ser. *Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum*
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoq; vbi aut morbo grauis aut iam segnior annis
Quidam leg. & pro *nec.* Al. *Senio.* *Deficit ab de domo, nec turpi ignosce senectæ.*
Frigidus in venerem senior, frustráque laborem
Præl. Prælia venerea. Coitum. Alibi, *venerem nocturnáque bella.* *Ingratum trahit: & siquando ad prælia ventum est,*
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. ergo animos æuúmque notabis
Præcipue: hinc alias artes, prolémque parentum:
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nónne vides? quum præcipiti certamine campum
Carceribus. *Corripuere, ruúntque effusi carcere currus,*
Ferit. S. Quidã expl. Exhaurit spiritus: vt inter spem & metum accidere solet. *Quũ spes arrecta iuuenum, exultantiáque haurit*
Corda pauor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iámque humiles, iámque elati sublimè videntur
Axis. Currus. *Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras.*
Nec mora, nec requies: at fuluæ nimbus arenæ
Al. tenerum. *Tollitur: humescunt spumis flatúque sequentum:*
Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.
Primus Erichthonius currus & quattuor ausus

Iungere equos, rapidísque rotis insistere victor.
Frena Pelethronij Lapithæ gyrósque dedere
Impositi dorso: atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Æquus uterq; labor: æquè iuuenémque magistri
Exquirunt calidúmque animis & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortésque Mycenas,
Neptunique ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis, instant sub tempus: & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui
Quem legêre ducem, & pecori dixere maritum.
Pubentésque secant herbas: fluuiósque ministrant,
Farráque, ne blando nequeant superesse labori,
Inualidíque patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondésque negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant,
Quũ grauiter tunsis gemit area frugibus, & quũ
Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens venerem, interiúsque recondat.
Rursus, cura patrum cadere, & succedere matrũ
Incipit, exactis grauidæ quum mensibus errant.
Non illas grauibus quisquã iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiósque innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa
Speluncæq; tegant, & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa ilicibúsque virentem

Al. *rapidus.*

Equitem pro equo, Ennij imitatione. Gell.

Æqualis labor.

Ab equo Neptuni, qui natus est tridentis percussione. S. De hoc Virg. lib. 1.

Tempus admissuræ.

Ping. Sagina.

Dixére. Designauerunt.

Blandum lab. vocat coitum.

Macie. Ante admissuram mensem vnum ne vaccæ cibo aut potione se impleant. V. Meridiani temporis descriptio.

Obesitate corporis. At Ser dicit, Propter luxuriem segetũ.

Genit. aruo, Vulue, naturalibus.

Sulcos obli. Claudat meatus.

Cadere. Recedere, vel Minui.

Exac. mens. Mense xii, equæ pariunt. Pl.

Pascantur in locis viridibus & aquosis. Var. Silarus Lucaniæ flu.

Alb. Lucaniæ mons. *Plurimus Alburnum volitans (cui nomen asilo*
Romanum est: œstron Graij vertêre vocantes)
Asilo. Tabanum Varro vocat. *Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis*
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Flu Lucaniæ. *Concussus, syluæq; & sicci ripa Tanagri.*
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Hæc fuit Io, Inachi filia, in vaccam à Ioue trãsformata. *Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.*
Hunc quoq; (nam mediis feruoribus acrior instat)
Arcebis grauido pecori: armentáque pasces
Mane & vespere. *Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.*
Vt suprà, -*cura patrum cadere & succ. matrum. Inc. exact. &c.* *Post partum, cura in vitulos traducitur omnis:*
Continuóque notas & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Al. sacros. *Aut aris seruare sacris, aut scindere terram,*
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studiũ, atque vsum formabis agreste,
Iam vitulos hortare, viámque insiste domandi:
Faciles, vtpote adhuc teneri. *Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.*
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, vbi libera colla
Apt. aptatos. *Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos*
Gr. conf. Simul incedere. *Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.*
Vacuo plaustro subiungendi. Col. *Atque illis iam sæpe rotæ ducantur inanes*
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Pòst validо nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ non gramina tantùm,
Iuuencis indomitis. *Nec vescas salicum frondes, vluámque paluſtrem,*
Siccas & teneras. S. Alij aliter: *Sed frumenta manu carpes sata, nec tibi fœtæ,*
Vt mos erat patribus, id est maioribus. *More patrum, niuea implebũt mulctralia vaccæ,*
Sed totæ in dulces consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,

Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, tractúque gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonantes.
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat, inque vicem det mollibus ora capistris,
Inualidus, etiámque tremens, etiam inscius ævi.
At tribus exactis vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúsque sonare
Compositis: sinuétque alterna volumina crurum,
Sitque laboranti similis. tum cursibus auras
Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes atque arida differt
Nubila, tum segetes altæ campíque natantes
Lenibus horrescunt flabris: summæq; sonorem
Dant syluæ, longíque vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
Hic vel ad Elei metas & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas,
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito. nanq; ante domandum
Ingentes tollent animos: prensíque negabunt
Verbera lenta pati, & duris parêre lupatis.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm venerem & cæci stimulos auertere amoris.
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atque ideò tauros procul atque in sola relegant

Iouis Olympici. *Curr.* Curuli certamine decertare.
Lituorũ & buccinarum auditũ ferre.
Manu magistri blandè attrectãtis. *Iam primò* Ser. legit aduerb.
Nondum ab annis sumpta fiducia.
Quarto autem anno.
Mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Plin.
Præparetur ad futurum laborem. S.
Dissipat.
Impellunt se. Pomp.
Et. Olympici. Erit equus cursor vel vectarius.
Lup. Frænis. *Atque id.* Itaque vel in lõginqua pascua marem placet ablegari, vel ad præsepia contineri. Col.

Lata fl. ne natatus sit facilis.

Pascua, post montẽ oppositũ, & trãs flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.

Dum videtur. S.

Carpit enim vires paulatim vritque videndo
Fœmina: nec memorũ patitur meminisse, nec herbæ.

Alternatim.

Dulcibus illa quidem illecebris & sæpe superbos

Obluctantes.

Cornibus inter se subigit decernere amantes.

Alibi in tali descriptione, Gemitu nemus omne remugit.

Pascitur in magna syluæ formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris. lauit ater corpora sanguis:
Versáque in obnixos vrgentur cornua, vasto
Cũ gemitu: reboãt syluæq; & magnus Olympus.

Aspect. Retorquens oculos ad stab.

Regnis. Pabulis in quibus regnabat, dux gregis.

Nec mos bellantes vnà stabulare: sed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam, plagásque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores:
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.

Pern. Perseuerans: à perniteo. S. Sed al. *pernox.*

Herba palustri & aculeata. Põp. *Iras.* Eadem fere Æn. 12.

Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili:
Frondibus hirsutis & carice pastus acuta.
Et tentat sese: atque iras in cornua discit
Arboris obnixus trunco: ventósque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Oblit. Securum ex victoria præcedente.

Fluctus vt. Sic paulatim taurus mouetur ad prælia. S.

Post, vbi collectum robur, virésque receptæ,
Signa mouet, præcépsque oblitũ fertur in hostem.

Vort. Aquis in se cõtortis. Fab.

Fluctus vt in medio cœpit quum albescere ponto,

Omne gen. Variæ, versicolores.

Longius ex altóque sinum trahit: vtque volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda

In furias ign. id est amoris.

Vorticibus, nigrámque altè subiectat arenam.

Am. In vnoquoque genere eadem vis est amoris, idem impetus.

Omne adeò genus in terris hominúmq;, ferarúmq;,
Et genus æquoreum, pecudes pictæq; volucres,
In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem.

Temp. non al. Quàm quũ turget libidine.

Tempore non alio catulorum oblita leæna

Sæuior errauit campis, nec funera vulgò
Tam multa informes vrsi stragémq; dedere.
Per syluam tum sæuus aper, tum pessima tigris:
Heu malè tum Libyæ solis erratur in agris. Desertis.
Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam frena virûm, nec verbera sæua,
Non scopuli rupésque cauæ atque obiecta retardãt
Flumina, correptos vnda torquentia montes. Saxa ingentia, hyperb.
Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus: Sabinus. spec. pro genere. Dicit autem suem domest. seu cicurem.
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atque hinc atq; illinc humeros ad vulnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporũ,
Atq; canũ? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, tránsq; sonantem
Ascanium: superant montes, & flumina tranant:
Continuóque auidis ubi subdita flamma medullis,
(Vere magis: quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ in zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptántque leues auras: & sæpe sine vllis
Coniugijs, vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos & depressas conualles
Diffugiunt, non eure tuos, neque solis ad ortus:
In boream, caurúmq;, aut vnde nigerrimus auster

Fr. arb. Indurantes attritu arborum costas, lutóque se tergorantes. Plin. Iuu. Leander.

Port. ton. Aer nubibus plenus, per quem iter est ad cœlum. S. Virgo, Hero.

Baccho sacræ, cuius currum trahunt.

Mentem earum incendit libidine: vel quasi ingenerauit illorum menti tantos libidinis stimulos.

Vbi sub. Accessus libidinis ignis.

Vide Arist. Var. & Plin.

Quia pluuiosus & nebulosus est.

Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demũ hippomanes," vero quod nomine dicũt
Pastores," lentum distillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod sæpe malæ legêre nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.

Hoc satis armentis: superat" pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.
Hîc labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
"Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnũ
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem:
Sed me" Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, quà nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandũ.
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipula filicúmque manipls
Sternere subter humum: glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémque ferat turpésq; podagras.
"ost hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, &" fluuios præbere recentes:
Et stabula à ventis" hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem, quum frigidus olim
Iam cadit, extremóque irrorat aquarius anno.
" Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda:
Nec minor vsus erit," quanuis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.
Quàm magis exhausto spumauerit vbere mulctra,
Læta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea" barbas incanáque menta

Nomine vero, id est, à re ipsa impositio: nomine hinc etymum habente.

Lentum viscidũ.

Secunda pars huius libri, de gregibus ouiũ & caprarum.

Videtur esse Lucr. imitatus.

Vt supra lib. 2, *Me vero primum dulces ante omnia musæ.*

Post hinc digr Vlterius perges. *Fluuios.* Aquam recens haustam.

Hyb. soli. Contra plagam meridianam, per quam sol currit per hyemem.

Hæc q. Caprilia nõ minus quàm ouilia. Ser. ait esse pro *Hæc quoque tuenda.* sub. capræ.

Quanuis Mil. Licet magno pretio comparẽtur lanæ ouiũ, purpureo colore tinctæ.

Capræ & hirci

Cinyphij tondent hirci, setáſque comantes,
Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.
Paſcuntur verò ſyluas, & ſumma Lycæi,
Horrentéſque rubos, & amantes ardua dumos.
Atque ipſæ memores redeunt in tecta: ſuóſque
Ducunt, & grauido ſuperant vix vbere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem, ventóſque niuales,
Quo minus eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes: victúmque feres & virgea lætus
Pabula: nec tota claudes fœnilia bruma.
At verò zephyris quum læta vocantibus æſtas,
In ſaltus vtrúque gregem atque in paſcua mittes:
Luciferi primo cum ſidere, frigida rura
Carpamus: dum mane nouum, dũ gramina canent,
Et roſin tenera pecori gratiſſimus herba eſt.
Inde, vbi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ:
Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam:
Æſtibus at mediis vmbroſam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rurſus aquas, & paſcere rurſus
Solis ad occaſum, quum frigidus aera veſper
Temperat, & ſaltus reſicit iam roſcida luna:
Littoráque alcyonem reſonant, & acãthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu
Proſequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctémq;, & totum ex ordine menſem
Paſcitur ítque pecus longa in deſerta, ſine vllis
Hoſpitys: tantum campi iacet. omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectúmque, larémque,

tondẽtur & velluntur ad vſum nauticum, & ad bellica tormenta. V.

Cinyphij, à Cinyphide Libyæ fluuio.

Tondent. Priſcianus vult eſſe enallagen, pro tondentur.

Quanto minus curam ſui gerere poſſunt, & ſibi prouidere quę egeſtas mortalis deſiderat, tanto ſtudioſius illis neceſſaria ſuppeditabis. Alteram autem lectionem, *Quo minor*, poſſe ferri non puto

Meridiei incipiẽtis periphraſis.

Ex ilice factis.

Pro, Sicubi vmbra ſacra accubet in nemore ac ſub arboribus iaceat. T. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcũt, quoad contenebrauit. Var.

Am. Laconicũ.

Auitis, Martiis, A Marte progenitore acceptis.

Ser. vult vna voce legi Anteexpectatum.

Ister-Fluuius Scythiæ, quum creditur & Danubius.

Septentrionem.

Sol nec ortu suo nec occasu nubes dissoluit. S.

Crustæ. ex glacie.

Ærea vasa, frigore confringũtur. At Ser. exp. Crepant.

Ver. Versæ sunt.

Non segnius quàm inchoauerat. S.

Pruinis. abusiuè pro nubibus S.

Mo. n. Nimia magnitudine. S.

Æn. 12, *Ceruum aut puniceæ septum formidine pennæ.*

Armáq; ∴ *Amyclæúmq; canẽ, Cressámq; pharetrã:*
Non secus ac ∴ *patrijs acer Romanus in armis*
Iniusto sub fasce viam quum carpit, & hosti
∴ *Ante expectatum positis stat in agmine castris.*
At non, quà Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda,
Turbidus & torquẽs flauentes ∴ *Ister arenas:*
Quáque redit mediũ Rhodope porrecta sub ∴ *axem.*
Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora cauri.
Tum ∴ *sol pallentes haud vnquam discutit vmbras:*
Nec quũ inuectus equis altũ petit æthera, nec quũ
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine ∴ *crustæ:*
Vndáque iam tergo ferratos sustinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris:
∴ *Æráque dissiliunt vulgò, vestésque rigescunt*
Indutæ: cædúntq; securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem ∴ *vertêre lacunæ:*
Stiriáque impexis induruit horrida barbis.
Interea toto ∴ *non secius aere ningit.*
Intereunt pecudes: stant circumfusa ∴ *pruinis*
Corpora magna boum: confertóque agmine cerui
Torpẽt ∴ *mole noua, & summis vix cornibus extãt.*
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
∴ *Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ:*
Sed frustrà oppositum trudentes pectore montem
Comminus obtruncant ferro: grauitérque rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub alta
Otia agunt terra: congestáque robora totásque

Aduoluêre focis vlmos, ignique dedêre.
Hîc noctem ludo ducunt, & pocula læti — Pocula similia vini poculis faciunt.
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni
Gens effrani virûm Riphæo tunditur euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

Si tibi lanicium curæ, primùm aspera sylua, — Non tam curam lanæ quàm lanati pecoris significat. T.
Lappæq; tribulique absint: fuge pabula læta.
Continuóque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem, quanuis aries sit candidus ipse,
Nigra subest vdo tantùm cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum: plenóque alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocantẽ.

At cui lactis amor, cytisum lotósque frequẽtes
Ipse manu salsásque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amãt fluuios magis, & magis vbera tẽdũt:
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibẽt à matribus hœdos, — Validiores. S.
Primáque errantis præfigunt ora capistris. — Primam partem rictus, ne possint fugere lac. P.
Quod surgente die mulsêre horísque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadẽte, — Pre. Cogunt in caseos.
Sub lucẽ exportant calathis (adit oppida pastor) — Aspergunt.
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.

Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vnà
Veloces Spartæ catulos acrémque molossum
Pasce sero pingui. nunquam custodibus illis
Nocturnus stabulis furem, incursúsque luporum,
Aut impacitos à tergo horrebis Iberos. — Abactores, S. Prædatores, Pl.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.

Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens: montésque per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graues nidore chelydros.
Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlúmque exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus,
Fouit humũ. cape saxa manu, cape robora pastor:
Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Deyce. iámque fuga timidum caput abdidit altè,
Quum medij nexus extremæq́ agmina caudæ
Soluuntur, tardósque trahit sinus vltimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terræ ac pluuialibus austris,
Stagna colit: ripísq́ habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem ranísque loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræq́ ardore dehiscũt,
Exilit in siccum: & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris, aspérque siti, atque exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Quum positis nouus exuuijs, nitidúsque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis aut oua relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoque te causas & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel quum tonsis illotus adhæsit

Galbani odore serpentium pestis fugatur. Col

Amplexa est terram in qua posset latere. S.

Cæde serpentẽ, donec caudæ volubilitas cõquiescat. S.

Sin. Curuatura colubri.

Con. Erectus: ad differentiam repentium toto corpore. S.

Nam hoc genus siti magis quàm alia re accenditur.

Pelle deposita redit ad priorẽ ætatem.

Trifariam fissis.

Quæ corpora reddit turpia.

Per medullas & ossa penetrat.

Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt: vdisque aries in gurgite villis
Mersatur, missúsque secundo defluit amni.
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, viuáque sulfura,
Idæásque pices, & pingues vnguine ceras,
Scillámq; helleborosq; graues, nigrúmque bitumen.
Non tamen vlla magis præsens fortuna laborũ est,
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os. alitur vitium, viuítque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.
Quinetiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Quum furit, atque artus depascitur arida febris:
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,
Quũ fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul aut molli succedere sæpius vmbræ
Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,
Extremámque sequi, aut medio procumbere cãpo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti:
Continuò ferro culpam compesce, prius quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Non tum creber, agens hyemem, ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente,
Spémq; gregémq; simul, cũctámq; ab origine gẽtẽ.
Tum sciat, aerias Alpes, & Norica siquis
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui
Nunc quoque post tanto videat, desertáque regna

Dulc. Salsa enim aqua magis pruriginem creat.

Perũgunt oleo.

Pinguedine. Pl.

Efficax remediũ morbi.

Dum tegitur,

Illum febris æstum.

Subiicit deinde Virgilius, febricitantibus ouibus, de talo vel inter duas vngulas sanguinem emitti oportere Col.

Al. *segnius.*

Extr. ob lassitudinem.

Al. *Sera nocte.*

Gregẽ inficiat contagione.

Agnos pariter cum matribus.

Celsissimas.

Venetiam. S.

Pastorum, & longè saltus latéque vacantes.

Aere corrupto. Pestis. *Hîc quondam morbo cœli miseranda coorta est*
Tempestas, totóque autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.

Nec simplici quidem morte moriebantur. S. ex Sal. *Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis*
Omnibus acta suis, miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniáque in se

Paulatim, Sensim. *Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.*

In sacrificiis. *Sæpe in honore deum medio stans hostia ad aram,*
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,

Inf. Quæ vtrinque ab hostia mactãda dependebat. *Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.*

Qui ferire cunctabantur. *Aut siquam ferro mactaverat ante sacerdos,*
Inde neque impositis ardent altaria fibris,

Antequam hoc mortis genus illi accideret. *Nec responsa potest consultus reddere vates:*
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri:

Extispex ex fibris veneno corruptis nihil præsagire potest. *Vul.* passim. *Summáque ieiuna sanie infuscatur arena.*
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros

Angina fauces illorum inuadit. *Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.*

Herbæ, graminis. Quidã subtilius pro victoria accip. *Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ*
Victor equus: fontésque auertitur, & pede terram
Crebrà ferit. demissæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus:

Ingrauescere. *Sin in processu cœpit crudescere morbus,*

Spir. Anhelitus grauis. *Tum verò ardentes oculi, atq; attractus ab alto*
Spiritus interdum gemitu grauis: imáque longo

Premit. Ex nimia siccitate. *Ilia singultu tendunt: it naribus ater*

Lat. Len. Vinũ. *Cornu.* Col. vocat infundibulum. *Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.*
Profuit inserto latices infundere cornu

Lenæos

Lenæos: ea visa salus morientibus vna.
Mox erat hoc ipsum exitio: furiisque refecti
Ardebant: ipsique suos iam morte sub ægra
(Di meliora pijs, erroremque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit: & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremósque ciet gemitus. it tristis arator,
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbræ altorum nemorum, nõ mollia possunt
Prata mouere animum: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes,
Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor aut benefacta iuuãt? quid vomere ter-
ras
Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.
Frondibus & victu pascuntur simplicis herbæ:
Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægrè rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges: montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat. timidi damæ ceruíque fugaces
Nunc intérq; canes & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolẽ & genus omne natantũ
Littore in extremo, seu naufraga corpora, fluctus

Vino refocillatæ in rabiem agebantur.
Al. ardorémque.

Consortis interitu.

Al. Non gramina possunt Grata mouere animum. Id est, ad sui desiderium illicere.

Aut abundãtes, aut variæ. S.
Nec crapula nec ĩgluuie morbũ illum contraxerant.
Exerc. Non stagnantia, sed currentia.
Bobus agrestibus.
Don. (sicut & pluuinaria interdum) pro tẽplis.
Rim. In rimas agunt. S.
Obam. Insidiatur obambulando.
Nocturnus pro Noctu: vt dicitur Matutinus pro Mane.
Mar. Pisces.
Naufragio eiectæ.

Quasi timentes marinam pestilentiam. S.

Proluit: insolitæ fugiunt in flumina phocæ:
Interit & curuis frustrà defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri. 545

Perniciosus, Pestilens.

Ipsis est aer auibus non æquus, & illæ
Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt.

Prodest.

Præterea, nec iam mutari pabula refert:
Quæsitæq; nocent artes: cessere magistri,

Ch. & Mel. per synecd. pro præstantiss. quibuslibet medicis.

Phillyrides Chiron, Amythaoniúsq; Melampus. 550
Sæuit & in lucem Stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone: morbos agit ante metúmque,
Inque dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes

Resonant per echo.

Arentésq; sonant ripæ, collésque supini. 555
Iámq; cateruatim dat stragem, atq; aggerat ipsis
Instabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec humo tegere ac foueis abscondere discunt.

Nec lauari nec coqui poterant. S.

Nam neq; erat coriis usus: nec viscera quisquam 560
Aut undis abolere potest, aut vincere flamma.

Sanie quæ sordida est.

Nec tondere quidem morbo illuuiéque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verùm etiam inuisos si quis tentarat amictus,

Pustulæ, Carbũculi.

Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor 565
Membra sequebatur: nec longo deinde morantí

Erysipelas propriè: sed hîc potest & de peste accipi. VV.

Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM LIB. IIII.

Quarto hoc libro apum curam, mellificiúmque rationem (quæ pars in generali operis totius propositione postrema erat) copiosissimè exequitur. Quúmque argumentum hoc adeò angustum esset vt intra paucos versus posset consumi, variis id di-

gressionibus dilatat, iucundísque translationibus amplificat, & exornat. Nam & suam quandam apibus rempubl. assignat, reges ipsis tribuës, castra, prætoria, vrbes, populos, officia, studia, & mores. idque tanta dexteritate, vt nusquam immemor suarum translationum, à proposito excidat. Potest autem & hic liber in duas partes secari. in priori enim eius parte propagandarum conseruandarúmque apum curã exequitur: in posteriori, rationem, qua, quum funditus interierint, denuo possint reparari. Huius inuenti autorem Aristæum quendam pastorem facit: qui primus amissas apes, iugulatis aliquot boũ iugis, creditur reparasse.

ALIVD MODESTINI iurisconsulti argumentum.

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hyblæas & apes, alueorum & cerea tecta,
Quique apibus flores, examina quæque legenda,
Indicat, humentésque fauos, cœlestia dona.

Protinus aerij mellis cœlestia dona
Exequar. hanc etiam Mæcenas aspice partẽ.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimósque duces, totiúsque ex ordine gẽtis
Mores & studia & populos & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: siquem
Numina læua sinunt, audítque vocatus Apollo.
Principio sedes apibus statióque petenda,
Quò neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domũ prohibẽt) neque oues hœdíq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropésq; aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastant, ipsásque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.

Pr. hîc pro Deinceps, Exinde. S.

Aerij m. Vt Gr. mel quoddã dicitur ἀερόμελι. Ex aere enim defluit ros, ex quo mel.

Apiarium sit in horti parte secreta & aprica & à ventis remota.

Pet. Lasciuè exultantes.

Ab aluearibus melle pinguibus.

Hirundo.

Pullis crudel. qui apum morte nutriantur.

Palmáque vestibulum aut ingẽs oleaster obũbret:
Vt quum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiáque hospitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners seu profluet humor,
Transuersas salices & grandia conijce saxa:
Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum solem, si forte morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit eurus.
Hæc circum casiæ virides, & olentia latè
Serpylla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat: irriguúmq; bibant violaria fontem.
Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Angustos habeant aditus. nam frigore mella
Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda: neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras
Explent: collectúmq; hac ipsa ad munera gluten
Et visco & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ.
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodêre larem: penitúsque repertæ
Pumicibúsque cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen & leui rimosa cubilia limo
Vnge, fouens circum, & raras superinijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine, néue rubentes
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.
Quod superest, vbi pulsam hyemẽ sol aureus egit
Sub terras, cælúmq; æstiua luce reclusit:

Sibi grato & apprissimo. Vt suprà, Decedere nocti.

Siue stagnans sit aqua, siue profluens.

Mor. Tardè remeantes. Ventus præcipites dederit in aquam.

Gra. Bene. S. Potius pro vehementer, Valde suauiter.

Pro alueis.

Tã caloris quàm frigoris.

Quæ vocauit aditus.

Hæc. Vt fungatur huc officio.

Lapidibus cauernosis. Alibi, Pumice latebroso.

Resonat echo repercussa. S.

Illæ cõtinuò saltus syluásque peragrant,
Purpureóq; metunt flores, & flumina libant. Secant.
Summa leues. hinc nescio qua dulcedine latæ
Progeniem nidósque fouent: hinc arte recentes Fauos.
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt. Al *figunt*.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cœli Aluearibus.
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen, Ver serenum. S.
Obscurámque trahi vento mirabere nubem: Examen conglobatum.
Contemplator: aquas dulces & frondea semper
Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapores, Ad alueos.
Trita meliphylla, & cærinthæ ignobile gramen: Vile, vt pote vbique nascens.
Tinnitúsque cie, & Matris quate cymbala circũ.
Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ Qualia in sacris Cybeles, matris deorum.
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint, (nam sæpe duobus *Med.* quas ita asperseris.
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuóque animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præsciscere. nanque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat: & vox Bombus vt huc cina aliqua. Pl.
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coeunt, pennísque coruscant: *Trep.* quidã exp. festinantes.
Spiculáque exacuunt rostris, aptántque lacertos:
Et circa regem atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.
Ergo vbi ver nactæ sudum, campósque patentes, Serenum post pluuias.
Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto
Fit sonitus: magnum mistæ glomerantur in orbem,
Præcipitésque cadunt. non densior aere grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Vsque adeò obnixi non cedere, dũ grauis aut hos Obfirmati, Obstinati animis
Aut hos versa fuga victor dare terga coegit.

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compressa quiescent,
Dimicatio inie ctu pulueris dis cutitur. Plin.
Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Prod. Mella con sumens.
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.
Virgilius hîc Aristotelis imitator. Col.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens:
(Nã duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Lat. Non rotun dam, vt alter.
Desidia, latámque trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.
Nanque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Quum venit & terram sicco spuit ore viator
Pulchri coloris & nitidi, leuésque. Col.
Aridus: elucent aliæ, & fulgore coruscant,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tãtum dulcia, quantum
Mulsum intell.
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At quum incerta volant cœlóque examina ludũt,
Contemnúntq; fauos, & frigida tecta relinquunt:
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum
Sublimè volare.
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.
Fragrantes.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum atq; auium, cum falce saligna
Nati Lampsaci, quæ est vrbs Helleſponti.
Helleſpontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum pinósque ferens de montibus altis,
Tecta serat latè circum, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
Vt nautæ ad portum tendẽtes.
Vela traham, & terris festinem aduertere prorã:
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi

Ornaret, canerem: biserique rosaria Pesti: — Oppidi Calabriæ.
Quóque modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ: tortúsque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem — Sera pro Serò.
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi, — Flexibilis.
Pallentésque hederas, & amantes littora myrtos.
Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus, — Al. piger.
Corycium vidisse senem: cui pauca relicti — Gal. Fluu. Cal. Cor. Cilicem. Relicti à suis.
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec cõmoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus, albáque circùm
Lilia, verbenásque premens, vescúmq; papauer,
Regum æquabat opes animis: seráq; reuertens
Nocte domum, dapibus mẽsas onerabat inemptis.
Primus vere rosam, atq; autumno carpere poma, — Pro Carpebat: vt præcedit onerabat, & sequitur tondebat. Al. etiamnum.
Et quum tristis hyems etiamnunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum:
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æstatem increpitans seram, zephyrósq; morantes.
Ergo apibus fœtis idem atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis — Redundantia.
Mella fauis: illi tiliæ, atque vberrima pinus.
Quótq; in flore nouo pomis se fertilis arbos — Verno temp.
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in versum distulit vlmos, — In ordinem trãstulit. S. Aliter Pom.
Et durámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes, — Ed. Nimium duram S. Prægrandem, Pomp. Iniq. Angustis.
Iámq; ministrantem platanum potantibus vmbrã.
Verum hæc ipse equidem, spatijs exclusus iniquis,
Prætereo, atq; alijs post me memoranda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaq; æra secutæ,

In Dictæo specu Iouis extitere nutrices. Col.

Dictæo cœli regem pauere sub antro.
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuũ:
Et patriam solæ & certos nouere penates.
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Pro victui. S. Prouident victum.

Nanque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum,

Humorem, S. Florem, & rorẽ qui est in flore. Pomp.

Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten,
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos

Propolin vocãt, duriore cera. S.

Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distenduntnectare cellas.

Melle quod est instar nectaris.

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,

Ex sorte, more militari.

Inque vicem speculantur aquas & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis

Properè cudũt.

Quum properant, alij taurinis follibus auras

Pro quouis metallo, ex quo fabricẽtur.

Accipiunt reddúntque: alij stridentia tingunt
Aëra lacu: gemit impositis incudibus Ætna:

Pro Ætna al. antrum.

Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versántque tenaci forcipe ferrum:

Ita vt ex alternis ictibus velut concentus quidã musicus audiatur.

Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,

Cecr. optimas, quales sunt Atticæ.

Munere quanque suo. grandæuis oppida curæ:
Et munire fauos, & dædala fingere tecta.

Dæd. artificiosa.

At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiámque, crocúmq; rubentem,

Nigros. S.

Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.

Mane ruunt portis, nusquam mora: rursus eadem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussántque oras & limina circum. Murmurant. S.
Pòst, vbi iam thalamis se composuere, siletur Ipsis aptus. S.
In noctem, fessósque sopor suus occupat artus.
Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt Non se committunt aeri volaturæ. Potius, Nõ fidunt.
Longius, aut credunt cœlo, aduentantibus euris:
Sed circùm tutæ sub mœnibus vrbis aquantur: *Aqu.* Aquam hauriunt è vicino. S.
Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles, fluctu iactante, saburram,
Tollunt: his sese per inania nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes Pro concubitui.
In venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ foliis natos & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ regem paruósque quirites Q. Fœtus. *Cer.* Fauos.
Sufficiunt: aulásque & cerea regna refigunt. *Ref.* Iterum cõponunt. Pomp. Al. Refingunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, vltróque animam sub fasce dedere: *Fa.* Onere.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui Non plus septẽ annis viuunt.
Excipiat, (neque enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet: multósque per annos Per successionẽ.
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
Præterea regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorũ, aut Medꝰ Hydaspes,
Obseruant. rege incolumi, mens omnibus vna est:
Amisso, rupere fidem: constructáque mella
Diripuere ipsæ, & crates solue̊re fauorum. Ipsæmet.
Ille operum custos, illum admirantur: & omnes
Circũstant fremitu denso, stipántque frequentes:
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello

Obiectãt, pulchrámq; petunt per vulnera mortem.
His quidam signis, atque hæc exempla seguuti,
Haurire aliqd cœlestis spiritus seu diuini. Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Ætherios dixere. deum nanque ire per omnes
Terráſq; tractúſque maris, cælúmq; profundum.
Hinc pecudes, armẽta, viros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenues nascentem arcessere vitas.
Scilicet huc reddi deinde ac re soluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.
Al. Angustam. Siquando sedem augustam, seruatáq; mella
Cõtrà antè, -remia cera Spir. liquunt. Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum,
Ore foue, fumóſq; manu prætende sequaces.
Sparſe pro spargens. Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis:
Orefoue, ipsos hauſtus. Ita Ser. Sed legitur etiã haustu sparsus aquarum Ora foue. Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes:
Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquoſi,
Triſtior hybernas cœlo descendit in vndas.
Illis ira modum supra est: laſæq; venenum
Morſibus inspirant, & spicula cæca relinquunt,
Affixæ venis, animáſq; in vulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcéſque futuro:
Contuſoſq; animos, & res miserabere fractas:
At suffire thymo, ceráſq; recidere inanes
Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:
Immuniſq; sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut durum tineæ genus, aut inuisa Minervæ
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas:
Cellulas. Complebúntq; fores, & floribus horrea texent.

Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:
(Quod iã non dubijs poteris cognoscere signis.
Continuò est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad lumina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant:
Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis,
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis)
Hîc iam galbaneos suadebo incendere odores,
Melláq; arundineis inferre canalibus, vltrò
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentésque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta: vel psythia passos de vite racemos,
Cecropiúmq; thymum, & graueolẽtia centaurea.
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Namque vno ingentem tollit de cespite syluam:
Aureus ipse, sed in foliis quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe deûm nexis ornatæ torquibus aræ.
Asper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulóq; in foribus plenis appone canistris.
Sed siquem proles subitò defecerit omnis,
Nec genus vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri

Morbos, sicut nobis.

Funerantium more comitantur exequias. Plin.

Arundineisque infusi canalibus offerũtur cibi, maximè decocti mellis, & cũ galla vel arida rosa detriti. galb. etiam, &c. C.

Am. Meliphyllum, in Gloss.

Varios caules ab vna radice. C.

Nex. torq. Coronis ex ea factis.

Galliæ fluuij.

Pandere, quóque modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insyncerus apes tulerit cruor. altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.

Can. vrbis Æg. vicinæ Alexandriæ, quã Alex. Pellæus condidit, id est Macedo.

Nam, qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis:
Quáque pharetratæ vicinia Persidis vrget,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora

Quos sol nigro colore tinxit.

Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm atque ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus: hunc angustique imbrice tecti
Parietibúsq; premunt arctis: & quattuor addunt
Quattuor a ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris

Suffocationis notatio.

Multa reluctanti obstruitur: plagisque peremptо

Liquescunt & putrescunt. S.

Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt: & ramea costis
Subiciunt fragmenta, thymum, casiásque recentes.
Hoc geritur, zephyris primùm impellẽtibus vndas,
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, antè
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.

Sanguis.

Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Æstuat, & visenda modis animalia miris,

Inter se conueniunt pinnarũ leuitate. S.

Trunca pedum primò, mox & stridentia pinnis
Miscentur, tenuémq; magis, magis aera carpunt,
Donec, vt æstiuis effusus nubibus imber,
Erupêre: aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.

Exordia. Quis primus hoc experientia didicit?

Quis Deus hãc, Musæ, quis nobis extudit artẽ?
Vnde noua ingressus hominum experientia cepit?

Pastor Aristæus, fugiens Peneia tempe,
Amissis (vt fama) apibus morbóque famémque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens: atque hac affatus voce parentẽ.
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes: quid me præclara stirpe deorum lo)
(Si modò, quẽ perhibes, pater est Thymbræus Apol
Inuisum fatis genuisti? aut quò tibi nostri
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum & pecudũ custodia sollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue syluas:
Ferstabulis inimicum ignẽ, atq; interfice messes:
Vre sata, & validam in vites molire bipennem:
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. eam circum Milesia vellera nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore:
Drymóq;, Xanthóq;, Ligeáque, Phyllodocéque:
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.
Nesæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque,
Cydippe, & flaua Lycorias (altera, virgo:
Altera tum primos Lucinæ experta labores)
Clióque, & Beroe soror: Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atq; Ephyre, atque Opis, atque Asia Deïopea:
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martísque dolos, & dulcia furta,
Aq; Chao densos diuũm numerabat amores,
Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures

Thessalica: à Peneo Thessaliæ fluuio.

A Thymbra, Phrygiæ oppido.

Quomodo cœlestes honores sperem, qui terrestres tueri nõ possum?

Quanuis tu sis mihi mater. *Fel.* Fertiles. & *Syl.* pro Arbores.

Hya. Vitreo col. viridi, nymphis apto. *Sat.* Largo Ex Iliad. σ, & Theog. Hes.

Venantium habitu. multæ enim nymphæ sunt venatrices.

Quod aqua sit pellucida vt vitrũ. Paulo antè, *Hyali saturo fuca ta colore.*

Luctus Aristæi: vitreisque sedilibus omnes
Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit vnda,
Et procul, O gemitu non frustrà exterrita tanto,

Quem maximè curas & diligis.

Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus, Penei genitoris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
Huic perculsa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos: fas illi limina diuûm
Tangere, ait. simul alta iubet discedere latè
Flumina, quà iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circumstetit vnda:
Accepitq; sinu vasto, misitque sub amnem.
Iamq; domũ mirans genitricis, & humida regna,

Qui sunt fontiũ & fluuiorũ receptacula. S.

Speluncisq; lacus clausos, lucósq; sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra

Ph. Asiæ flu. qui in Colchide scaturit: at Lycus in Phrygia maiori.

Spectabat, diuersa locis: Phasimq; Lycumque:
Et caput vnde altus primùm se erumpit Enipeus:
Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxosumq; sonans Hypanis, Mysúsq; Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta

Pro cæruleo.

In mare purpureum violentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsísque ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt

Pro incenduntur, κατ' ἀυφιμισμόν. Pocula. Spec. pro genere.

Pocula: Panchaïs adolescunt ignibus aræ,
Et mater, Cape Mæonij carchesia Bacchi:
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanúmq; patrem rerum, nymphásq; sorores,

Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam, — In ignem vinū purissimum fudit.S.
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum sic incipit ipsa, — Sursum iacta.
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates — Erat autem hoc feliciss. augurium. Quia dij marini prima parte sūt equi, postrema pisces.
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit
Pallenen: hunc & nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus. nouit nanq; omnia vates — Homerum interpretatur.
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahātur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas. — Magnas. vt, Cui turpe caput.S.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam, euentúsq; secundet.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neq; illum
Orando flectes: vim duram & vincula capto — Al. Vinces.
Tende, doli circum hæc demum frangētur inanes.
Ipsa ego te, medios quum sol accenderit æstus,
Quum sitiūt herbæ, & pecori iā gratior vmbra est, — Temp. meridiano.
In secreta senis ducam, quò fessus ab vndis
Se recipit: facilè vt somno aggrediare iacentem.
Verùm vbi correptum manibus vinclísq; tenebis,
Tum variæ illudent species atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atráq; tigris, — Sæua.S.
Squamosúsque draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit: atq; ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla.
Donec talis erit mutato corpore, qualem — Vnxit eū vt posset videndi numinis capax esse.S.
Videris, incepto tegeret quum lumina somno.
Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffudit odorem,

Vnxit cum vt posset videndi numinis capax esse. S.

Quo totum nati corpus perduxit: at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
Atq; habilis membris venit vigor. Est specus ingẽs
Pro perd. leg. & Perfudit.
Exesi latere in montis: quò plurima vento
Depr. Tempestate occupatis, Periclitãtibus.
Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos,
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Nauticum verbum. S.
Hîc iuuenẽ in latebris auersum a lumine nympha
Al. obijce: vt suprà obiicibus pro obicibus.
Collocat: ipsa procul nebulis obscura recessit.
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Meridiei periphr.
Ardebat cœlo, & medium sol igneus orbem
Hauserat: arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant:
Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra
Marina mõstra, aut pisces.
Ibat. eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diuersi in littore phocæ.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditisque lupos acuunt balatibus agni)
Considit scopulo medius, numerúmq; recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Manuum vinculis.
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat. ille sui contrà non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignémq; horribilémq; ferã, fluuiúmq; liquentem.
Hic Nam inter rogat, cum indignatione. Vel simpliciter pro Quisnam.
Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit: atque hominis tandem ore loquutus,
Velle aduentus mei causam inquirere.
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? quidue hinc petis? inquit. at ille,
Scis Proteu, scis ipse: neque est te fallere cuiquam.
Sed tu desine velle. deùm præcepta sequuti

Venimus

Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus. ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit,
"Non te nullius exercent numinis iræ: Non humilis, sed magni. S.
Magna" lues cõmissa: tibi has miserabilis Orpheus Al. *Luis.* magnorum scelerum est ista persolutio. S.
Haudquaquam ob meritũ pœnas (ni fata resistãt)
Suscitat, & rapta grauiter pro" coniuge sæuit. *Coniuge.* Eurydice.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas altã non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt" Rhodopeiæ arces, Thraciæ mõtes.
Altáque Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,
Atque Getæ, atq; Hebrus, atque Actias Orithyia.
Ipse caua solans" ægrum testudine amorem, Mœstũ, vel Deceptum. S.
Te dulcis coniux, te" solo in littore secum, Deserto.
Te veniente die, te decedente canebat.
"Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis, Promontorium Lycaoniæ, vbi fingitur descensus ad inferos. S
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manésque adiit," regémq; tremendum,
Nescíaque humanis precibus mansuescere corda. Ditem, Plutonem.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Umbræ ibant tenues, simulacráq; luce carentum:
Quàm multa in syluis auium se millia condunt,
Vesper vbi aut hybernus agit de montibus imber:
"Matres atq; viri, defunctáque corpora vita Eadem Æn. 6.
Magnanimũm heroum, pueri innuptæq; puellæ,
Impositíque rogis iuuenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger & deformis arundo
Cocyti, tardáque palus" inamabilis vnda Al. Inamabilis.
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima lethi

Al. innexæ. *Tartara, cæruleósque implexæ crimibus angues*
Eumenides: tenuítque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionei vento rota constitit orbis.
Iámque pedem referens, casus euaserat omnes,
Redditáque Eurydice superas veniebat ad auras,
Pone sequens, (nãq; hãc dederat Proserpina legẽ)
Quum súbita incautum dementia cepit amantem:
(Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes)
Scirent si ignosc. Vt suptà, Nesciáque humanis precibus mansuescere corda. *Restitit, Eurydicénque suam, iam luce sub ipsa,*
Immemor, heu, victúsq; animi, respexit. ibi omnis
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
Effus. Factus irritus & inanis. *Fœdera: térque fragor stagnis auditus Auernis.*
Rupta tyr. fœde. A Dite sibi datam legem violauit. S. Nat. Vide v. 856, lib. 5. Æn. *Illa, Quis & me (inquit) miseram & te perdidit,*
Quis tãtus furor? ẽ iterũ crudelia retro (Orpheu?
Fata vocant, condítque natantia lumina somnus.
Iámque vale: feror ingenti circumdata nocte,
Inualidásque tibi tendens (heu non tua) palmas.
Dixit: & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues, fugit diuersa: neque illum
Prensantem nequicquam vmbras, & multa volẽtẽ
Charon. *Dicere, præterea vidit: nec portitor Orci*
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Nabat. Vehebatur. *Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.*
Iam frig. Vtpote mortua. *Septem illum totos perhibent ex ordine menses*
Valde excelsa. *Rupe sub aeria deserti ad Strymonis vndam*
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Phil. Luscinia. Quidam vol. esse spec. pro genere. *Qualis populea mœrens philomela sub vmbra*
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen

Integrat, & mœstis latè loca queſtibus implet.
Nulla venus, nullíq; animum flexere hymenæi:
Solus Hyperboreas glacies, Tanaímq; nivalem, Tan. Scythiæ fluuium.
Arváq; Riphæis nunquam viduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen atque irrita Ditis
Dona querens. Spretæ Ciconũ quo munere matres Legitur & Spreto: vt ſit, Quo nuptiarum munere ſpreto. Sunt autem Cicones in Thracia.
Inter ſacra deûm, nocturnáque orgia Bacchi,
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum,
Gurgite quum medio portans OEagrius Hebrus
Volueret: Eurydicen vox ipſa & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Quum echo reſonaret.
Hæc Proteus: & ſe iactu dedit æquor in altum:
Quáque dedit, ſpumãtem vndã ſub vertice torſit.
At non Cyrene. nanque vltrò affata timentem, In altum ſe itidem non dedit.
Nate, licet triſtes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi cauſa, hinc miſerabile Nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium miſêre apibus: tu munera ſupplex
Tende, petẽs pacem, & faciles venerare Napæas. Exorabiles.
Nanque dabunt veniam votis, iráſq; remittent. Herbarum & florum deas.
Sed modus orandi qui ſit, prius ordine dicam.
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas. Iugũ nõ paſſã.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue, & ſacrum iugulis demitte cruorem:
Corporáque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt, vbi nona ſuos aurora oſtenderit ortus: Nono pòſt die.
Inferias Orphei lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem, lucúmq; reuiſes: Veneratam placabis, per hypal. S.
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæſa.

Haud mora: continuò matris præcepta faceſſit:
Ad delubra venit: monſtratas excitat aras:
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Pòſt, vbi nona ſuos aurora induxerat ortus,
Inferias Orpheꝛ mittit, lucúmq; reuiſit.
Hic verò ſubitum ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt: liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis:
Immenſáſque trahi nubes: iámq; arbore ſumma
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.
Hæc ſuper aruorum cultu pecorúmq; canebam,
Et ſuper arboribus: Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victórque volentes
Per populos dat iura: viámque affectat olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oti:
Carmina qui luſi paſtorum: audáxq; iuuenta,
Tityre, te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Imm. nub. Examina nubibus ſimilia.

In morē vuæ cō globatas defluere.

Fortiter pugnat vt Scipiadæ, fulmina belli.

Vt lib. 1, -quem mox quæ ſint hab. deorum Conc. incertum eſt, &c. Stud. ign. oti. In quibus gloriatio adiuncta nō eſt.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIBRI XII.

ARGVMENTVM LIB. I.

Troia capta, Æneas Anchisæ & Veneris filius, vir singulari pietate parique fortitudine præditus, dum erroris sui anno septimo per mare Tyrrhenũ à Sicilia in Italiam nauigat, immissa ab Æolo rege ventorum (rogatu Iunonis) grauissima tempestate, ad Libycum littus appellitur: egressúsque in terrã, septem ingenti magnitudine ceruos sagittis prosternit: singulósque in singulas naues (tot enim ex dispersa classe collegerat) æqualiter distribuit: sociósque deinde longis iam erroribus fatigatos, spe futuræ quietis, ad tolerandum quod reliquum erat laboris exhortatur. Interea Venus Æneæ sui Troianorúmque causam apud Iouem agit, omniúmque calamitatum illarũ causam Iunoni imputat. Iupiter contrà, reserata fatorum serie, spe felicis posteritatis potentiæque Romanorum, filiæ dolorẽ consolatur. Cuius oratione confirmata Venus, Æneæ suo, locorum ignaro, & explorandæ regionis causa huc illuc oberranti, sese obuiam præbet: nauésque dispersas, saluas esse nuntiat: ostenditque non procul illinc abesse Carthaginem, quam tunc iis in locis condebat Dido. Æneas itaque, matris beneficio caua nube cinctus, vnà cum Achate Carthaginem ingreditur: vbi & socios saluos reperit, & à Didone benignè excipitur. Venus tamen, quòd neque Iunonio hospitio, neque muliebri inconstantiæ satis fideret, sopito in Idaliæ lucis Ascanio, pro eo Cupidinem substituit, qui inter amplexus & oscula latenter reginæ amorem inspirat Æneæ.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus,
Æneas, odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens, Siculis errauit in vndis:
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarúsque loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad vrbem,
Arreptóque vndis socios cum classe recepit.
Hospitióque vsus Didus per cuncta benigna,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Æolus immittit ventos, Iunone precante,
Troianósque vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictu pater ipse dolentem.
Æneam recipit pulchra Carthagine Dido:
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

ALIVD MONOSTICHON.

Primus habet, Lybicam veniunt vt Troes in vrbem.

ALIVD.

Æneas primo Libyes appellitur oris.

Admonendus es lector, primos quatuor versus in quibusdam editionibus omnino separari à sequentibus, quòd à Varo & Tucca sublati fuisse dicantur: quorum iudicio principium aptius Æneis habitura esset ab illo versu, ARMA VIRVMQVE, &c. Eos certè multi ex veteribus minimè agnouisse videntur: neque est fortasse cur hos tanquam Æneidos principium agnoscamus, quum potius sint velut in ipsam præfantis Quia tamè cohæret alioqui cum illo quinto is qui inter hos est quartus & vltimus, eâ tantùm quâ vides, lineâ, interiiciendam duximus.

Est autem hæc illorum quatuor versuum sententia, Qui iuuenis tenui stylo Bucolica scripsi, & scriptis post Bucolica Georgicis, arua votis agricolæ quantumuis auidi respondere coegi: nunc cano arma, &c. Perperam enim verbū Coegi solet hic exponi, a dicta post ipsum interpunctionis nota.

Vide horum quatuor versuū exposi. in iis quę proximè præcedunt.

ILLE ego, qui quondā gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, vicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

Primus venit fato prof. Alij, Princeps. Alij, In primis.

Vt lib. 5, *Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.*

ARMA, virúmq; cano, Troiæ q̄ primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauináque venit
Littora: multum ille & terris iactatus & alto,
Vi superūm, sæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello passus, dum conderet vrbē,
Inferrétq; deos Latio: genus vnde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.
Musa, mihi causas memora: quo numine læso,
Quídue dolens regina deūm, tot voluere casus

Vnde. A quo Ænea.

Voluere casus, veluti molem quand am.

Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit. tantæne animis cœlestibus iræ?
Urbs antiqua fuit (Tyrij tenuere coloni)
Carthago: Italiam contra, Tiberinaq; longè
Ostia: diues opum studijsque asperrima belli.
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo. hîc illius arma,
Hîc currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
(Si quà fata sinant) iam tum tenditque fouetque.
Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum latè regem belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ. sic voluere Parcas.
Id metuens, veterisq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis:
Necdum etiam causæ irarum sæuiq; dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores:
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaûm atq; immitis Achilli,
Arcebat longè Latio: multósque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant:
Quum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,
Hæc secum, Mène incepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallásne exurere classem
Argiuûm, atq; ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,

Ten. pro Quam ten.
Col. Cultores aduenæ. Ser. Quidam tamen nõ simpliciter cultores intell. sed respectu coloniæ: quasi in coloniam deductos.
Posth. Non contempta, sed in secũdis habita. Pro Euerteret, quod in aliis.
Regem. Regnãtem, Imperantem.
Vent. exc. Eodẽ modo dictum quo Venire sub fidio, seu auxilio. Non signif. autem motum, sed tempus: dum taxat. perinde acsi tantùm dixisset, futurum excidio. Sc.
Vet. belli. Longi, vtpote decennalis.
Spumans mare æratis nauium rostris secabãt.
Secum volutauit vt v. 54.

Furiosos amores. Aiacis qui filius Oilei fuit Iouis fulmen.

Mare prius trãquillum ita perturbauit vt euersum videretur. Cor.

Disiecitque rates, euertitque æquora ventis:
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto:
Ast ego, quæ diuûm incedo regina, Iouísque
Et soror & coniux, una cum gente tot annos
Bella gero. & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea, aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato secum dea corde volutans,
Nimborum in patriã, loca fœta furẽtibus austris,
Æoliam venit. hîc vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésq; sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
Illi indignantes, magno cum murmure montis
Circũ claustra fremunt: celsa sedet Æolus arce,
Sceptra tenẽs: mollítq; animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrántque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molémque & montes insuper altos
Imposuit: regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est,
Æole, (nãque tibi diuûm pater atq; hominũ rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque penates.
Incute vim ventis, submersásq; obrue puppes:
Aut age diuersos, & disiice corpora ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Cõnubio iungam stabili, propriámq; dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Inflammato, ac censo ira. Grauida, Plena. *Luct. ven.* Elaborantes egredi, inquit Ser. Sed malo, cum Corrado, interse pugnantes in ipso etiã antro. Cum ablatiuo *murmure* Seruius iungi genitiuum mõtis, non cũ *claustra*. Sedet Æolus in solio quod est in celsa arce. *Anim.* Impetus ventorum. *Molem* montiũ altorum. Al. *ventos*. Sed magis placet *vẽto*: vt intellig. eosdem attollere atque inflare ventum immittẽdo. vt sit sing. pro plurali. Quidam tamen *vento* exp. vel vno vento. *Il.* Res & homines Ilienses. Vel, ex Ilio vi&o pen. portãs in Ital. *Diuer.* In diuersa loca. Al. *Diuersas Stab.* Quod careat diuortio.

Æolus hæc contrà, Tuus, ô regina, quid optes,
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcũque hoc regni, tu sceptra Iouémq;
Concilias: tu das epulis accumbere diuũm,
Nimborúmq; facis tempestatúmque potentem.
Hæc vbi dicta, cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus: ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totúmque à sedibus imis
Vnà Eurúsque Notúsque ruunt, creberq; procellis
Africus: & vastos voluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamórque virũm, stridórq; rudentum.
Eripiunt subitò nubes cœlúmque diémque
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther:
Præsentémque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra.
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert, O térque quatérque beati,
Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis,
Contigit oppetere. ô Danaũm fortissime gentis
Tydide, méne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuáq; animã hãc effundere dextra?
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virũm, galeásque & fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctúsque ad sidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mõs.
Hi summo in fluctu pendent, his vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
Tres notus abreptas in saxa latentia torquet:

Nefas esset non cap.

Impetras mihi regnum à Ioue conciliato.

Cauum m. in quo vastum antrũ.

Quòd venti flẽt obliqué. C. *Ruunt*, pro irruunt. vel Erumpunt cum impetu. *Ruunt* autẽ hîc actiuè, quasi eruunt, euertũt. *Erip.* Vt l. 3, *Inuoluunt diẽ nimbi.*

Poli pro aere.

Ign. Fulguribus.

Dupl. Ambas. *Vtrasque, alibi.*

Corpore & virtute bellica, Homer.

Vt, *Voces iactat inanes.*

Prora auertendo se dat latus vndis.

Ostendit. S.

Quæ latebãt ob tempestatem.

(*Saxa, vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras,*
Velut dorsum. *Dorsum immane mari summo*) *tres eurus ab alto*
In breuia & syrtes vrget (miserabile visu)
Illiditque vadis, atq; aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios fidumque vehebat Orontem,
Magnus fluctus percussio Or. gubernatoris capite, in puppim ingruit. A Seruio etiam *ingẽs pontus* exp. magna pars põti. vt sit synecdoche.
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. excutitur pronúsque magister
Volvitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agẽs circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virũm, tabulæq;, & Troïa gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et quà vectus Abas, & qua grãdæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimísq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissámq; hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis: grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit vnda.
Disiectam Æneæ toto videt æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas cœlique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ:
Eurũ ad se Zephyrúmq; vocat: dehinc talia fatur,
Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum terrámque, meo sine numine, venti,
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. sed motos præstat componere fluctus:
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam: regiq; hæc dicite vestro,
Non illi imperium pelagi, sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.

Vor. absorbet.
Vectus. Vehebatur. S.
Hyems. Tempestas. Sic mox.
Comp. Coagmentationibus.
Imbrem quidam intell. de aqua marina: sed potius accipiendũ de pluuia, ne sit hysteron proteron. C.
Stag. Aquam refusam & turbatam in imis gurg. T.
Cœlique r. Tempestate quæ è cœlo irruerat.
Meo s. Potestate à me non data. Moles fluctuũ.
Quos ego. Apostiopesis est.
Non s. Non itidem castigabimini verbis.

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectásque fugat nubes, solémque reducit.
Cymothoe simul, & Triton adnixus, acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti, — *Leuat.* Leues & nauigabiles facit, vt exp. Ser. tanquam ad syrtes referens. Alij, Leuat naues, id est, ausert & liberat.
Et vastas aperit syrtes, & temperat æquor,
Atque rotis summas leuibus perlabitur vndas:
Ac veluti magno in populo quũ sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus,
Jámq; faces & saxa volant: furor arma ministrat:
Tum pietate grauem ac meritis si fortè virũ quem — *Aperit syrtes.* ita vt ex his naues exire possint.
Conspexere, silent, arrectísque auribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cœlóque inuectus aperto, — Cœlo iam sereno vectus per maria. S.
Flectit equos, currúque volans dat lora secundo. — Currus pro equis. C.
Defessi Æneadæ, quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice late
Æquora tuta silent. tum syluis scena coruscis — Vmbraculum simile scenis veterum. C.
Desuper horrẽtique atrũ nemus imminet vmbra. — Horrorem incutiente.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, viuóque sedilia saxo: — Naturali.
Nympharum domus. hîc fessas non vincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu. — Vt, *dente tenaci*, lib. 6.
Huc septem Æneas collectis nauibus omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi, optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt. — Maris aspergine madefactos
Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,

Suscepit. Ser. *Suscepítque ignem folijs, atque arida circum*
Nutrimenta dedit: rapuítq; in fomite flammam.
Cer. Frumentũ aqua madefactum. *Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiáq; arma*
Expediunt, fessi rerum: frugésque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Æneas scopulum interea conscendit, & omnẽ
Al. siquem. *Prospectum latè pelago petit, Anthea siquà*
Iactatum vento videat, Phrygiásq; biremes,
Vt l. 10, -præfigere pupp. arma. *Aut Capyn: aut celsis in puppibus arma Caici.*
Nauim in conspectu nullam, tres littore seruos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.
Constitit hîc, arcúmq; manu celerésque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductorésque ipsos primum, capita alta ferentes,
Habentes cor. ramosa, quales sunt arbores. *Cornibus arboreis, sternit: tum vulgus & omnem*
Miscet agens telis nemora inter frondea turbã.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerũ cũ nauib⁹ æquet.
Hinc portum petit, & socios partitur in omnes.
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederátque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O socij, (neque enim ignari sumus antè malorum)
Antè malorum) vt Græcè τῶν πρὶν κακῶν. Vel antemalorũ, ὑφ' ἕν. *O passi grauiora: dabit Deus his quoque finem.*
Vos & Scyllæam rabiem, penitúsque sonantes
Pen. accestis. lib. 3, Scyllam & cær. can. resonãtia saxa. *Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa*
Experti: reuocate animos, mœstúmque timorem
Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.
Perseuerate in his tolerandis. *Durate, & vosmet rebus seruate secundis.*

Talia voce refert: curísque ingentibus æger,
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorẽ. Pr. Occultat. Al. alto.
Illi se prædæ accingunt dapibúsque futuris:
Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.
Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt. Palpitantia adhuc. S.
Littore ahena locant alij, flammáque ministrant.
Tum victu reuocant vires: fusique per herbam,
Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.
Postquã exẽpta fames epulis, mensæq; remotæ, Mensæ in quibus dapes appositæ fuerant: vel ipsæ dapes. Sed illud malo.
Amissos longo socios sermone requirunt:
Spémque metúmque inter dubij, seu viuere credãt, *Nec iam.* Quia olim quos quærebant amissos, sæpius vocabãt, antequam abirent. C. & T.
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Præcipuè pius Æneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit: & crudelia secum
Fata Lyci, fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.
Et iam finis erat, quum Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes,
Littoráq; & latos populos, sic vertice cœli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
Atque illum tales iactantem pectore curas,
Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes,
Alloquitur Venus, O, qui res hominúmq; deúmq;
Æternis regis imperijs, & fulmine terres,
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim voluentibus annis Hinc, ex Æneæ & Troianis.
Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, Περιπλομένων ἑπταετῆ, Hom.
Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ tristéque ruinas Excidium.
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Itidem aduersa.

Dare vis.

Insequitur. quem das finem rex magne laborum?
Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem superare Timaui:
Unde per ora nouem vasto cum murmure montis

Quia tum mare vocatur. S. ex Varr.

It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui sedesque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amissis, vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens hominum sator atque deorum,
Vultu quo cœlum tempestatesque serenat,

Parua ora leuiter tetigit. C.

Oscula libauit natæ: dehinc talia fatur,
Parce metu Cytherea: manent immota tuorum

Vrbem, id est, *promissa Lauini mœnia*, per epexegesin. Alioqui intell. Troiam & La. Quidam, Romã & Lauinium.

Fata tibi: cernes vrbem & promissa Lauini
Mœnia, sublimémque feres ad sidera cœli
Magnanimũ Æneam. neq; me sententia vertit.
Hic tibi (fabor enim, quãdo hæc te cura remordet,
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia: populósque feroces
Contundet, moresque viris & mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æstas;

Terna hyber. Tres anni.

Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volubilis mensibus orbes
Imperio explebit, regnúmque ab sede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

Alba trec. annis caput regni fuit. Iust.

Hic iam ter centum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos

Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem,
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem,& Mauortia condet
Mœnia,Romanosque suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum,nec tempora pono: Nec certum imperij terminũ, nec certum annorum spatium statuo.
Imperium sine fine dedi.quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc terrásq; metu cœlúmq; fatigat,
Consilia in melius referet,mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos,gentémque togatam. Gens Romana.
Sic placitum:veniet lustris labentibus ætas, Assar.Capyn, Capys Anch.genuit, patrem Æneæ.
Quũ domus Assaraci Phthiã claráque Mycenas
Seruitio premet,ac victis dominabitur Argis.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
(Imperium Oceano, famam qui terminet astris)
Iulius,à magno demissum nomen Iulo. Al. *Aspicies.*
Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis onustum Hic quoque deus erit.vt, *Damn.tu quoque v.in Buc.*
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.
Cana Fides,& Vesta,Remo cũ fratre Quirinus, *Mit.*per Augustum.
Iura dabunt:diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ.furor impius intus
Sæua sedens super arma,& centum vinctus ahenis
Post tergum nodis,fremet horridus ore cruento.
Hæc ait,& Maia genitum demittit ab alto, Mercurium.
Vt terræ,vtque nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris:ne fati nescia Dido Voluntatis Iouis. S.
Finibus arceret.volat ille per æra magnum
Remigio alarum,ac Libyæ citus astitit oris:
Et iam iussa facit. ponúntque ferocia Pœni
Corda,volente Deo:in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentémque benignã.
At pius Æneas per noctem plurima volues,
Vt primùm lux alma data est,exire,locósque

Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras:
Qui teneāt (nā inculta videt) hominéſne, ferāne:
Quærere conſtituit, ſociíſque exacta referre.
Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata
Arboribus clauſam circum atq; horrētibus vmbris
Occulit: ipſe vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua,
Virginis os habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice, volucrémq; fuga præuertitur Hebrum.
Nanque humeris de more habilē ſuſpēderat arcū
Venatrix, dederátque comam diffundere ventis:
Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluentes.
Ac prior, Heus, inquit, iuuenes, mōſtrate mearum
Vidiſtis ſiquam hīc errantem fortè ſororum:
Succinctam pharetra, & maculoſa tegmine lyncis,
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.
Sic venus. at Veneris contrà ſic filius orſus,
Nulla tuarum audita mihi neque viſa ſororum.
O quam te memorē virgo? nāque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem ſonat: ô dea certè:
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna?
Sis felix, noſtrúmque leues quæcunque laborem.
Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas (ignari hominúmque locorúmq;
Erramus, vento huc vaſtis & fluctibus acti)
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.
Tunc Venus, Haud equidē tali me dignor honore.
Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram,
Purpureóque altè ſuras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Imperium

Exquiſita S. Fort. Exactè cognita. Quid ſi verò aduerbialiter, p Exactè? In loco cōuexo quaſi ex nemore facto. nā ſylvis ſceua coruſcis deſuper imminebat. S.C.

Bina m. vt Hom. πάλλων δύο δοῦρε. Repetitur autē hic verſ. lib. 12, de Turno.

Hab. Aptum ſexui. S.

Ven. Quaſi venatrix.

Sinus. veſtis.

Err. Vagantem, feras inueſtigādo.

Spum. præ ardore & ira.

O virgo, es certè dea. Sed quæ dea? *an Ph.* &c.

Sub qua regione cœli.

Vt geſto.

Vſq. ad genua. vt ſ. *Nuda genu.*

Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens. longa est iniuria, longæ
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ, factúmq; diu celauit: & ægram
(Multa malus simulans) vana spe lusit amantē.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis: ora modis attollens pallida miris.
Crudeles aras, traiectáque pectora ferro
Nudauit: cæcúmq; domus scelus omne retexit:
Tum celerare fugam, patriáq; excedere suadet:
Auxiliúmq; viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam Dido sociosque parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat. naues quæ fortè paratæ
Corripiunt, onerántq; auro. portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentémq; nouæ Carthaginis arcem:
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quóue tenetis iter? Quærenti, talibus ille,
Suspirans, imóq; trahens à pectore vocem:
O dea, si, prima repetens ab origine, pergam,

Germ. Pygmalionem. Eius narratio longè est repetenda.

Virginem ded. in matrim. *Om.* quia auspices nuptiis interponebantur. Val. *Aras* Herculis, cuius sacerdos erat.

Superat pro Interimit. Sc. *Secur.* Contemptor, Solutus metu ne pro amore odium conqueretur. Idem Se. *Ægram* animo. id est tristem. *Spe.* reditus illius. *Cæc.* Occultum sc. familiæ, quòd ab affine & cognato fuisset interf.

Quas Pygmal. suas putabat.

Vide Iustinum.

A raptu Helenæ.

Enumerationē qualis esse solet in annal.

Et vacet annales nostrorum audire laborum:
Antè diem clauso componet vesper olympo.
Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
Troiæ nomen iyt) diuersa per æquora vectos,

Casu suo.S.

Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum: fama super æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,

Sua stella, quā semper vidit per diem.

Matre dea monstrante viam, data fata secutus:
Vix septem conuulsæ vndis euróque supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est,
Quisquis es, haud (credo) inuisus cœlestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui aduneneris vrbem.
Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios classémque relatam

Act̄. in tut. aq. conuersis.

Nuntio, & in tutum versis aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuere parentes.

Cygnos nauibus, aquilam tē pestati comparat.S.

Aspice bis senos lætantes agmine cygnos,
Æthería quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo

Desiguare, Eligere.

Aut capere, aut captas iam despectare videtur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantúsque dedere:
Haud aliter puppésq; tuæ, pubésq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modò, & quà te ducit via dirige gressum.

Ambrosia illitæ, vel immortales.

Dixit: & auertens rosea ceruice refulsit,
Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem

Quæ prius nodo sinus coll. flu.v.324.

Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos.
Et vera incessu patuit dea. ille, vbi matrem

Agnouit, tali fugientem est voce secutus,
Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur? ac veras audire & reddere voces?
Talibus incusat, gressumque ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliriue moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedésque reuisit
Læta suas: vbi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, sertísque recentibus halant.
Corripuere viam interea, quà semita monstrat.
Iamque ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersásque aspectat desuper arces.
Miratur molem Æneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitúmque, & strata viarum.
Instant ardentes Tyrij, pars, ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars, aptare locum tecto, & concludere sulco.
Iura magistratúsq; legunt, sanctúmque senatum.
Hîc portus alij effodiunt: hîc alta theatris
Fundamenta locant alij: immanésque columnas
Rupibus excidunt, scenis décora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientũ, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.
O fortunati quorum iam mœnia surgunt,
Æneas ait, & fastigia suspicit vrbis.

Tu quoque, vt Iuno, & cætera numina, quæ mihi (vtpote Troiano) aduersantur?

Longus 3000. passus. C. ex Pol. & Appiano.

Vias lapidibus stratas.

Molibus iactis extollere.

Al. Optare.

Sul. fossa. S.

Liquida, ex Georg. 4. Defæcata, Pura. S.

Læt. Amœnissimus.
Turb. venti.
Fac. Fertilem. Vide S.
Num. Numinis simulacro.
Fort. Felicitas. S
Inter se collatas, seu cõparatas, Omnes miratur sed hanc tamen præ illa.
Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum.
Sua. id est sibi conuenientia. Vel, sibi debita. quæ (vel qualia) meretur.
Virtuti. S. Vel, factis laudabilibus.
Lacr. rerum. Sunt qui res afflictas & miserabiles cõmiseratione & lacrymis prosequantur: quæ miseris aliquod sunt solamen.
Prem. Impressionem faceret. Cũ impetu incurreret.
Prodita à Dolone.
Vast. Hominib' exhauriebat & vacua faciebat. Sic alibi. Quin etiam Vasta dare, pro eodem

Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscétque viris: neque cernitur vlli.
Lucus in vrbe fuit media, lætissimus vmbra, 445
Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodêre loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi. sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido 450
Condebat, donis opulentum & numine diuæ:
Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primùm in luco noua res oblata timorem
Leniit: hîc primùm Æneas sperare salutem 455
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Namque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens: dum quæ fortuna sit vrbi,
Artificúmq; manus inter se, operúmq; laborem
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas, 460
Belláque iam fama totum vulgata per orbem:
Atridas, Priamúmq;, & sæuũ ambobus Achillẽ.
Cõstitit, et lacrymãs, Quis iã locus (inquit) Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hîc etiam sua præmia laudi, 465
Sunt lacrymæ rerum: & mentem mortalia tangũt.
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait: atque animum pictura pascit inani,
Multa gemens, largoq; humectat flumine vultũ.
Namque videbat vti bellantes Pergama circum 470
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis
Agnoscit lacrymans: primo quæ prodita somno
Tydides multa vastabat cæde cruentus: 475

Ardentéſque auertit equos in caſtra, prius quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent.
Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis, — *Par.* alia picturæ.
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, currúque hæret reſupinus inani, — Cui iam deerat rector.
Lora tenẽs tamẽ: huic ceruíxque comæq; trahuntur
Per terram, & verſa puluis inſcribitur haſta. — Retro conuerſa cuſpide haſtæ. Cat Ser. à Verror. *Inſcrib.* Exaratur, Scalpitur Sulcatur.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplúmque ferebant,
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis. — *Tunſæ p.* Ad mouendum Deæ animum.
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, vtq; ipſum corpus amici,
Tendẽtémque manus Priamũ conſpexit inermes.
Se quoque principibus permiſtũ agnouit Achiuis,
Eoáſque acies, & nigri Memnonis arma. — *Nigri* Æthiopis.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis — *Pel.* Scutis breuibus. *Lun* mediam lunam referentibus.
Pentheſilea furens, mediíſque in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ, — Aur. cing. Periphr. baltei.
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.
Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutúque hæret defixus in vno:
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi — Fluuij Laconiæ. *Cynthi*, montis Deli.
Exercet Diana choros: quam mille ſequuntæ
Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades: illa pharetrã
Fert humero, gradiénſq; deas ſupereminet omnes.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi regniſque futuris.

Armatis custodibus.

Iura d. Quidam ann. Iura dabat, non autem dicebat, vt iudex. Sed hoc subtilius.

Tum foribus diuæ, media testudine templi,
Septa armis, solióque altè subnixa, resedit.
Iura dabat legésq; viris, operúmq; laborem,
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat:
Quum subitò Æneas concursu accedere magno
Anthea Sergestúmque videt, fortémq; Cloanthum,
Teucrorúmq; alios: ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitúsq; alias aduexerat oras.

Lætitia, ob socios liberatos: *metu*, propter concursum Pœnorum.

Res inc. Causa sociorum aduentus.

Amicti. Vt suprà, *Et multo nebulæ circum dea fudit amictu.*

Ven. Pacem.

Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates:
Lætitiáq; metúque auidi coniungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, & nube cana speculantur amicti,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquant,
Quid veniant, cuncti nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit,
O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiáque dedit gentes frænare superbas:
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos à nauibus ignes,

Troianis, qui fuit pij.

Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atque vbere gleba.
OEnotrij coluêre viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Hæc cursus fuit:

Obstinatè vrgẽtibus. Subinde suam in nos fatũ reperẽtibus.

Quum subito assurgens fluctu nimboſus Orion
In vada cæca tulit, penitúsq; procacibus austris,
Pérq; vndas, superante salo, pérque inuia saxa

Dispulit: huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genꝰ hoc hominũ? quæue hũc tã barbara mo-
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. [rẽ
Bella cient, primáq; vetant consistere terra.
Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi atque nefandi.
Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis:
Quem si fata virũm seruant, si vescitur aura
Ætheria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris:
Non metus: officio nec te certasse priorem
Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armáque, Troianóq; à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam sociis & rege recepto
Tendere, vt Italiam læti Latiúmq; petamus:
Sin absumpta salus, & te, pater optime Teucrũm,
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniæ saltem sedésq; paratas,
Vnde huc aduecti, regémq; petamus Acestem.
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido vultum demissa profatur,
Soluite corde metum Teucri: secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri: & latè fines custode tueri.
Quis genus Æneadũm, quis Troiæ nesciat vrbẽ?
Virtutésq;, virósque, & tanti incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni:
Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe.
Seu vos Hesperiam magnam, Saturniáq; arua,
Siue Erycis fines, regémq; optatis Acestem:

Quum littora iure gentium communia sint.

Timete d. m. be ne factorum & malè fact.

Al. *Non metus of ficio.* Quidam, *Non m. officio: ne te cert. pr.*

Pœnit. Non metuendum tibi est ne te pœn. &c.

Arma, Homines apti ad arma.

Str. Ligna incidere ex quibus remi fiant.

Pat. Ænea.

Ore fo. Cõsentiebãt. S. Assentiẽtes quidẽ, sed ostendẽtes se ægrè ferre iniurias sibi illatas. C.

Virtutes. virorũ.

Obt pect. Crassa ingenia.

Quia putantur obtusiores qui reg à sole remotiores & frigidiores incolunt C.

Hesp. Italiã. quæ Hesp. magna, vt differat ab Hispania. *Sat.* r. Latium. C.

Auxilio tutos dimittam, opibúsque iuuabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: ſubducite naues.
Tros Tyriúſque mihi nullo diſcrimine agetur.
Atque vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem
Afforet Æneas. equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſyluis aut vrbibus errat.
His animum arrecti dictis & fortis Achates
Et pater Æneas, iamdudum erumpere nubem
Ardebant. prior Æneam compellat Achates,
Nate dea, quæ nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta vides, claſſem ſociósq; receptos.
Vnus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi
Submerſum: dictis reſpondent cætera matris.
Vix ea fatus erat, quum circumfuſa repentè
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.
Reſtitit Æneas, claráq; in luce refulſit:
Os humeróſque deo ſimilis. nanque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, luménque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum Pariúſue lapis circumdatur auro.
Tum ſic reginam alloquitur, cunctíſque repentè
Improuiſus ait, Coram, quem quæritis, adſum
Troius Æneas, Libycis ereptus ab vndis.
O ſola infandos Troiæ miſeratæ labores:
Quæ nos, reliquias Danaûm, terræq; maríſque
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo ſocias: grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ, Dido, nec quicquid vbique eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.
Di tibi (ſiqua pios reſpectant numina, ſiquid

Vultis vrbē quā ſtatuo? S. *Ag.* Regetur. S.

Iamd. ard. Quū ſocios vidiſſēt, & Didonem loquentem audiſſent.

Erumpere ex nube, Rupta nube exire. Al. *Ab rumpere.*

Vnus Orontes.

Oris venuſtate, & humerorum latitudine. Æn. 2.

Man. artificis.

Vt in principio huius lib. *multum ille & terris iactatus & alto.*

Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti)
Præmia digna ferant. quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet:
Semper honos, noménque tuũ, laudésque manebũt:
Quæ me cunque vocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, læuáque Sereſtum:
Post alios, fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto: & sic ore loquuta est,
Quis te nate dea per tanta pericula casus
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem,
Auxilio Beli, genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, noménque tuũ, regésque Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Séque ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.
Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
Sic memorat: simul Æneam in regia ducit
Tecta: simul diuũm templis indicit honorem.
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos:
Munera, lætitiámque dei.

Dum in mont. vni. latera incli nata circumi bunt.

Polus. Pro Polus Br. legit Palus, de omni humore, aut de mari: vt Hom. λίμνην.

Primò cũ ea nota quæ aduerb. esse indicat. Nõ enim *primo* iungitur cum *aspectu*. sed refertur ad seq. *deinde*.

In meipsa experta quid sit malis conflictari, disco mis. suc At. S. vult *non* repeti & ante *Disco*.

Ind. hon. i. feriæ: vt esset publica gratulatio, & deorum fauor accederet. C. at Ser. Iussit fieri supplicationes. *Munera læt. dei.* id est vinum, inq; Ser. At Corr. rectius, Mittit hæc omnia, vt Neptuno sacrificent: quæ res munera & lætitiam Neptuno afferat. Hęc ille Est autẽ & alia lectio. (sed minus rationi consentanea) *Die*: vt sit pro diei. De qua vide Gell.

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediusque parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ vestes ostróque superbo:
Ingens argentum mensis, cælatáq; in auro
Fortia facta patrum: series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.

Esse mẽte quieta. Æneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidũ ad naues præmittit Achatẽ:
Ferat. Nuntiet. Ascanio ferat hæc, ipsúmq; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio charistat cura parentis.

Signis ex auro intertexto factis. C. Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam signis auróq; rigentem,
Velamen. Cycladẽ circumtextã signis acanthũ herbam seu virgultum referentibus. C. Et circumtextum croceo velamen acantho:
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama quũ peteret, inconcessosq; hymenæos,
Extulerat: matris Ledæ mirabile donum.
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami, collóq; monile
Bact. Baccis ornatum i. margaritis. Baccatum, & duplicem gemmis auróq; coronam.
Celeriter exequens. Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates.
Sub. Asc. imagine. At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
Consilia: vt faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Ascanio veniat: doniſque furentem
Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.
De qua potest ambigi, Græcis an Troianis faueat. Bil. Perfidos. Quippe domũ timet ambiguã, Tyriósq; bilingues:
Urit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem,
Iouis fulmina. Nate, meæ vires, mea magna potentia, solus:
Nate, Patris summi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Iactetúrque, vt vacet Que. Ser. & Pier. exempl. Pro Notũ, Gr. more. Frater vt Æneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur, odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi: & nostro doluisti sæpe dolore.

Hunc Phœnissa tenet Dido, blandísq; moratur
Vocibus. & vereor quò se Iunonia vertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere antè dolis & cingere flamma
Reginam meditor: ne quo se numine mutet,
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.
Quâ facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
Regius, accitu chari genitoris, ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, (mea maxima cura)
Dona ferens pelago & flammis restantia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam:
Ne quà scire dolos, mediúsue occurrere possit.
Tu faciem illius, noctem non amplius vnam,
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Vt quum te gremio accipiet lætissima Dido,
Regales inter mensas, laticémq; Lyæum:
Quum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallásq; veneno.
Paret Amor dictis charæ genitricis: & alas
Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidam per mẽbra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.
Iámq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce lætus Achate.
Quum venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediámq; locauit.
Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus
Conueniunt: stratóq; super discumbitur ostro.
Dãt manibus famuli lymphas: Cererémq; canistris
Expediunt, tonsísque ferunt mantilia villis.

Ten. Hospitio acceptum retinet.
Ium. In quibus Iuno colitur.
Card. In opportunitate tanta.
Ne quo se n. Ad nutum alicuius numinis.

Fallendo assume. Falsõ repræsenta. Scal exp. falsam habeas & præ te feras, Repræsentes.
Ven. Amoris quasi veneno.

Gr. Incedit cum Achate eodem modo quo Iulus incessisset si assuisset.

Ven. Ascanius.
Aur. Auratis vestibus ornata Vel Aurea spõda, per synær.
Med. In lecto qui medi⁹ erat accubuit.

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidémque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenêre, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum,
Flagrantésque dei vultus, simulatáque verba:
Pallámque, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipuè infelix, pesti deuota futuræ,
Expleri mentem nequit, ardescítque tuendo,
Phœnissa: & puero pariter donísque mouetur.
Ille vbi complexu Æneæ collóque pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret: & interdum gremio fouet, inscia Dido
Insideat quantus miseræ deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore
Iampridem resides animos, desuetáque corda.
Postquam prima quies epulis, mensæq; remotæ,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi: & noctem flammis funalia vincunt.
Hîc regina grauem gemmis auróque poposcit,
Impleuítque mero pateram, quam Belus & omnes
A Belo soliti. tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyriísque diem Troiáque profectis
Esse velis, nostrósque huius meminisse minores.
Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.

Adol. Colere, Honorare, S. N. Augere & lętos facere, Pomp. At Suffire, C.
Læta. quæ lætitiam præse ferre videbantur.
Flagr. Vultus qui sic flagrabant vt Dei esse appareret.
Pesti. Pernicioso & exitiali amori.
Ard. Incēditur amore, Concipit flammas amoris.
Fal. Quem falsò suum esse dicebat.
Matr. Mandatorum matris.
Sich. Amorē in Sich.
Præuert. Præoccupare, Iunonē præueniendo.
Res. Inertes ad amandum.
Prima q. Quia repetebāt potationes. Scal.
Vina. Pocula cor. vt l. 3, -magnum crat. corona Induit. Vel, vt Homer. κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.
Soliti implere, quum vellēt libare.
Min. Posteros.
Fa. linguis & animis.

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem:
Primáque libato, summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro:
Post alij proceres. cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisque labores:
Vnde hominum genus, & pecudes: vnde imber, & ignes:
Arcturũ, pluuiásque hyadas, geminósq; Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrij, Troésque sequuntur.
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido: longúmq; bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitãs, super Hectore multa:
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis:
Nũc, quales Diomedis equi: nũc, quãtus Achilles.
Immo age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias (inquit) Danaûm casúsq; tuorum,
Errorésque tuos. nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.

Lat. Vinũ, quod est laticũ honos Quum libasset, quod relictum erat, ore leuiter tetigit. C. Increpitando instans vt acciperet, siue vrgens.

Spum. Adhuc spumãtem, vtpote plenã: quũ vinũ Dido vix degustasset.

Auro. aurea patera. Al. *ore.*

Lab. Defectus.

Ign. Fulgura & fulmina.

Plu. Adiectiuũ est.

Longum, magnũ & donec ipsa vi ueret duraturũ, inquit Corr. At Nonius, Sæuum & pernicioſum. Ego autem *longum* aduerbiali ter accipio.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER. II.

ARGVMENTVM.

Didûs voluntati morem gerens Æneas, excidij Troiani seriem narrat. Ea est huiusmodi: Græci decimo belli Troiani anno, attritis iam viribus, virtutíque diffidentes, ad dolũ confugiunt: noctéque ea quæ vrbis incendium antecessit, fugam simulantes, circa Tenedum latitant, relicto in agro Troiano equo ligneo, tãtę magnitudinis vt portis vrbis recipi nõ posset.

eius vtero lectissimum quenque procerum includunt. Troiani partim fraude Sinonis impulsi, partim Laocoontis supplicio territi, diruta muri parte, equum in arce statuunt. Nocte intempesta Græci à Tenedo profecti, per eam muri ruinam qua equus erat introductus, vrbem inuadunt. Sinon, reserato equi vtero armatos emittit. Omnia ferro flammisque fœdantur. Æneas interim ab Hectore in somnis admonetur, vt sibi fuga cõsulat, deósque patrios incendio eripiat. Ille tamen honestam mortem turpi fugæ præferens, frustra in arma ruit. Satis feliciter primus impetus succedit Troianis: donec Chorœbi consilium sequuti, sumptis Græcorum armis, suorum telis obruuntur. Interea Priami regia oppugnatur, Priamúsque ipse à Pyrrho Achillis filio interficitur. Æneas itaque, frustra tentatis omnibus, quum iam nihil spei reliquum esset, sacra Anchisæ patri committit, eóque in humeros suos sublato, assumptisque Ascanio filio Creusáque vxore, fugam arripit: Græci à tergo insequuntur. In eo tumultu Creusam vxorem amittit: cuius quærendæ causa per totam vrbem oberranti obuia fit vxoris vmbra, virúmque mortis suæ certiorem facit. Ipse ad socios reuertitur, quò iam magnus virorum mulierúmque numerus confluxerat, eius auspicium, quocunque terrarum abducere vellet, sequi paratus.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casúsque suorum,
Fallaces Graios, simulatáque dona Mineruæ,
Laocoõtis pœnam, & laxantem claustra Sinonem.
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum:
Iam flammas cœli, Troum patriæque ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper.
Impositúmque patrem collo, dextráque prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,
Graiorúmque dolos, & equum, fraudémque Sinonis:
Excisámque vrbem, Priamíque miserrima fata:
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, charámque amiserit ipse Creusam.

ALIVD, MONOSTICHON.

Edocet excidium Troiæ cladémque secundus.

ALIVD.

Funera Dardaniæ narrat fletúsque secundo,

CONticuere omnes, intentiq; ora tenebant.
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto:
Infandum regina iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæq; ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. quis talia fando,
Myrmidonũ, Dolopúmue, aut duri miles Vlyssi,
Temperet à lacrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, suadéntq; cadentia sidera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem:
Quãquã animus meminisse horret, luctúq; refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatísque repulsi
Ductores Danaũm, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Ædificant: sectáq; intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virũm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri: penitúsq; cauernas
Ingentes, vterúmq; armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula: diues opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantùm sinus, & statio malefida carinis:
Huc se prouecti deserto in littore condunt,
Nos abisse rati, & vento petisse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica castra
Desertósq; videre locos, littúsq; relictum.
Hic Dolopum manus, hîc sæuus tendebat Achilles:
Classibus hîc locus, hîc acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi: primúsq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:

Pro, Intenta ora habebant, id est defixa in loquẽtem: vt sit Hypallage. Vel, intẽti ad eius verba, ne hiscebãt quidem.

Quorum pars m. Quibus magnæ ex parte interfui. Vel, Quorũ magnam partẽ ego cum meis expertus sum.

Myrm. Tam denique misera vt ne ipsi quidem hostes sine lacrymis ea audire possint.

Sic libro II, *vel Priamo miserãdæ manus.*

Cad. Aduentante aurora.

Interiora statumina, quibus laterum cõpages nitebatur. T.

Litt. huius insulæ, quæ cultoribꝰ vacua, Achilli in prædam cõcessa fuerat.

Sol. Excusso luctudant se lætitiæ Troiani.

Hic Dol. Verba sunt visentium.

Class Manipulis Isid. Sic & S. de equitibus.

Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaûm insidias suspectáque dona
Præcipitare iubent, subiectíque vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul, O miseri, quæ tanta insania, ciues?
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturáq; desuper vrbi:
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.
Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.
Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus inque feri curuam compagibus aluum
Contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso
Insonuere cauæ gemitumq; dedêre cauernæ.
Et, si fata deûm, si mens non læua fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.
Troiáq; nunc stares, Priamique arx alta maneres.
Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui se ignotum venientibus vltro,
Hoc ipsũ vt strueret, Troiámq; aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atq; in vtrunq; paratus,
Seu versare dolos, seu certè occumbere morti.
Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circumfusa ruit: certántque illudere capto.
Accipe nũc Danaûm insidias: & crimine ab vno
Disce omnes.

Pro subiectíve: nisi fortè ita scribẽdum est. *Inc.* Mobile. Instabile.

Ante omn. Corã omnibus, videntibus cunctis. Aut est perissologia.

Ard. Ira æstuãs.

Dona c. d.

Da. Sic no. Estne tam malè vobis notus?

Vent. Oppressura vrbem, vtpote eius mœnibus altior.

Et do. Tum quoque quum ferũt dona.

Feri. Equi.

Hoc ipſ. Has ipsas insidias.

Al. *Certæ.*

Al. *insidias & crimen. ab vno Disce o.* Sic Tib. Don.

Nanque

Nanque vt conspectu in medio turbatus inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circũspexit:
Heu quæ nũc tellus (inquit) quæ me æquora possũt
Accipere? aut quid iã misero mihi denique restat?
Cui neque apud Danaos vsquã locus, insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cũ sanguine poscunt.
Quo gemitu conuersi animi compressus & omnis
Impetus. hortamur fari, quo sanguine cretus:
Quídue ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:
Cuncta equidẽ tibi rex, fuerint quæcunq; fatebor.
Vera (inquit) neq; me Argolica de gente negabo,
Hoc primùm. nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacémq; improba finget.
Fando, aliquod si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria: (quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci: nunc cassum lumine lugent)
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnúmque vigebat
Conssilijs, & nos aliquod nomẽque decúsque
Gessimus: inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris,
Afflictus vitam in tenebris luctúq; trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me fors si qua tulisset,
Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos,
Promisi vltorem, & verbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.

Turb. Quasi turbatus. Ser. Sed dico fieri etiam potuisse vt esset turbatus, donec vidisset an sua fallacia succederet.

Al. *& super.* Cõueniet autem *Et* cum præc. *Neque.*

Fuer. q. Quicunque me sequatur euentus. Ita S. qui legit, *fuerint quodcunque.*

Malo vocem *aliquod*, quæ iungatur cũ *nomen*: quàm *aliquid*, quod iungendũ esset cum *Fãdo*. *Fal.* Sub falso crimine proditionis.

Cass. Priuatum lumine, Interẽptum.

Interẽptus est.

Am. Palamedis

Quærere dolos, qui ipsi essent arma ad resistẽdum mihi.

Calchantis ministerio & opera me destinat aræ, vel opponit morti, vt seq. Vel subaudiendum tale quid.

Si omnes Gr. eodem loco & numero ducitis, & pro hostibus habetis. T.

Ire parãtes. vel, Iter ingredientes.

Virg. Iphigenia, Agamemn. filia *Ilia.* In Aulidẽ. Græci hominis immolatione.

Fata Præparẽt mortem.

Prædicebant.

Ex compacto, Vlyssis impulsu nõ oraculi iussu.

Rump. v. ῥήγνυσι ἐπιθυμ. In vocem erumpit.

Parari cœperũt

Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autẽ nequicquã ingrata reuoluo?
Quidue moror? si omnes vno ordine habetis A-
Idq; audire sat est, iãdudũ sumite pœnas: [chiuos,
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Tum verò ardemus scitari, & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artísque Pelasgæ.
Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupiêre relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello.
Fecisséntque vtinam. sæpe illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit auster euntes.
Præcipuè quum iam hic trabibus cõtextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus: ísque adytis hæc tristia dicta reportat:
Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa,
Quum primùm Iliacas Danai venistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animáque litandum
Argolica. Vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obstupuere animi: gelidúsque per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hîc Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ sint ea numina diuûm
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies: tectúsque recusat
Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ.
Assensere omnes: & quæ sibi quisque timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Jámq; dies nefanda aderat: mihi sacra parari,

Et "salsæ fruges, & circum tempora vittæ.
Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi,
Limosoq; lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui, dum vela darent: si fortè dedissent.
Nec mihi iam patriã "antiquam spes vlla vidẽdi,
Nec dulces natos, exoptatúmque parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te per superos & conscia numina veri,
Per, si qua est quæ restat adhuc mortalibus vsquã
Intemerata fides, oro: miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
His lacrymis vitã damus, & miserescimus vltro.
Ipse viro primus manicas atque arcta "leuari
Vincla iubet Priamus: dictísq; ita fatur amicis,
"Quisquis es (amissos hinc iã obliuiscere Graios)
Noster eris: mihíq; hæc edissere vera, roganti.
Quò molẽ hãc immanis equi statuere? quis auctor?
Quidue petũt? quæ religio? aut quæ machina belli?
Dixerat. ille, dolis instructus & arte Pelasga,
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.
Vos "æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen (ait) vos aræ, ensésque nefandi,
Quos fugi, "vittæq; deũm, quas hostia "gessi,
Fas mihi Graiorum "sacrata resoluere iura,
Fas odisse viros, atq; omnia ferre sub auras,
Sigua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
Tu modò promissis maneas, seruatáq; serues
Troia fidem: si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaũm & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo
Tydides sed enim scelerúmq; inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo

Sal. fr. Mola salsa, qua frons victimæ & foci necnon cultri aspergebãtur. S. *Antiq.* caram, Ser. sed potius Argos ant. vocat patr. vt & Soph. cõmẽdat à vetustate. Quidam ant. pristinam intell.

Quisquis es, noster eris: verba sunt imp. transfugam in fidem suam recipiẽtis, apud Liu.

Æt. ign. Sidera. Alij, penates: vt *Æternúmque adytis effert penetr. ignem.* Alij, Vestæ focos.

Vittæque d. Sunt qui *deum* iungunt cum *hostia.* *Gessi* quũ essem victima, aræ destinata.

Sacrata res. Quia sacramenti militaris religione videbatur esse obstrictus,

Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem: manibúsque cruentis
"Virgineas ausi diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm: fractæ vires, auersa" deæ mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris:
"Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis, salsúsque per artus
Sudor iit: térque ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmámque ferens hastámq; trementem.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
"Omina ni repetant Argis: numénque reducant,
Quod pelago & curuis secum aduexêre carinis.
Et nunc, quod patrias vento petiêre Mycenas,
Arma deósque parant comites: pelagóque remẽso
Improuisi aderunt. ità" digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, "nefas quæ triste piaret:
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœlóque educere iussit:
Ne recipi portis aut duci in mœnia possit,
Neu populum" antiqua sub relligione tueri.
Nam si vestra manus violasset dona Minerua,
Tum magnũ exitiũ (quod di prius omẽ in ipsum
Conuertant) Priami imperio Phrygibúsq; futurũ:
Sin manibus vestris vestram ascendisset in vrbem,
Vltrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidijs, periurique arte Sinonis
Credita res: captique dolis, "lacrymísque coactis,
Quos neq; Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuêre decem, non mille carinæ

Vittæ enim aliæ erant virginales, aliæ maritales.

Dea. Mineruæ. *Trit.* Minerua.

Vix p. Simulatque pos. fuit.

Om. auspicia. vt & duces ab exercitu auspiciorũ repetendorum causa Romam redibant. T. Al. omnia, malé.

Interpretatur numinis cõmotionem. Ita S. qui videtur legere omina

Nef. Sacrilegiũ Vlyss. ac Diom.

Ant. sub. Sub fauore pristino. S.

Laer con. Sic S. & Æl. D. & Pop. Vt Ter.

Vna lacrymula, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit. Sed *coacti* Pier. ex vet.

Hîc aliud maius miseris multóque tremendum
Obiicitur magis, atq; improuida pectora turbat.
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem, gemini à Tenedo tranquilla per alta Per mare trãq.
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, paritérq; ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta iubaq;
Sanguineæ exuperant vndas: pars cætera pontum
Pone legit, sinuátque immensa volumine terga. Non. ait legere esse Nauigare, Præstringere asferens hunc locum.
Fit sonitus, spumante salo: iámq; arua tenebant,
Ardentésque oculos suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis, vibrantibus ora. Mobilibus. S.
Diffugimus visu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primùm parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus vterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
Corripiunt, spirísq; ligant ingentibus: & iam
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum Supereminent. *Qual.* Similes mugitibus tauri qui fugit, &c. *Incer.* Dubiè illusam, seu impactam, & non certò ictu.
Terga dati, superant capite & cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos,
Perfusus sanie vittas, atróque veneno,
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Quales mugitus fugit quum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim. Labi serpentum propriè est. S. Mineruæ, quæ suprà Tritonia, ver. 171.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sæuaq; petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibúsq; dea, clypeique sub orbe teguntur.
Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis *Insin.* pro *Insinuatur.* Ser. *Robur.* Vt suprà, *-attollere molem Roboribus textis.* *Sceler.* Pro sceleratus, per hypall. S.
Insinuat pauor: & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.

Mur. Superpositos Scææ portæ. S.

Ducendum ad sedes simulacrum, orandáque diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibúsque rotarum
Subiiciunt lapsus, & stuppea vincula collo
Intendunt. scandit fatalis machina muros,
Fœta armis: circum pueri innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa subit, mediæq; minans illabitur vrbi.
O patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidûm. quater ipso in limine portæ
Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedêre:
Instamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu, non vnquam credita Teucris.
Nos delubra deûm miseri, quibus vltimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per vrbem.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terrámq; polúmque,
Myrmidonúmq; dolos. fusi per mœnia Teucri
Conticuêre: sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia lunæ,
Littora nota petens: flammas quum regia puppis
Extulerat, fatisque deûm defensus iniquis,
Inclusos vtero Danaos & pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus: lætique cauo se robore promunt
Tisandrus Sthenelúsq;, duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem: Athamásq;, Thoásque,
Peliásque Neoptolemus, primúsque Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

Lapsus rot. Ideſt, rotas quibus deuolueretur.

Stupp. funes canabinos.

Sacra c. hymnos. S.

Tunc etiam. Etiã tunc, ſicut antea ſæpius. nam Helena veniente prædixerat futura bella & mala.

Dei iussu. Vel aperit ora iuſſu dei: vel (ſequendo fabulam) nõ vnquam credita Teucris ídque, dei iuſſu. Vide Ser.

Quod neſciẽtes ornabamus ramis del. d. lætitiam agitantes.

Sil. lunæ. Luna ſilente. id eſt, minimè lucente: vt latere magis poſſent inſidiæ: eleganti tranſl. ab auribus ad oculos. Quæ expoſ. ex Politiano affertur.

Amica autẽ intellige, ſibi tum grata.

Vt, *Dat clarum è puppi ſignũ.* li. 3.

Iniquis Infeſtis Troianorum rebus: at reb. Græcorum amicis.

Inuadunt vrbem somno vinóque sepultam.
Cæduntur vigiles: portísque patentibus omnes
Accipiunt socios, atq; agmina conscia iungunt.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largósque effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam: atérque cruento
Puluere, pérque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneráque illa gerens, quæ circũ plurima muros
Accepit patrios. vltro flens ipse videbar
Compellare virum, & mœstas expromere voces,
O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominúmq, vrbísque labores
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate dea, téque his (ait) eripe flammis.
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ Priamóque datum. si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra suósque tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Vestámque potentem,
Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.

Pedes habens loris traiectos.

Plur. Quũ clausis portis solus extra vrbem cũ Græcis confligeret.

S. Perg. possent humano auxilio communiri, potuissent & mea dext. defendi.

Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu:
Et magis atq; magis (quanquam ſecreta parentis
In receſſu quodam erat. Anchiſæ domus, arboribúſque obtecta recęſſit) 300
Clarè audiũtur. Clareſcunt ſonitus, armorúmq; ingruit horror.
Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto.
In ſegetem veluti quum flamma furentibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens 305
Sternit agros, ſternit ſata lęta, boúmq; labores,
Præcipitéſque trahit ſyluas: ſtupet inſcius alto
Saxi montis. Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.
Fid. Non illius ſomnij (vt quidam volũt) ſed fraudis. Gr. Nã ſeq. *Dan.* &c. S. *Vulc.* pro igni. Tum verò manifeſta fides, Danaûmq; pateſcunt
Inſidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam 310
Vulcano ſuperante domus, iam proximus ardet
Vcal. Vcalegontis domus proxima. Vcalegon: Sigea igni freta lata relucent.
Exoritur clamórq; virûm, clangórque tubarum.
Arma amens capio, nec ſat rationis in armis:
Nec ſat. r. Vide proximè ſequentem annot. Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcẽ 315
Fur. Non mirũ eſt me arma cepiſſe ſine ratione. nam furor, &c. Cum ſocijs ardent animi: furor iráque mentem
Præcipitant: pulchrúmq; mori ſuccurrit in armis.
Ecce autem, telis Panthus elapſus Achiuûm,
Panthus Otriades, arcis Phœbique ſacerdos,
Al. *Othryades.* Al. *lumina.* Sacra manu, victóſq; deos, paruúmque nepotem 320
Ipſe trahit, curſuque amens ad limina tendit.
Quum tu eam relinquas. S. Quo res ſumma loco, Pãthu? quã prẽdimus arcẽ?
Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit,
Venit ſumma dies & ineluctabile tempus
Dard. Phrygiæ. Dardaniæ: fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens 325
Arg. In Græciã. Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in vrbe.
Med. Vbi arx fuerat. S. Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans
Fundit equus: victórq; Sinon incendia miſcet
Inſultans: portis alij bipatentibus adſunt, 330

"Millia quot magnis nunquã venêre Mycenis
Obsedêre alij telis angusta viarum
Oppositi stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, "parata neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, &" cæco Marte resistunt.
Talibus Otriadæ dictis, & numine duũm
In flammas & in arma feror: quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
Addunt se socios Ripheus & maximus" armis
Iphitus, oblati per lunam, Hypanisque, Dymásq;.
Et lateri" adglomerãt nostro: iuuenisq; Chorœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:
Et" gener auxilium Priamo Phrygibúsq; ferebat.
Infelix, qui non sponsæ præceptæ" furentis
Audierat.
Quos vbi" confertos audere in prælia vidi,
Incipio super his, Iuuenes, fortissima" frustra
Pectora, si vobis audentem extrema, cupido est
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna videtis.
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat: succurritis vrbi
Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus.
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus. inde (lupi ceu
Raptores, atra in nebula, quos improba ventris
"Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis) "per tela, per hostes
Vadimus haud dubiã in mortẽ, mediæq; tenemus
Vrbis iter. nox atra" caua circumuolat vmbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit" lacrymis æquare labores?
Vrbs" antiqua ruit: multos dominata per annos:

Tot milliaadsũt aliorum quot nunquam, &c.

Parata n. Ad inferendam necẽ. *Cæ.* Nocturno prælio.

Al. *annũ.*

Adglomerant se. vt præcedit *addunt se.*

Gen. Futurus gener. *Fur.* Per furorẽ vaticinantis. Adglomeratos, vt modò præc. Al. *Consertos.* *Frustra* iungit Ser. cum seq. *succurritis.*

Exegit. Expulit ad prædandum. *Per t.* Per tela hostilia. ἐν διὰ δυοῖν. *Caua.* Non solida, sed inani, vt alibi. T. Aliter Ser. *Lacr.* Pro laboribus æquare lacrymas. S. Vide suprà *patriam antequam* v. 137.

Plurima pérq; vias sternuntur inertia passim
Corpora, pérque domos, & relligiosa deorum
Limina. nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victorésque cadunt Danai. crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaûm, magna comitante caterua,
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
Inscius: atque vltro verbis compellat amicis:
Festinate viri. nam quæ tam sera moratur
Segnities? alij rapiunt incensa ferúntque
Pergama: vos celsis nunc primùm à nauibus itis?
Dixit: & extemplo (neque enim respōsa dabātur
Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit, retróq; pedem cum voce repressit:
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens: trepidúsque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circumfundimur armis:
Ignarósque loci passim & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
Atque hîc exultans successu animísq; Choræbus,
O socij, quà prima (inquit) fortuna salutis
Monstrat iter, quáq; ostēdit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaúmque insignia nobis
Aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeíque insigne decorum
Induitur: laterique Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnísque iuuentus
Læta facit: spolijs se quisque recentibus armat.
Vadimus immisti Danais, haud numine nostro:

Quondam exponitur Aliquando: vt pag. seq. v. 416. Sed hîc malim Aliquādo tandem.

Med. Ser. manifestos. vt, *Quanquam in media iam morte tenetur.*

Del. pro Se delapsum. vt Græcè diceretur, ἠδὰ νετο πεσών.

Ipse Dym. Vel interpung. post *Ipse*, vt de se loquatur. Vide Tib. D.

Haud nu. Haud fauente nobis numine. vt innuit D. in Ter. Sic S. Diis contrariis. Alia expos. apud eundem, alia & apud Tib. D.

Multáque per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus, multos Danaûm demittimus orco.
Diffugiunt alij ad naues, & littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota cõduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce, trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytísq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra.
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur: oritúrq; miserrima cædes,
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atq; ereptæ virginis ira,
Vndique collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopúmq; exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrúsque Notúsq;, & lætus eois
Eurus equis: strident syluæ, sæuitq; tridenti,
Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, siquos obscura nocte per vmbram
Fudimus insidijs, totáque agitauimus vrbe,
Apparent: primi clypeos mentitáque tela
Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero. primúsque Chorœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheus, iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Dys aliter visum. pereunt Hypaníq; Dymásque,
Confixi à socijs. nec te tua plurima Panthu

Arc. Continebant.
Quas alioqui tendisset, vt moris est.
Hanc sp. Hoc spectaculum, N.
Mor. Al perituros, apud S.
Aiax. Oileus.
Quæ nos Græcos esse mentiebantur.
Linguæ Græcæ. P.

Protexit. *Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.*
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Non vitasse pericula, ne vulnerans aut interficiens Danaos, vicissim vulnerarer aut interficerer ab illis. *Vul.* Etiã vuln. tard. non solum sene & ute. *Vitauisse vices Danaûm. & si fata fuissent*
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde,
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus ævo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hîc verò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe:
Sic Martem indomitum, Danaósq; ad tecta ruentes
Facta testudine T. At. Ser. applicata, intell. de machina. *Cernimus, obsessúmque acta testudine limen.*
Hærent parietibus scalæ, postésque sub ipsos
Nituntur gradibus: clypeósq; ad tela sinistris
Protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà turres ac tecta domorum
Culmina cõuellunt: his se (quãdo vltima cernũt,)
Extrema iam in morte parant defendere telis:
Auratásque trabes, veterũ décora alta parentum,
Deuoluunt. alij strictis mucronibus imas
Obsédere fores, has seruant agmine denso.
Quasi antea defeciissent. S. *Instaurati animi, regis succurrere tectis:*
Auxilióque leuare viros, vimque addere victis.
Limen erat, cæcæq; fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami, postésque relicti
A tergo: infelix quà se, (dum regna manebant,)
Astyan. Hectoris & Andromaches, filium. Vt, *-paruúmque nep. Ipse trahm.* *Sæpius Andromache ferre incomitata solebat*
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis, vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti stantem, summísq; sub astra
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra:

Aggressi ferro circùm, quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimúsque: ea lapsa repentè, ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit. ast alij subeunt: nec saxa, nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum ante ipsum, primóq; in limine Pyrrhus
Exultat, telis & luce coruscus ahena.
Qualis vbi in lucē coluber, mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuijs, nitidúsq; iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vnà ingens Periphas, & equorū agitator Achillis,
Armiger Automedon: vnà omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos, correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postésque à cardine vellit
Æratos: iámque excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt:
Apparent Priami & veterum penetralia regum:
Armatósque vident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu miseróque tumultu
Miscetur: penitúsque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant: ferit aurea sidera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant:
Amplexæq; tenent postes, atq; oscula figunt.
Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent. labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi: rumpunt aditus, primósque trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent.

Extrema. S.

Fulgore armorū æreorū. Sed æs pro ferro: vt, Ardentes clarque æra micerno.

Per. Ætolorum princeps. A Scyro insula, vna de Cyclad.

Perforauit.

Cauædium intell. quod post atrium erat. T. ex Varr. & Vitr.

Dictum ex Rō. more, tribuētiū aliquid relig. post. & liminibus. T.

Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exijt, oppositásque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, campósq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminósq; in limine Atridas:
Vidi Hecubã, cẽtúmq; nurus, Priamúmq; per aras
Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami (spes tanta nepotum)
Barbarico postes auro spoliísque superbi,
Procubuêre. tenent Danai quà deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis vbi capta casum, conuulsáque vidit
Limina tectorum, & mediũ in penetralibus hostẽ:
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur: ac densos fertur moriturus in hostes.
Ædibus in mediis, nudóque sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus,
Incumbens aræ, atq; vmbra complexa penates.
Hîc Hecuba, & natæ nequicquã altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Cõdensæ, & diuûm amplexæ simulacra tenebãt.
Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit, Quæ mens tam dira, miserrime coniux,
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tempus eget: non si ipse meus nunc adforet Hector.
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes,
Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem, elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat,

Sacr. Quòd in ara Hercei Iouis, ad quam Pr. occisus, fuisset sacratus ignis per vigil & perpetuus. T.

Sub dio, Sub cœlo.

Ara Iouis Hercei.

Hoc Æschylo est βρετέων ἐχεσθαι.

Pro *tenebant*, legitur & *sedebant*.

Iustr. Circumspectat.

Saucius: illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, iam iámq; manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hîc Priamus, quãquã in media iã morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci iræq; pepercit.
At tibi pro scelere, (exclamat) pro talibus ausis,
Dij (siqua est cœlo pietas, quæ talia curet)
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati coràm me cernere lethum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura fidémque
Supplicis erubuit: corpúsque exangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, méque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu
Coniecit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus, Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. Hæc dicẽs, altaria ad ipsa trementẽ
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitque comam læua: dextrâque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa videntẽ
Pergama, tot quondam populis terrísq; superbum
Regnatorem Asiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulsúmq; humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primùm sæuus circumstetit horror:
Obstupui: subijt chari genitoris imago:
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi

Vuln. pro telo. Ser.

Quanquam ante oculos certã habet mortem. *Med.* S. exp. manifesta.

In hoste. In me Priamo hoste, pro in me Priamũ, quum hostis essem.

Adhæsit vmboni, minimè penetrans.

Illi cũ circumfl. Do. in Ter. vult esse aduer. loci pro Illic. Tristitiam illi allatura.

Vitam exhalantem: subit deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus Iuli.
Respicio, & quæ sit me circum copia lustro.
Deseruêre omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre.
Iámque adeò super vnus eram, quũ limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. dant clara incendia lucem
Erranti, passímq; oculos per cuncta ferenti
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartã incolumis patriásq; Mycenas
Aspiciet? partóque ibit regina triumpho?
Coniugiúmque, domúmque, patres natósq; videbit,
Iliadum turba & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita. nanque etsi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas: animúmque expleisse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Quum mihi se, non antè oculis tam clara, videndã
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam: qualísque videri
Cœlicolis & quanta solet: dextráque prehensum
Continuit: roseóque hæc insuper addidit ore,
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Quæ copiæ militum: quantus militum numerus.

Cõperio omn. deseruisse, &c.

Iámque a. Versus 22, sequentes quidã omittendos putarũt, tanquã à Tucca & Vario exemptos. Qua de re lege quæ in Schediasmate huic edit. subiuncto scripsi.

Sup. Vnus supereram.

Tynd. Helenam.

De illa sceleratа. Vel, Sceleris pœnas.

Tanquam reg.

An. vltr. fl. quidam exp. An. in flammatum ad vltionem. Alij, Expleisse vltr. fl.

Spectari à cœl. Nam maiores esse credebant habitu corporis deos quàm homines. T. ex Tranq. & Tac.

Quid

Quid furis? aut quónam noſtri tibi cura receſſit?
Non prius aſpicies vbi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſem? ¨ſuperet coniúxne Creuſa, Superſtes ſit.
Aſcaniúſque puer? quos omnes vndique Graiæ
Circumerrant acies: &, ¨ni mea cura reſiſtat, Nim. c. reſtitiſſet, iam fl. tuliſſent, &c.
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.
Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ,
¨Culpatúſue Paris: verùm inclementia diuûm Criminoſus. S.
Haſ euertit opes, ſternítque à culmine Troiam.
Aſpice (nanque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu nequa parentis
Iuſſa time, ¨neu præceptis parêre recuſa) Veretur ne imperanti ſibi fugam non obtẽperet. S.
Hìc vbi diſiectas moles, auulſáque ſaxis
Saxa vides, miſtóque vndantem puluere fumum:
Neptunus muros, magnóque emota tridenti
¨Fundamenta quatit, totámque à ſedibus vrbem Cenſebãt enim Nept. tridente ſuo non ſolùm mare ſed terrã etiam mouere & labefactare: ſed & partes abrumpere. T.
Eruit. hìc Iuno Scæas ſæuiſſima portas
Prima tenet, ſociúmque furens à nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas
Inſedit, nimbo effulgens & Gorgone ſæua.
Ipſe Pater Danais animos virésque ſecundas
Sufficit, ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam, finémque impone labori.
Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.
Dixerat, & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris.
Apparent diræ facies, inimicáque Troiæ
Numina magna deûm.
Tum verò omne mihi viſum conſidere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum
Quum ferro acciſam crebríſque bipennibus inſtant

Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta, supremum
Congemuit, traxítque iugis auulsa ruinam.
Descendo, ac ducente deo, flammā inter & hostes
Expedior: dant tela locum, flammæq; recedunt.
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquásq; domos, genitor (quem tollere in altos
Optabam primum montes, primúmq; petebam)
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exilíumque pati. Vos ô quibus integer æui
Sanguis (ait) solidæq; suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi seruassent sedes. satis vna supérque
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic ô sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis,
Exuuiásque petet. facilis iactura sepulchri est.
Iampridem inuisus diuis & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuûm pater atq; hominũ rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixúsque manebat.
Nos contrà effusi lacrymis, coniúxque Creusa,
Ascaniúsque, omnísque domus: ne vertere secum
Cuncta pater, fatóque vrgenti incumbere vellet.
Abnegat, incœptóque & sedibus hæret in issdem.
Rursus in arma feror, mortémq; miserrimus opto.
Nam quod consiliũ, aut quæ iam fortuna dabatur?
Mémne efferre pedem, genitor, te posse relicto
Sperasti? tantúmque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituræq; addere Troiæ

Deo, dictum de dea.

De iuuenibus intell. S.

Suo rob. Sine alterius auxilio, quo eget Anchises. S. Superstites fuimus.

Me hîc vt mortuum & iacentem relinquite. T.

Manu hostis in uen. mortem. ille miserebitur, &c. S. Alij intel. Manu mea: & mis. host. me ad hoc adiuuans.

Pro euertere.

Téque tuósque iuuat: patet isti ianua letho.
Iámq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus, Reuertetur à cę de Priami.
Natũ ante ora patris, patrẽ qui obtrũcat ad aras.
Hoc erat, alma parẽs, quòd me per tela, per ignes Al. Hocc. erat.
Eripis? vt medys hostem in penetralibus, vtq;
Ascaniúmq;, patrémque meũ, iuxtáq; Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma, viri, ferte arma: vocat lux vltima victos. Vocat ad morrem.
Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam
Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hîc ferro accingor rursus: clypeóque sinistram
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
Ecce autem, complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruúmq; patri tendebat Iulum. Mihi patri.
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum: In omnia pericula, In omnes casus.
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum. cui paruus Iulus,
Cui pater, & cõiux quondam tua dicta relinquor?
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat:
Quum subitum dictúq; oritur mirabile monstrum.
Nanque manus inter mœstorúmq; ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactúque innoxia molli Sũmitas pilei. S.
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinémq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
Aspice nos, hoc tantùm: &, si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atq; hæc omina firma.
Vix ea fatus erat senior, subitóque fragore
Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per vmbras Prosperum,

Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram se condere sylua,
Signantémque vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulfure fumant.
Hîc verò victus genitor se tollit ad auras:
Affatúrque deos, & sanctum sidus adorat.
Iam iã nulla mora est: sequor, & quà ducitis, adsũ.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.
Vestrũ hoc augurĩũ, vestróq; in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille, & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiúsque æstus incendia voluunt.
"Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ:
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit.
Quo res cunque cadent, vnum & cõmune periclũ,
Vna salus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & "longè seruet vestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite vestris.
Est vrbe egressis tumulus, templúmq; vetustum
Desertæ Cereris: iuxtáque antiqua cupressus,
Relligione patrum, multos seruata per annos.
Hanc ex "diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu, patriósque penates:
Me, bello è tanto digressum & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros subiectáque colla
Veste super fuluique insternor pelle leonis:
"Succedóque oneri. dextræ se paruus Iulus
Implicuit: sequitúrq; patrem non passibus æquis.
Ponè subit coniux. ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudũ non vlla iniecta mouebant.

Coactus mihi assentiri, vel mihi cedere. Victus firmato augurio. Pomp.

Sub potestate vestra.

Quum dicas te cedere.

Procul obserues vest. vt ea sequatur.

Diuersis itineribus.

Subeo humeris vt s.

Tela, neque aduersõ glomerati ex agmine Graij:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Consternat. S.
Suspensum, & pariter comitúmq; onerúmq; timentem.
Iámq; propinquabam portis, omnémq; videbar
Euasisse viam, subito quum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus: genitórq; per umbram
Prospiciẽs, Nate (exclamat) fuge nate: propinquãt:
Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.
Hîc mihi nescio quod trepido malè numẽ amicum
Confusam eripuit mentem. nanque auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum,
Heu misero coniux fatõne erepta Creusa
Substitit, errauitne via, seu lassa resedit,
Incertum: nec pòst oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi, animúmq; reflexi,
In mentem venit oculos reflectere.
Quàm tumulũ antiquæ Cereris, sedémque sacratã
Venimus. hîc demum collectis omnibus una
Defuit, & comites natúmque virúmq; fefellit.
Spem fef. comitum, &c.
Quem non incusaui amens hominúmq; deorúmq;?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascanium, Anchisémq; patrẽ, Teucrósq; penates
Commendo socijs, & curua valle recondo.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omnes, omnémq; reuerti
Certũ mihi est, velut fixum in animo & immotum. Alibi, Sedet animo.
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principio muros, obscuráque limina portæ,
Quà gressum extuleram, repeto: & vestigia retro
Mea vest. Oculos circumfero, Oculis circumspicio.
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
Domũ me ref. visurus nũ forte eò ped. retulisset.
Me refero. irruerãt Danai, & tectũ omne tenebãt.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Pro Ilico.
Voluitur: exuperant flammæ, furit æstus ad auras.

Si fortè pedem fi f.t.vt in præc.

Procedo ad Priami sedes, arcémq; reuiſo.
Et iam porticibus vacuis, Iunonis aſylo,
Cuſtodes lecti Phœnix & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant: huc vndique Troïa gaza
Incenſis erepta adytis, menſæq; deorum,
Crateréſque auro ſolidi, captiuáque veſtis
Congeritur: pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circum.
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mœſtúſq; Creuſam
Nequicquã ingeminãs, iterúmq; iterúmq; vocaui.
Quærenti, & tectis vrbis ſine fine furenti,
Infelix ſimulacrum, atq; ipſius vmbra Creuſæ
Tanquã de dea dicitur.
Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Vide annot. in v. 591.
Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.
Sic Terẽt. Eun.
Tum ſic affari, & curas his demere dictis,
Lingua hæret metu.
Quid tantum inſano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniux? non hæc ſine numine diuũm
Sic quædã Pierij exempl. Al. hinc aſp abundante ſyll.
Eueniunt. nec te comitem aſportare Creuſam
Fas: haud ille ſinit ſuperi regnator olympi.
Longa tibi exilia, & vaſtum maris æquor arãdũ.
Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua
Impetu. S. Quidam, tractu.
Inter opima virũm leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnúmq;, & regia coniux
Ad ſeq. refert Ser. Noli flere: nec enim capti ua ſum.
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creuſæ.
Non ego Myrmidonũ ſedes Dolopúmue ſuperbas
Aſpiciam, aut Grajis ſeruitum matribus ibo,
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deũm genitrix his detinet oris.
Iámque vale, & nati ſerua communis amorem.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymantẽ, & multa volẽtẽ
Dicere, deſeruit, tenuéſque receſſit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso.
Atque hîc ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum: matrésque, virósque,
Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
Undique conuenêre, animis opibúsque parati,
In quascunque velim pelago deducere terras.
Iámque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebátque diem: Danaíq; obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis vlla dabatur.
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

Ad exilium. Ita S. qui ait Donat. contra metrum legisse, ex Ilio: quasi de Ilio.

Opis ferendæ vrbi. Idam. S. ex lib. 9.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER III.

ARGVMENTVM.

Euersa Troia, Æneas collectis suorum reliquiis, quæ cædi flammísque supererant, paratáque apud Antandrum viginti nauium classe, primùm in Thraciam defertur: vbi quũ futuræ vrbis fundamenta poneret, territus Polydori à Polymnestore cæsi prodigiis, Delum petit consultóque ibi Apollinis oraculo, quum antiquam gentis suæ matrem (hoc est, primam originis suæ terram) repetendam didicisset, falsa Anchisæ patris interpretatione adductus, Cretam contendit. Verùm quum ibi quoque positis iam mœnibus, grauissima peste exagitaretur, in somnis monitus à diis penatibus, relicta Creta Italiam petit. Ibi subita oborta tempestate, primùm ad Strophades insulas appulsus ab Harpyis infestatur: mox Actium delatus, in honorem Apollinis ludos celebrat. Inde Corcyram præteruectus, Epirum tenet: quæ id temporis Heleno Priami filio parebat, cui post Pyrrhi cædem Andromache in coniugium cesserat. Helenus Æneam hospitio excipit, omníque humanitatis genere complectitur: imminentiúmque terra maríque periculorum certiorem facit. Æneas, relicta Epiro, Tarentum primámque Italiæ oram præteruectus, ad eam Siciliæ partem quæ Ætnæ monti adiacet, appellitur. Ibi Achæmenidem

ab Vlysse in Cyclopis antro desertum, supplicem recipit: edoctúsque ab eo de Cyclopum feritate, inde anchoras soluit: memórque præceptorum Heleni, vitatis Charybdis & Scyllæ periculis, Siciliæ littora longo circuitu circunuectus, tandē Drepanum aduehitur: vbi Anchises tum senio tum longæ nauigationis iactatione fatigatus, fatis concedit. Inde Italiam petiturus, immissa ab Æolo subita tempestate, in Africam eiicitur. quam partem libro primo exequitur.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Post euersa Phrygum regna, vt fuga cœpta moueri:
Vtque sit in Thracen primò deuectus, vbique
Mœnia condiderit, Polydori cæde piata:
Regis & hospitium, vt Phœbi responsa canebant:
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas.
Inde fugam, atque iterum enarrat præcepta Celæno.
Liquerit vtque Helenum, perceptis ordine fatis.
Supplicem Achæmenidem, Polyphemo vrgente, receptum:
Amissúmque patrem Drepani. atque hic deinde quieuit.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes
Vela dat Æneas: vrbémque in littore Thracum
Mox aliam pulsus Cretæis condit in oris.
Cedit & hinc, Helenúmque videt, præceptáque discit.
Ætnæum Cyclopa fugit, sepelítque parentem.

ALIVD, MONOSTICHON.

Tertius errores canit, amissúmque parentem.

ALIVD.

Tertius à Troia vectos canit æquore Teucros.

Vt Res Agamemn. v. 54 Intell. imperium Tro. quod erat in Asia. Nam Phrygia in Asia: Il. in Phr. sed minore. S.

POstquam res Asiæ Priamíq; euertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras,
Augurijs agimur diuûm: classémq; sub ipsa
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur.
Cõtrahimúsq; viros. vix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

Colligimus.

Littora tum patriæ lacrymans portúſq; relinquo,
Et campos vbi Troia fuit. feror exul in altum
Cum ſocijs, natóque, penatibus, & magnis dijs.
Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis:
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo:
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociúq; penates,
Dum fortuna fuit. feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis:
Æneadáſque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri diuiſque ferebam
Auſpicibus ceptorum operum: ſuperóq; nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.
Fortè fuit uxtà tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.
Acceſſi, viridémq; ab humo conuellere ſyluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum & dictu video mirabile monſtrum.
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidúſq; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum conuellere vimen
Inſequor, & cauſas penitus tentare latentes:
Ater & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa monẽs animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuúmq; patrem, Geticis qui præſidet aruis,
Rite ſecundarent viſus, oménque leuarent.
Tertia ſed poſtquam maiore haſtilia nixu
Aggredior, genibúſq; aduerſæ obluctor arenæ,
(Eloquar, an ſileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures,
Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus. non me tibi Troia

Qui publ. colebantur, & quorum max. imp. ac numen erat.

Fortunati fuimus.

Veneri.

Opimum. quia quæ ſaginata ſunt, nitere dicuntur. T.

Myrtea virg. apta ad haſtilia.

Thraciæ aruis, cuius partem olim tenuerunt Getæ. T. Bonum ac leue facerent. S.

Troia me tibi tulit (.i. educauit) non externum. S.

Externum tulit: haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego: hîc confixum ferrea texit
Reuiruit.S. *Telorum seges, & iaculis increuit acutis.*
Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui: steterúntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
Hunc Polydorũ auri quondã cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi: quum iam diffideret armis
Dardanią, cingíq; vrbem obsidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, victriciáq; arma sequutus,
Fas omne abrumpit: Polydorũ obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Execrabilis. vt, Sacræ pand. portæ. *Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit*
Delectos populi ad proceres, primúmq; parentem,
Monstra deûm refero: & quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra:
Hypall. ℞ Dare classem austris. *Linquere pollutũ hospitiũ, & dare classib⁹ austros.*
Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Sepulchrum. S. *Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ,*
Posítæ sunt. *Cæruleis mœstæ vittis, atráque cupresso:*
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Inferiarum appellatio ab hac signif. *Sanguinis & sacri pateras: animámq; sepulcro*
Sangu. sacri, De victimis sumpti. S. *Condimus, & magna supremum voce ciemus.*
Sep. cond. ad tumulum elicimus. S. *Inde vbi prima fides pelago, placatáq; venti*
Dãt maria, & lenis crepitãs vocat auster in altũ:
Deducunt socij naues, & littora complent.
Recedere videtur nauigãtibus *Prouehimur portu, terræq; vrbésque recedunt.*
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri & Neptuno Ægeo:
Apollo. *Quam pius arcitenens oras & littora circum*

Errantem, Mycone celsa Gyaróque reuinxit,
Immotámque coli dedit, & contemnere ventos. Propter terræ-motus.
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit: egressi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbíq; sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus. Hospitalitatis iure. S.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis, Perpetuã, Non. & S.
Et genus, & mansuram vrbem: serua altera Troiæ
Pergama, reliquias Danaûm atq; immitis Achilli.
Quem sequimur? quóue ire iubes? vbi ponere sedes?
Da pater augurium, atque animis illabere nostris. Oraculum.
Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repentè,
Liminaque, laurúsque dei: totúsque moueri Produc. syllaba *Que*, ob seq. liquidã, vel quòd sit in fine.
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum Locus vnde oraculum datur.
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem. Terram. Tractũ de historia. Vide Ser.
Hîc domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mistóque ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt:
Quò Phœbus vocet errantes, iubeátque reuerti.
Tum genitor, veterum voluens monimẽta virorũ,
Audite ô proceres (ait) & spes discite vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Loquitur vt senex, aut quia se moriturũ sciebat. S.
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.
Maximus vnde pater (si ritè audita recordor)
Teucrus Rhœteas primùm est aduectus in oras,

Elegit.vt, Pars optare locum.

Optauitq; locum regno, nondum Ilium & arces
Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáq; æra,
Idæúmque nemus: hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominæ subiêre leones.
Ergo agite, & diuûm ducunt quà iussa, sequamur.
Placemus ventos, & Gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu: modò Iuppiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactat honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo:
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albã.
Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertáque littora Cretæ,
Hoste vacare domos, sedésque astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagóq; volamus:

Aut vitibus cõsitam, aut celebratã Bacchis, aut vbi Bacchus egit triumphum. S. Præterueh imur, Præternauigamus.

Bacchatámq; iugis Naxon, viridémq; Donyssam,
Olearon, niueámq; Paron, sparsásq; per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta consita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Hortantur socij, Cretam proauósque petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameámq; voco: & lætam cognomine gentem

Domus cõstruere. T. ex Gl. At Seru. Sacrificia celebrare.

Hortor amare focos, arcémq; attollere tectis.
Iámque fer è sicco subductæ littore puppes:
Connubijs arusque nouis operata iuuentus:
Iura domósq; dabam: subitò quum tabida membris,
Corrupto cœli tractu, miserandáque venit
Arboribúsque satísque lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora. tum steriles exurere Sirius agros.

Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiæ Phœbúmque remẽsus
Hortatur pater ire mari, veniámque precari:
Quem fessis finem rebus ferat, vnde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò vertere cursus.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat:
Effigies sacræ diuûm, Phrygiíque penates,
Quos mecum à Troia, mediísque ex ignibus vrbis
Extuleram: visi ante oculos astare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, quà se
Plena per insertas fundebat luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit: & tua nos en vltrò ad limina mittit.
Nos te, Dardania incensa, tuáque arma sequuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Idem venturos tollemus in astra nepotes,
Imperiúmq; vrbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para, longúmq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ.
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiúsque pater, genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer. Coritum, terrásq; require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus visis, ac voce deorum,
(Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere vultus,
Velatásque comas, præsentiáque ora videbar:

Quæ ædib' insertæ & interpositæ erant. vt Lucr. Inserti fũdunt radij per op. domorũ. T.

Tuũ imperium sequuti. Vel, Tãquam ad militiam sub te duce profecti.

Ab Hespero rege Hisp. Vide Ser.

Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendóque supinas
Ad cœlum cum voce manus: & munera libo
Ritè perfecta. S. Hon. Sacrificio, quo dij honorãtur.
"Intemerata sacris. perfecto lætus "honore
Anchisem facio certum, rémque ordine pando.
Agnouit prolem "ambiguam, geminósque parentes:
Ambig. Non in certam, sed duplicem. vt seq.
Séque nouo veterum deceptum errore locorum.
Gem. par. S. Fatigate.
Tum memorat, Nate Iliacis "exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
(Nunc repeto hæc generi portẽdere debita nostro,
Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare)
Sed quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet? aut quem tũ vates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.
Vt Troiam & Thraciam.
"Hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
Vela damus, vastúmq; caua trabe currimus æquor.
Postquã altũ tenuêre rates, nec iam amplius vlla
Apparent terræ: cœlum vndiq;, & vndiq; pontus:
Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber,
Caliginem cum procella seu tẽpestate, vt in seq.
"Noctẽ hyemémq; ferẽs: et inhorruit vnda tenebris.
Continuò venti voluunt mare, magnáque surgunt
Æquora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Nubes caligino sa. S.
Inuoluêre diem nimbi, & "nox humida cœlum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis.
Ipse diem noctémque negat discernere cœlo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Quia terra videtur exurgere quum propinquamus littoribus.
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primùm se "attollere tandem
Visa: "aperire procul montes, ac voluere fumum.
Ostendere.
Vela cadunt, remis insurgimus: haud mora, nauta

Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt.
Seruatũ ex vndis Strophadum me littora primùm
Accipiunt. Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyiæq́ꝫ colunt aliæ: Phineïa poſtquam
Clauſa domus, menſáſque metu liquêre priores.
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis & ira deûm Stygijs ſeſe extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies: vncæq́ꝫ manus, & pallida ſemper
Ora fame.
Huc vbi delati portus intrauimus, ecce
Læta boûm paſſim campis armenta videmus,
Caprigenúmque pecus, nullo cuſtode, per herbam.
Irruimus ferro, & diuos ipſúmque vocamus
In prædam partémque Iouem. tunc littore curuo
Extruimúſque toros, dapibúſq́ꝫ epulamur opimis.
At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiúntque dapes, contactúque omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rurſum in ſeceſſu longo, ſub rupe cauata,
Arboribus clauſi circùm atque horrẽtibus vmbris,
Inſtruimus menſas, ariſque reponimus ignem.
Rurſum ex diuerſo cœli, cæciſque latebris,
Turba ſonans prædam pedibus circumuolat vncis,
Polluit ore dapes. ſocijs tunc arma capeſſant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud ſecus ac iuſſi faciunt, tectóſque per herbam
Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapſæ ſonitum per curua dedere
Littora, dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta
Ære cauo: inuadunt ſocij, & noua prælia tentãt,

Manus pro vnguibus. Gr. καὶ ψώνυχες. S.

In prædæ partẽ. Nam de præda diis immolabãt.

Vt v. 243, *celeríque fuga ſub ſidera lapſæ.*

Id eſt quod dixit, In part. præd. Iouem. S. E ſecreto montium loco. S.

Diſponũt & tegunt. Sic v. ſeq. Scuta cõdendo latere faciũt. S.

Noua ſibi, & nõ vſitata.

Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celerique fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam & vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno,
Infelix vates: rupitque hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisque iuuencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio insontes Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo
Prædixit: vobis Furiarū ego maxima pādo.
Italiam cursu petitis: ventisque vocatis
Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, nostræque iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit, & in syluam pennis ablata refugit.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit: cecidēre animi: nec iam amplius armis
Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem:
Siue deæ, seu sint diræ obscœnæque volucres.
Atque pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat, meritósque indicit honores.
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios. tum littore funem
Deripere, excussósque iubet laxare rudentes.
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis,
Quà cursum vētúsque gubernatórque vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiúmque, Samēque, & Neritos ardua saxis:
Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.

Infelicitatis nūtia. vt Hom. μάντι κακῶν. S.

Perfidi: à Laomedonte, qui deos mercede fraudauit.

Patr. Neptunio.

Vt f. v. 30, gelidúsque coit form. sanguis.

Vt H. dicit ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

Celeriter transimus. Scop. autē regna vocat, irridens.

Mox

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.
Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramúrq; Ioui, votisque incendimus aras:
Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij. iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems aquilonibus asperat vndas.
Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Littoráque Epiri legimus: portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.
Hîc incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Æacidæ Pyrrhi sceptrísque potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miróque incensum pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solennes tum fortè dapes & tristia dona
Ante vrbem in luco, falsi Simoentis ad vndam,
Libabat cineri Andromache, manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quæ cespite inanem,
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.
Vt me conspexit venientem, & Troïa circùm

Form. Vel propter asperitatẽ locorũ, vel quia moris erat aliquem de nautis ei immolari.

Procul apparet, Procul se ostendit. Gal. *On commance à descouurir.*

Ap. Templum Apoll. in Actiaco littore. Sed & mons Leucates. Apollini sacer.

Act. In honorẽ Augusti dictum *Arma.* Subaud. Dicauit, vel Cõsecrauit.

Valde altas.

Leg. Præternauigamus. Transimus.

Patr. Troiano Heleno, antea eius fratri Hectori nuptam.

Desiderio compellandi.

Videntur vet. manibus honoratorũ vir. duas aras soliti consecrare. T. Aliter S.

Monstr. Rebus insperatis. Ser. Sed malim, Rebus quæ tanquã monstra erant mirabiles.

Arma amens vidit, magnis exterrita monstris,
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit.
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur:
Verãne te facies, verus mihi nuntius affers,
Nate dea? viuísne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? dixit: lacrymásque effudit, & omnẽ
Impleuit clamore locum. vix pauca furenti
Subiycio, & raris turbatus vocibus hisco:
Viuo equidẽ, vitámque extrema per omnia duco.
Ne dubita, nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris, Andromache, Pyrrhín' connubia seruas?
Deiecit vultum, & demissa voce loquuta est,
O felix vna ante alias Priameïa virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori: quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledæam Hermionẽ, Lacedæmoniósq; hymenæos,
Me famulã famulóq; Heleno trãsmisit habẽdam.
Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes,
Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit:
Pergamáque, Iliacámque ingis hãc addidit arcẽ.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superátne, & vescitur aura?

Fur. Inconsolabiliter & impatienter furenti. S.

Excipit. Signatè loquutus est: quia deiectã dixerat. Excipiuntur enim quæ cadunt. S.

Pr. virgo. Polyxena.

Pyrrhi. Pertulimus, donec in seruitio positæ eniteremur. S. Legitur & *enixé*.

Ledæ neptem.

Vide v. 350. *Ingis*, pro Montibus: vt intell. à parte totum.

Quem tibi iam Troia.
Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam virtutem animósque viriles
Et pater Æneas & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat, lacrymans longósque ciebat
Incassum fletus: quum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert.
Agnoscítque suos, lætúsque ad mœnia ducit:
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam simulatáque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco: Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus: paterásque tenebant.
Iámque dies altérque dies processit, & auræ
Vela vocant, tumidóque inflatur carbasus austro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæso,
Troiugena, interpres diuûm qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ:
Fare age (nanq; omnẽ cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras,
Obscœnámque famem) quæ prima pericula vito,
Quídue sequens, tantos possum superare labores.
Hîc Helenus, cæsis primum de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm: vittásque resoluit
Sacrati capitis: méque ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit.

Dolétne perditam patriam? Vide S.

Accip. conuiuio vt Teran Eunucho.

Tum. ab effectu, pro Tumefacíte.

Al. *Tripodas Clarij, lauros.* Vult autem Ser. per lauros oracula intelligi.

Pro, Omnis religio prosperũ dixit cursum. per hypallagẽ. S.

Lõgè posítas. S.

Sollicitũ & attentum. Si Suspensus, numinis plenus. S.

Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos,
Nate dea, (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: sic fata deûm rex
Sortitur, volutque vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quò tutior hospita lustres
Æquora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, farique vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinósque ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Antè & Trinacriæ lentandus remus in vnda,
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Infernique lacus, Æaæq; insula Circes:
Quàm tuta possis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Quum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
Fata viam inuenient, aderitque vocatus Apollo.
Has autem terras, Italique hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hîc & Naritij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hîc illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin vbi trâsmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in littore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:

Sort. Disponit, Ordinat. Allusit ad sortes Apollinis, cuius est sacerdos S. Hosp. malè Seru. exp. vicina.

Superatu difficilis. Sc. In Siculo mari nauigandum, quòd remi lententur. i curuentur & flectãtur. Vnde lenti dicti Catullo, -lẽtos incuruans gurgite remos. T. Sal. Aus. Tyrrheni & Adriatici maris.

Melibœensis, à Meliboea, vrbe Thessaliæ, S. Alij, Magnesiæ. Pet. Lucanorũ metrop. Straboni. Imper. pass.

Nequa inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto:
Hac caſti maneant in religione nepotes.
Aſt, vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & angusti rareſcent clauſtra Pelori:
Læua tibi tellus & longo læua petantur
Æquora circuitu: dextrũ fuge littus & vndas.
Hæc loca, vi quondam & vaſta conuulſa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit: aruáq; & vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrum Scylla latus, læuũ implacata Charybdis
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſúſque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris,
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.
Prima, hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema, immani corpore Priſtis,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus,
Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Præterea, ſiqua eſt Heleno prudentia vati,
Siqua fides, animum ſi veris implet Apollo:
Vnum illud tibi, nate dea, præq; omnibus vnum
Prædicã, & repetens iterúmq; iterúmq; monebo.
Iunonis magnæ primùm prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, dominámq; potentem

Inter ſacrificandum. Sacrificij ordinem rumpat.

Quia à continẽti 3000 paſſ. diſtat. Eſt autem promont. Sicil. S.

Contiuuè, aduerb. loci. S. In medium.

Primæ partes corporis. τὰ πρῶτα αἰδοῖα. Sic poſtr. τὰ ἔσχατα.

Pr. Balæna. Comm. Commiſſas habens, id eſt adaptatas, vel iunctas. Ceſſ. Immorantem.

Sup. Expugna eius animum, & coge tibi esse beneuolum.
Victor. Voti cõpos.
Diuin. Cõsecratos lacus, Auernum & Lucrinum. S.
Ianua aperta. i. Per ianuã apertam ingressus ventus.
Non accepto consilio.
Hîc vlt. syllaba prod. ratione finalitatis. S.
Eleph. Ebore.
Apta ætati.

Supplicibus supera donis: sic denique victor
Trinacria fines Italos mittêre relicta.
Huc vbi delatus, cumeam accesseris vrbem,
Diuinósque lacus, & Auerna sonantia syluis,
Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, foliisque notas & nomina mandat.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerũ, atque antro seclusa relinquit:
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verùm eadem verso tenuis quum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes:
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedémque odêre Sibyllæ.
Hîc tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti,
(Quanuis increpitent socij, & vi cursus in altum
Vela vocet, possisque sinus implere secundos)
Quin adeas vatem, precibúsque oracula poscas
Ipsa canat, vocémque volens atque ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturáque bella,
Et quo quenque modo fugiásque ferásque laborem,
Expediet, cursúsque dabit venerata secundos.
Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentẽ factis fer ad æthera Troiam.
Quæ postquam vates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro gravia sectóque elephanto
Imperat ad naues ferri: stipátque carinis
Ingens argentum, Dodonæósque lebetas:
Loricam consertam hamis, auróque trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristásque comantes,
Arma Neoptolemi. sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additque duces.
Remigium supplet: socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore,
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,
Cura deûm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis.
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade (ait) ô felix nati pietate. quid vltrà
Prouehor, & fando surgentes demoror austros?
Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri subtegmine vestes,
Et Phrygiã Ascanio chlamydẽ: nec cedit honori:
Textilibúsque onerat donis: ac talia fatur,
Accipe & hæc, manuũ tibi quæ monumẽta mearũ
Sint, puer, & longũ Andromaches testẽtur amorẽ,
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis,
Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum:
Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro
Quærenda. effigiem Xanthi, Troiámque videtis,
Quam vestræ fecêre manus: melioribus, opto,
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
Siquando Tybrim vicináque Tybridis arua
Intraro, gentíque meæ data mœnia cernam:
Cognatásque vrbes olim, populósque propinquos
Epiro, Hesperia quibus idem Dardanus autor,
Atque idem casus, vnam faciemus vtranque

Secundo. vt Gr. dic. φορὸν ἄνεμον At Ser. simpliciter exp. flanti.
Qui dignus es habitus.
Cura d. Qui curæ es diis, vt pote illis charus.
Prosequor sermonem.
Al. *Subtemine.*
Tanta munera dat, quanta merebat ur Ascanius. S.
Hom. μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν.
Super vult T. dictũ, vt à Val. Fl. *Nec spes vlla super.* At Ser. Valde, Vehemẽter.
Vt *Italiam fugiẽtem*, alibi dicit.
Minus obnoxia Græcorum iniuriæ.
Græcorum more, pro Dardanus ἑσπερόθεν. Seru.

Troiam animis, maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam, cursúsque breuissimus vndis.
Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris, ad vndam,
Sorte partiti officia remigandi. *Sortiti remos. passímque in littore sicco*
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo:
Arcturũ, pluuiásq; Hyadas, geminósq; Triones,
Armatúmque auro circumspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno,
Faculam eleuauit. vt, *flammas quum regia puppis extulerat.* S. *Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus,*
Tentamúsq; viam, & velorum pandimus alas.
Iámque rubescebat stellis aurora fugatis:
Quum procul obscuros colles, humilémq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socij clamore salutant.
Aut vsque ad summum implenit, aut re vera coronauit. S. *Tum pater Anchises magnum cratêra corona*
Induit, implenitque mero: diuósque vocauit,
Stans celsa in puppi.
Dij, maris & terræ tempestatúmque potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ: portúsque patescit
Iam propior, templúmq; apparet in arce Minerua.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab eoo fluctu curuatur in arcum,
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes.
Procul intuentibus. vt vicissim v. 530. *patescit Iam propior.* *Ipse latet, gemino demittunt brachia muro*
Turriti scopuli: refugítque à littore templum.
Quattuor hîc (primũ omẽ) equos in gramine vidi

Tondentes campum latè, candore niuali.
Et pater Anchises, Bellum ô terra hospita portas.
Bello armãtur equi: bellum hæc armenta minãtur.
Sed tamen idem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frænа iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes: *Ouan.* Lætabundos.
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:
Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, ritè Dixerat enim, v. 435. *præque omnibus unum Prædicam.*
Junoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum: Vt cursum mutaremus. Tib. D
Graiugenúmq; domos, suspectáque linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contrà,
Cauloníque arces, & nauifragum Scylacæum. Naufragia asserens.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractáque ad littora voces: Quæ cessát quũ fluctus ad littora sunt fracti.
Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises, Nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrẽda canebat.
Eripite ô socij, paritérque insurgite remis. *Erip.* hoc periculo, insurgẽtes remis.
Haud minus ac iussi faciunt: primúsque rudentem
Contorsit, læuas proram Palinurus ad vndas:
Læuam cuncta cohors remis ventísque petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & idem
Subducta ad manes imos descendimus vnda.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
Ter spũmam elisam & rorantia vidimus astra. Irrorata.
Interea fessos ventus cum sole reliquit: *Fess.* remigando
Ignaríque viæ, Cyclopum allabimur orti.
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens Ventus cecidit cadente simul sole.

Euomit.

Ipſe, ſed horrificis iuxtà tonat Ætna ruinis:
Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubẽ,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollítque globos flammarum, & ſidera lambit:

Saxa è viſceribus.

Interdum ſcopulos auulſáque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactáque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundóque exæſtuat imo.

Pro ſemiuſtũ. quaſi ſemianimis ſit Enceladus. S. Al. leg. *ſemuſtũ.*

Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentémque inſuper Ætnam
Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis:
Et, feſſum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlũ ſubtexere fumo.
Noctem illam tecti ſyluis immania monſtra
Perferimus, nec quæ ſonitum det cauſa videmus.

Per ſplendorẽ ætheris. S.

Nam neque erat aſtrorũ ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus: obſcuro ſed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Poſtera iámque dies primo ſurgebat eoo,
Humentémque aurora polo dimouerat vmbram:
Quum ſubitò è ſyluis, macie confecta ſuprema,
Ignoti noua forma viri, miſerandáque cultu
Procedit, ſuppléxque manus ad littora tendit.

Promiſſa, Prolixa.

Reſpicimus: dira illuuies, immiſſáque barba,
Conſertum tegmen ſpinis: at cætera Graius,

Vt dicitur Gr. τὰ ἄλλα vel τἄλλα, pro κατὰ τἄλλα.

Et quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.
Iſque vbi Dardanios habitus & Troïa vidit
Arma procul, paulum aſpectu conterritus hæſit,
Continuítque gradum: mox ſeſe ad littora præceps
Cum fletu precibúſque tulit: Per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atque hoc cœli ſpirabile lumen:
Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras.
Hoc ſat erit, ſcio me Danais è claſſibus vnum,

V. 653, ſatis eſt gentem effug. nef.

Et bello Iliacos fateor petiſſe penates.

Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.
Dixerat: & genua amplexus, genibúsque volutãs
Hærebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse pater dextrã Anchises, haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animum præsenti pignore firmat.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur,
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssi,
Nomine Achæmenides, Troiã genitore Adamasto
Paupere (mãsißétque vtinam fortuna) profectus.
Hîc me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vasto Cyclopis in antro
Deseruêre. domus sanie dapibúsque cruentis
Intus opaca, ingens: ipse arduus, altáque pulsat
Sidera (dij talem terris auertite pestem)
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli.
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero quum corpora nostro
Prensa manu magna, medio resupinus in antro,
Frangeret ad saxum, saniéque aspersa natarent
Limina: vidi, atro quum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerẽt sub dẽtibus artus.
Haud impunè quidem: nec talia passus Vlysses,
Oblitúsue sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus,
Ceruicem inflexam posuit: iacuítque per antrum
Immensum, saniem eructans ac frusta cruento
Per somnum commista mero: nos magna precati
Numina, sortitíque vices, vnà vndique circum
Fundimur: & telo lumen terebramus acuto,
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,

Pro Dilaceratũ spargite, Me dilacerate, & mẽbra sp.

Mans. vtinam genitor, quãuis pauper.
Trep. Quidam hîc malè exp. Festini.
San. Corrupto occisorum sanguine.
Cuius ne aspectum quidẽ facilè quis sustineat.

Ser. *Exspersa*: quod exp. Madefacta. Nam si *Aspersa* dixeris (inquit) id est irrorata, tapinosis & hyperbole iunguntur.
Sui. Artis suæ, Versutiæ suæ. Simulatque.
Sep. Vt, *Inuadunt vrb. vino somnóque sepultam.*

De magnis & rot. clyp. Arg. intell. totũ corpus circumteg. vnde ἀσπίδος ἀμφιβρότης. H.

Argolici⁘ clypei aut Phœbeæ lampadis instar.
Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbras.
Sed fugite ô miseri, fugite, atque ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis quantúsq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat:
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent,
Quum vitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra domósque, traho: vastósq; ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitúmque pedũ vocémque tremisco.
Victum infelicem, baccas lapidosáque corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrãs, hanc primùm ad littora classem
Conspexi venientem: huic me, quæcunque fuisset,
Addixi. satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunq; absumite letho.
Vix ea fatus erat, summo quum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem.
Mõstrũ horrẽdũ,⁘ informe, ingẽs, cui lumen adẽptũ.
Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues. ea sola voluptas,
Solaménque mali:⁘ de collo fistula pendet.
Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit,
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem:
Dentibus infrendens, gemitu: graditúrq; per æquor
Iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, sic merito: tacitíque incidere⁘ funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit, & ad sonitum⁘ vocis vestigia torsit.

Inf. Quidã exp. Deforme: sed malim quod sit contra omnem consuetam formam.

Hæc verba, *De collo f.p.* videtur notha. Tib. Dõ. ea nõ agnoscit, sicut nec codices quidam.

Nauis retinaculum.

Remigij.

Verùm vbi nulla datur dextrã affectare poteſtas,
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:
Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes
Intremuêre vndæ: penitúſque exterrita tellus
Italiæ, curuíſque immugyit Ætna cauernis.
At genus è ſyluis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent.
Cernimus aſtantes nequicquam lumine torno
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes.
Concilium horrendum: quales quum vertice celſo
Aëriæ quercus aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterant, ſylua alta Iouis, lucúſue Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocunque rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.
Contrà iuſſa monẽt Heleni, Scyllã atq; Charybdim
Inter vtranque viam lethi diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus. certum eſt dare lintea retrò.
Ecce autem Boreas anguſta à ſede Pelori
Miſſus adeſt: viuo præteruehor oſtia ſaxo
Pantagiæ, Megaróſque ſinus, Tapſúmque iacentẽ.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyſſi.
Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium vndoſum: nomen dixêre priores
Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iuſſi veneramur: & inde
Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.
Hinc altas cautes proiectáque ſaxa Pachyni
Radimus: & fatis nunquam conceſſa moueri
Apparet Camarina procul, campique Geloi,
Immaníſque Gela, fluuij cognomine dicta.

Anxia quadam auiditate manũ ad nauem iniicere. Al. lect. *Dextra attrectare.* Pier.

Quia ex loco tã longinquo nocere non poterant.

Ni pro Ne. Placuit ne tẽ. curſ. inter vtr. viam modico mortis interſtitio, id eſt Scyll. atque Char. S. *Rel.* Renauigũs.

Quia ſuperfunditur crmpis vt Nilus. S.

Mons muro cinctus, in cuius summa parte oppidum. S.

Arduus inde Agragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondã generator equorũ.
Téque datis linquo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lilybeïa cæcis.
Hinc Drepani me portus & illætabilis ora
Accipit: hîc pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curæ casúsque leuamen,
Amitto Anchisen. hîc me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis.
Nec vates Helenus, quũ multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm, cursúsque docebat.
Conticuit tandem, factóque hîc fine quieuit.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER IIII.

ARGVMENTVM.

Dido amore Æneæ insaniens, animi sui morbum sorori aperit: eiúsque cõsilium sequuta, ad nuptias animum adiicit. Iuno quoque, vt Æneam facilius ab Italia auerteret, agit cum Venere vt eius bona cum venia liceat Æneæ Elisam vxorem ducere: quóque id commodius fieri possit, se opportunitatẽ oblaturam ostendit. Postridie Æneas & Dido venatum proficiscũtur. Ibi, omnibus iam prædæ intentis, Iuno subitam immittit tempestatem. Comites, alius aliò diffugiunt: Æneas & Dido in idem antrum conueniunt, ibíque infaustis omnibus cõgrediũtur. Interim Iupiter Iarbæ, Getulorum regis (qui aduenã sibi præferri iniquo animo ferebat) precibus fatigatus, Mercurium mittit ad Æneam, iubétque vt relicta Aphrica in Italiam nauiget. Ille, Iouis imperio morem gerens, quæcunque ad nauigationẽ erant necessaria, clam per socios parari iubet. Cæterum

Dido, vbi classem instaurari sensit, suspicata id quod res erat, grauiter cum ipso expostulat: precibúsque & lacrymis tum per seipsam, tum per sororem, eum ab incepto reuocare conatur. Æneas iterum in somnis à Mercurio admonitus, intempesta nocte anchoras soluit. Illa, doloris impatiens, in editissima ædium parte, simulatione sacrorum, ingẽtem pyram extruit: ablegatáque Barce Sichæi nutrice, nequid destinatæ morti impedimenti afferret, necem sibi conscisit.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

At regina graui Veneris iam carpitur igne.
Consulitur soror Anna: placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur venatum: Veneris clàm fœdera iunguntur.
Facti fama volat: monitus tunc numine diuum
Æneas, classémque fugæ sociósque parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conscenditque pyram, dixítque nouissima verba,
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Ardet amore graui Dido: soror Annáque suadet
Nubere: iunguntur, nimbo cogente, sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Æneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens & amore, necem sibi protinus infert.

ALIVD, MONOSTICHON.

Vritur in quarto Dido, flammásque fatetur.

ALIVD.

Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elisæ.

AT regina, graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multúsq; recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbáque: nec placidã membris dat cura quietẽ.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentémq; aurora polo dimouerat vmbram:
Quum sic vnanimem alloquitur malè sana sororẽ,
Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?

Saucia mens amore, Lucr. Sic v. 488, duræ curæ, de curis amoris dicit.

Sic v. 607, de sole, -flammis opera omnia lustras. Ser. hîc, Illustrabat, Vel, Purgabat.

Quis est hîc admirantis, teste D.in Ter. Multo autem id apertius est in Quẽ, seq. versu.

Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes!
Quem sese ore ferens! quàm forti pectore & armis!
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorũ.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum immotúmque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,

Spe perpetui amoris frustrata sum. Sc. Pro Decepit & fefellit. S.

Postquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæsum thalami tedæq; fuissẽt:
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates,

Impulit & labare fecit. Vel, Impellẽdo seu impulsu lab. s.

Solus hic inflexit sensus, animúmque labantem
Impulit. agnosco veteris vestigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctémque profundam:

Vacat *Antè*, quum præcedat *Prius*. Sed ita Hom. geminat interdũ πρίν. Tacuitatem oculorum. T. post Ser.

Antè pudor quàm te violẽ, aut tua iura resolua.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruétque sepulcro.
Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.
Anna refert, O luce magis dilecta sorori,
Solane perpetua mœrens carpêre iuuenta?

Vt δῶρ' Ἀφροδίτης, Hom. Sepultum maritum Sichæum. Ægr. mœrore. Quidam Ægrã mariti dix. i. ob maritum: teste Ser.

Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem aut manes credis curare sepultos?
Esto: ægram nulli quondam flexêre mariti,
Non Libya, non antè Tyro despectus Iarbas,
Ductoréque alij, quos Aphrica terra triumphis
Diues alit: placitóne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem quorum consederis aruis?

Vt lib. 2, *Iustitiáque dedit gentes frænare superbas.*

Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, latéque furentes

Barcæi.

"Barcæi. quid bella Tyro surgentia dicam,
Germanique minas?
Diis equidem auspicibus reor & "Iunone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
"Quã tu vrbẽ soror hãc cernes! quæ surgere regna
Conugio tali! Teucrûm comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!
Tu modò "posce deos veniam: sacrísque litatis,
Indulge hospitio, causásque innecte morandi:
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion:
Quassatæq; rates, & non tractabile cœlum.
His dictis incensum animũ inflammauit amore,
Spémque dedit dubiæ menti, soluitque pudorem.
Principio delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
"Legiferæ Cereri, Phœbóque, patríque Lyæo:
Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit,
Aut ante "ora deûm pingues spatiatur ad aras,
"Instaurátque diem donis: pecudúmque reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
Heu vatum ignaræ mentes: quid vota furentem,
Quid delubra iuuant? "est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectore "vulnus.
"Uritur infelix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens: qualis conjecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor "agens telis, liquítque volatile ferrum
"Nescius: illa fuga syluas saltúsque peragrat
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.
Nunc media Æneam secum per mœnia ducit:
Sidoniásque ostentat opes, vrbémque paratam:

Bar. Libyæ populi.

Cui vincla iugalia curæ, vt v. 59.

Quam pro Quãtam. Sic, *Quæ*, quanta.

Posce d. ven. Petè à diis vt concedant, atque adeò da operã rei diuinę, deósque precare. Sic mox, *Pacem quæ exq.* T.

Hyems. Tempestas, vt alibi.

Al. *Frugiferæ.* Sed rectius *Legiferæ*: id est θεσμοφόρῳ. Nam Dido vrbi quã fundabat, leges erat datura.

Ora Simulacra.

Quia iã antea sacrificauerat.

Edit.

Vt, *Vulnus alit venis.*

Carpitur igni, vt in princip. huius libri.

Persequens.

Nesc. Ignotus, Latens. S.

Incipit effari, mediáque in voce resistit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit:
Iliacósque iterum demens audire labores
Expoſcit, pendétq; iterum narrantis ab ore.
Post, vbi digressi, luménq; obscura vicissim
Luna premit, suadéntq; cadentia sidera somnos:
Sola domo mœret vacua, stratísq; relictis
Incubat: illum absens absentem auditq; videtque.
Aut gremio Aſcanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portúsue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes, æquatáq; machina cœlo.
Quam simulac tali persensit peste teneri
Chara Iouis coniux, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis,
Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis,
Túque puérq; tuus, magnũ & memorabile nomen,
Una dolo diuûm si fœmina victa duorum est.
Nec me adeò fallit, veritam te mœnia noſtra,
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quò nũc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam pactósq; hymenæos
Exercemus? habes tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxítque per ossa furorem.
Communẽ hunc ergo populũ paribúsque regamus
Auspicijs: liceat Phrygio seruire marito,
Dotaléſque tuæ Tyrios permittere dextræ.
Olli (sensit enim simulata mente loquutam,
Quò regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus, Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?

Digressi à thoris in quibus quiſque accubuerat Rel. Ab Ænea.

Vt ſ. Hæret infixi pect. vult. Verbáque.

Vt, ſaltáſque veneno. Aduerſa fama æquè atque amore laborare. Sc.

Vt lib. 1, & vereor quò ſe Iunonia vertant Hoſpitia.

Dextræ pro Fidei.

Al. aduerteret.

Si modò quod memoras factum fortuna sequatur.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
Esse velit Tyrijs vrbem Troiáque profectis,
"Miscerive probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Perge, sequar. Tum sic excepit regia Iuno,
"Mecũ erit iste labor: nunc qua ratione, quod instat
Confieri possit, paucis (aduerte) docebo.
Venatum Æneas vnáque miserrima Dido
In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsque retexerit orbem.
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deuenient: adero: & "tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili, propriámque dicabo.
Hic hymenæus erit. Non aduersata, petenti
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens aurora reliquit:
Ittportis iubare exorto delecta iuuentus.
Retia rara, "plagæ, lato venabula ferro,
Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant: ostróq; insignis & auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo,
Cui pharetra ex "auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
Necnon & Phrygij comites & lætus Iulus
Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnes

Misc. In vnius populi corpus coalescere.

Meus erit iste labor tentandi eius animum & explorandi.

Quem nox tegebat.

Trep. Festinant equites. S.

Si etiam tuum subsequatur fideliter officiũ.

Nomini generali subiecta est species. T.

Al. *humeri*.

Comitatū ſuum

Inſert ſe ſocium Æneas, atque agmina iungit:
Qualis, vbi hybernam Lyciā Xanthiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtaurátque choros: miſtique altaria circum
Cretéſque Dryopéſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi:
Ipſe iugis Cynthi graditur, mollique fluentem
Fronde premit crinē fingens, atq; implicat auro:
Tela ſonant humeris. haud illo ſegnior ibat
Æneas: tantum egregio decus emitet ore.
Poſtquam altos ventū in montes, atq; inuia luſtra,
Ecce, ferā ſaxi deiectā vertice capræ
Decurrēre iugis: alia de parte, patentes
Transmittunt curſu campos atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerāt, mōtéſq; relinquunt.
At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: iámq; hos curſu, iam præterit illos:
Spumantémq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum deſcendere mōte leonem.
Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit: inſequitur commiſta grandine nimbus.
Et Tyrij comites paſſim, & Troiana iuuentus,
Dardaniúſq; nepos Veneris, diuerſa per agros
Tecta metu petiēre. ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & Tellus & pronuba Iuno
Dant ſignum: fulſēre ignes & conſcius æther
Connubij, ſummóq; vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies, primus lethi primúſque malorum
Cauſa fuit. neque enim ſpecie famāue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.
Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes:
Fama, malum quo non aliud velocius vllum:

Fluentem vnguento, Vnguē tatum.
Fronde lauri.
Fing. componēs.

Celeriter trāſeunt. S.

Non repugnantia. vt, *ſternuntur inertia paſſim* *Corp.* S.

Aſcanius.

Vt, *Túque harū interpr. curarum & conſcia Iuno.*

Mortem hoc cō nubium ſequuturam ſignificātes.

Mobilitate viget, virésq; acquirit eundo.
Parua metu primò, mox sese attollit in auras:
Ingreditúrq; solo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibẽt) Cœo Enceladóq; sorore
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis:
Mostrũ horrẽdũ, ingẽs: cui quot sũt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræq; per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:
Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuntia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat,
Gaudens: & pariter facta atq; infecta canebat:
Veniſſe Æneam Troiano à sanguine cretum:
Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.
Nunc hyemem inter se luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hæc passim dea fœda virũm diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam:
Inceditq; animum dictis, atque aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamãtide nympha,
Templa Ioui centum, latis immania regnis,
Centum aras posuit: vigilémq; sacrauerat ignem,
Excubias diuũm æternas: pecudúmq; cruore
Pingue solum, & varijs florentia limina sertis.
Isque amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuũm,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,

Nec humili fortunę parcit, nec superiori. Ita quidẽ Seruius: sed potius significat eam ex parua in immensũ crescere.

Per domos nobilium: & *Turr. alt.* per aulas regum. S.

Hyemem torã genio indulgere. Sic Naso, *Et vacuus somno noctem, quàm longa, peregi.*

Rapta. Stuprata. S.

Sign. Iarbã condidisse templũ Iouis Ammonis, quod apud Gar. oraculo nobile erat, & lucernam ignis inextincti habebat. T. ex Plut. *Med.* Ac si dic. Diis testibus. S.

Curas hæc? Hoc ex Epic. sẽtentia.

"Aſpicis hæc? an te, genitor, quũ fulmina torques,
"Nequicquam horremus? "cæcíq; in nubibus ignes
Cæci. Quorum origo nõ appareret, Quorũ causa nos latet.
Terrificant animos, & "inania murmura miſcent?
Inan. murm. Vi omnino carentia tonitrua.
Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio poſuit, cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.
Paridi ſimilis raptor.
Et nunc ille "Paris cum "ſemiuiro comitatu,
Vt, O verè Phrygiæ. neque enim Phryges.
Mæonia mentum mitra crinémq; "madentem
Subnixus, "rapto potitur: nos munera templis
Mad. Fluẽtem. ſuprà de Apoll.
Quippe tuis ferimus, famámq; fouemus inanem.
Rapta Didone, vt Paris rapta Helena.
Talibus orantem dictis, aráſque tenentem
Audiit omnipotens: oculóſque ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat,
Vade age nate, voca Zephyros: & labere pennis,
Dardaniúmq; ducem (Tyria Carthagine qui nũc
Moratur, & terit tempus.
"Expectat, fatiſque datas non reſpicit vrbes)
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiúmq; ideo bis vindicat armis:
Vt, Hinc pop. latè regem.
Sed fore qui "grauidam imperijs, bellóque frementẽ
Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri
Protẽderet, Propagaret. S. Vel, Factis oſtenderet ſe genus à Teucro ducere, ab eo non degenerans.
"Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:
Aſcanióne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua?
Nauiget: hæc ſumma eſt, hic noſtri nuntius eſto.
Dixerat. Ille patris magni parêre parabat
Imperio. & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,

Seu terram, rapido pariter cum flamine portant. Celeritate pari ventis. vt Hom. ἅμα πνοιῇς ἀέμοιο.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit:
Dat somnos adimítq;, & lumina morte resignat. Ex Rom. more quo mortuis oculi in rogo aperiebãtur, qui ante domi clausi fuissent. T. ex Plin.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat.
Nubila. iámq; volans apicẽ & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulsatur & imbri.
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hîc primùm paribus nitens Cyllenius alis
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit: aui similis, quæ circum littora, circum Mergo.
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlúmq; volabat,
Littus arenosum Libyæ ventósque secabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles. Quia natus Maia, Atlãtis filia.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,
Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit: atque illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat: Tyrióque ardebat murice læna, Pro vagina. S. Sic & T. ex Iuuen. sat. 5.
Demissa ex humeris. diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuò inuadit, Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchrámque uxorius vrbem Vxori nimium indulgens. Vxori obsequens. Qui Gr. γυναικοκρατούμενος.
Extruis, heu regni rerúmque oblite tuarum.
Ipse deûm tibi me claro demittit olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras,
Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,

Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli
Respice: cui regnum Italiæ Romanáq; tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore loquutus,
Mortales visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At verò Æneas aspectu obmutuit amens:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulcésque relinquere terras,
Attonitus tanto monitu imperióq; deorum.
(Heu quid agat? quo nunc regina ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?)
Atque animum nunc huc celerē, nunc diuidit illuc:
In partésq; rapit varias, pérque omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea Sergestúmq; vocat, fortémq; Cloanthum:
Classem aptent taciti, sociósq; ad littora cogant:
Arma parent: & quæ sit rebus causa nouandis,
Dissimulent, sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsensit: motúsque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens. eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursúmque parari.
Sæuit inops animi, totámq; incensa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.
Tandem his Æneam compellat vocibus vltro,
Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitúsq; mea decedere terra?

Ore pro oratione. S. Vel, pro Talia loq. ore.

Am. Consternatus & attonitus, vt alibi. Arrect. Alibi, Steterúntque comæ.

Quibus blanditiis circumuenire. S.

Alternis modò hoc modò illud consilium capiēti.

Quæ ad Iarbam paulo antè nuntia venerat.

Quòd illa noctu celebr. Ex Cith. autem mōte clamor veluti numinis Bacchas vocabat, teste Ser.

Nec te noſter amor, nec te data dextera quondã,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris ſidere claſſem, Tempore.
Et medijs properas aquilonibus ire per altum,
Crudelis. quid ſi non arua aliena domóſque *Crud.* in teipſũ odio mei. S.
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor? [te,
Méne fugis? per ego has lacrymas dextrámq; tuã,
(Quando aliud mihi iã miſeræ nihil ipſa reliqui) Non pudorem, non regnum. Sequitur enim, *Extinctus pudor.*
Per connubia noſtra, per inceptos hymenæos,
Si benè quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miſerere domus labentis, & iſtam
Oro (ſiquis adhuc precibus locus) exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Nomadúmq; tyranni
Odêre, infenſi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor, & qua ſola ſidera adibam,
Fama prior. cui me moribundam deſeris hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat. Quæ te coniugem vocabam, nunc hoſp. tantùm vocare poſſum.
Quid moror? an mea Pygmalion dũ mœnia frater
Deſtruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?
Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſiquis mihi paruulus aula
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret: In quo tui ſaltẽ imaginem habe rem. Quidã intell. Referret te ore tantùm, nõ item moribus.
Non equidem omnino capta aut deſerta viderer.
Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam ſub corde premebat.
Tandem pauca refert, Ego te quæ plurima fando *Capta* pro capti ua, vt ſ. *Obn.* Obſtinatus
Enumerare vales, nunquam regina negabo
Promeritam: nec me meminiſſe pigebit Eliſæ,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus. *Hanc* ſub. profectionẽ. Ita Ser. non hanc fugã.
Pro re pauca loquar. nec ego hanc abſcondere furto Atque ita à præced. ſeparanda hæc eſſent, *Ne finge fugam.*
Speraui (ne finge) fugam, nec coniugis vnquam
Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni.

Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas:
Urbem Troianam primùm dulcésq; meorum
Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerẽt,
Et recidiua manu posuissem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussêre capessere sortes.
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces
Phœnissam Libycæq; aspectus detinet vrbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humẽtibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis & turbida terret imago:
Me puer Ascanius, capitisque iniuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuûm, Ioue missus ab ipso,
(Testor vtrunq; caput) celeres mãdata per auras
Detulit. ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocémque his auribus hausi.
Desine méque tuis incendere téque querelis:
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum auersa tuetur,
Huc illuc voluens oculos, totúmque pererrat
Luminibus tacitis: & sic accensa profatur,
Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardanus autor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.
Nã quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nũ lacrymas victa dedit? aut miseratus amãtẽ est?
Quæ quibus anteferã? iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Auſp. meis, Vt vellẽ, Vt optarem. T.

Sponte m. Meo arbitratu deliberare. Sc.

Rec. Poſt caſum reſtituta. S.

Noctéſque diéſque.

Iniuria quam illi facio. Ob famil. Iuliam, cui fatis imper. debitũ fuiſſe poeta canit: in gratiam Cæſ. T.

Nusquam tuta fides. eiectum littore egentem
Excepi, & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, socios à morte reduxi:
Heu furijs incensa feror. nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuûm fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat. neque te teneo, neque dicta refello.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Spero equidẽ medijs (si quid pia numina possunt)
Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens:
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas:
Audiã, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.
His medium dictis sermonem abrumpit, & auras
Ægra fugit: seque ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem & multa parãtẽ
Dicere. suscipiunt famulæ, collapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.
At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemẽs, magnóq; animũ labefactus amore:
Iussa tamen diuûm exequitur, classemque reuisit.
Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues: natat vncta carina.
Frondentésque ferunt remos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.
Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Quum populant, hyemis memores, tectóq; reponũt,
It nigrũ campis agmen, prædámque per herbas
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt

Non tutum est quemquam in fidem recipere, aut de quoquã bene mereri. T. *Lit.* Littore excepi. Vel littore egentem. *Am. cl.* renouaui, vel reparaui.

Nunc aug. Nunc prætexit Apollinem, &c.

Nõ respirat, exanimata.

It nigrum campis agmẽ. Ennij hemistichium de elephantis, quo antè Accius vsus erat de Indis. S.

Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Castigántq; moras: opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus,
Quósue dabas gemitus, quum littora feruerè latè
Prospiceres arce ex summa, totúmq; videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos submittere amori:
Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquat.
Anna vides toto properari littore circum:
Vndique conuenêre: vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre, soror, potero. miseræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi. sõlam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.
Sola viri molles aditus & tempora noras.
I soror, atque hostem supplex affare superbum:
Non ego cum Danais Troianam excindere gentẽ
Aulide iuraui, classémue ad Pergama misi:
Nec patris Anchisæ cineres manésue reuelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quò ruit? extremum hoc miseræ det munus amãti:
Expectet facilémq; fugam ventósq; ferentes.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Nec pulchro vt Latio careat, regnúmq; relinquat.
Tempus inane peto, requiem spatiúmq; furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam: (miserere sororis)
Quã mihi quũ dederis, cumulatã morte relinquã.
Talibus orabat: talésque miserrima fletus
Fértq; refértque soror: sed nullis ille mouetur

Moll. Temp. Faciles. quibus facilè ad eum patebat aditus. Vt alibi, *mollissima fandi tẽpora.*

Nam sepulcra violari, cineréq; eorũ dissipari, maximum scelus habebatur.

Quod tam pulchrum illi videtur vt omnia ei postponat.

Fletibus, aut voces vllas tractabilis *audit.* *Tract.* Exorabilis.
Fata obstant, placidáque viri deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido quum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc *Alp.* Flantes ex Alpibus.
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit:
Haud secus assiduis hinc atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perstentit pectore curas:
Mens immota manet, lacrymæ voluuntur inanes. *Inan.* Nihil proficientes.
Tum verò infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat: tædet cœli conuexa tueri.
Quo magis inceptum peragat, lucémq; relinquat, Vidit quod in causa est quo magis &c.
Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusáque in obscœnum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea, fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, *miro quod honore colebat,*
Velleribus niueis & festa fronde reuinctum. *Ant.* Aut prioris, aut chari. Ser. Sed potius prioris.
Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Visa viri, nox quum terras obscura teneret:
Soláque culminibus ferali carmine bubo Quia nubentes puellæ, venientes primò ad limen mariti, postes ornabant laneis vittis. S, Aliter T.
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
Multáque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
In somnis ferus Æneas: sémperque relinqui *Insomnis* legit Ser. pro Insomniis, id est vigiliis.
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios deserta quærere terra.
Eumenidũ veluti demens videt agmina Pẽtheus,
Et solem geminum, & duplices se ostẽdere Thebas: Ex Euripide.
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,

Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Quũ fugit, vltricésque sedent in limine Diræ.
Quia apud Æschylum remplũ Apoll. non ingred. Furiæ, sed Or. in limine expectant. T.
Ergo vbi concepit furias, euicta dolore,
Decreuítq; mori: tempus secum ipsa modúmque
Exigit: & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
Inueni germana viam (gratare sorori)
Grat. Antiquũ, pro Gratulare.
Quæ mihi reddat eum (vel eo me soluat) amãtẽ.
Oceani finem iuxta, solémq; cadentem,
Illum meum amatorem.
Vltimus Æthiopum locus est: vbi maximus Atlas
Consertum, Cõsperſum. T.
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos: epulásque draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferúmq; papauer.
Hæc se carminibus promittit sóluere mentes
Quas velit, ast alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro.
Nocturnósque ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descẽdere montibus ornos.
Testor chara deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Ensem. vt mox, -ensémque relictũ Exu. Vestes.
Erige: & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiásque omnes, lectúmque iugalem,
Quo perij, superimponas. abolere nefandi
Cuncta viri monimẽta iubet monstrátq; sacerdos.
Tegere, Abscõdere. Vel per hypallagen, pro Prætex. noua sacra funeribus. Quam contigerãt morte Sich.
Hæc effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit: nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet quàm morte Sichæi.
Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrali in sede sub auras

Erecta, ingenti, tedis atque ilice secta,
Intenditque locum sertis, & fronde coronat
Funerea: super exuuias, ensémque relictum,
Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum: & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore deos, Erebúmque, Chaósq3,
Tergeminámq3 Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni:
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola manibúsque piis, altaria iuxta,
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sidera: tum, si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustúmq3 memórq3, precatur.
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq3 & sæua quierant
Æquora: quum medio voluuntur sidera lapsu,
Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæq3 volucres,
Quæq3 lacus latè liquidos, quæq3 aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum:
At non infelix animi Phœnissa: nec vnquam
Soluitur in somnos, oculíue aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curæ: rursúsq3 resurgens
Sæuit amor, magnóque irarum fluctuat æstu.
Sic adeò insistit, secúmq3 ita corde volutat,
En quid agam? rursúsne procos irrisa priores
Experiar? Nomadúmq3 petam connubia supplex,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque vltima Teucrûm

Verbenis, quæ in sacro nocturno erant funereæ, vt è cupressu: non è læta fronde. T.

Terg. Quia pingi triformis solebat, & tribus animalium nō. inuocabatur. T.

Medicamentū amorem concilians: Philtron, quod hippomanes vocatur.

Sic apud Nas. -vestes induta recinctas, Nuda pedem.

Ingeminantur, Augentur.

In maritos. Quorum nuptias dedignata sum.

Quæ eis à Ioue iussa sunt. S.

An quia iuuat, &c. q.d. Quasi verò mihi prosit eos esse à me leuatos aux. & stet. apud m. &c Troianæ. Sic *Laomedontiadæ* libro 3, ad perfidiam respicit.

Iussa sequar? quiáne auxilio iuuat antè leuatos,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autẽ (fac velle) sinet? ratibúsq; superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs omnique manu stipata meorum
Inseguar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es, ferróque auerte dolorẽ.
Tu lacrymis euicta meis: tu prima furentem
His germana malis oneras, atque obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitã
Degere, more feræ? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Æneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursúsque ita visa monere est,
(Omnia Mercurio similis, vocémq; colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ)
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis,
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos dirúmque nefas in pectore versat,
Certa mori, varióque irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuáq; videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras. varium & mutabile semper
Fœmina. Sic fatus, nocti se immiscuit atræ.

Non. Nonne licuit.
Sine crim. vt suprà, -*succumbere culpæ.*
Cin. Sich. pro Sichæio. S. Alij interpungũt post cineri.

Vide in seq. v. 566, 567.

Tum

Tum verò Æneas, subitis exterritus vmbris,
Corripit è somno corpus, sociósque fatigat:
Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Soluite vela citi. deus æthere missus ab alto,
Festinare fugam, tortósque incidere funes,
Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte, deorum
Quisquis es, imperióque iterum paremus ouantes.
Adsis ô placidúsq; iuues, & sidera cœlo
Dextra feras. Dixit, vaginámq; eripit ensem
Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiúntq; ruúntq;
Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina è speculis vt primùm albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoráque & vacuos sensit sine remige portus:
Térque quatérq; manu pectus percussa decorum,
Flauentésque abscissa comas: Proh Iuppiter, ibit
Hic (ait) & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totáq; ex vrbe sequentur?
Diripiéntque rates alij naualibus? ite:
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentem insania mutat?
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, cum sceptra dabas. en dextra fidésq;
Quem secum patrios aiunt portare Penates,
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriisq; epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisset.

Excitat, vrgẽs.
Euigilate.
Vel, *Sancte deorum*: vt Enn. *Saturnia, sancta dea rum*. S.
Fulm. Quidam exp. Fulminis modo resplendentem.
Feliciter plenis sine motu aliquo. S.
Quid l. Quia loquitur absentibus.
Fata illius impij. vt suprà Æn. vocauit impium. Al. *facta*.
Decuit talia loqui, vel cogitare.
Fidésque illius quẽ aiunt por. &c.

Classem.vt,-nos castra monemus. S.

Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessémque foros flammis: natúmque patrémque
Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Túque harum interpres curarum & conscia Iuno,
Nocturníque Hecate triuijs vlulata per vrbes:
Et diræ vltrices, & dy morientis Elissæ:
Accipite hæc, meritúmq; malis aduertite numen:
Et nostras audite preces, si tangere portus
Infandum caput ac terris adnare necesse est:
Et si fata Iouis poscunt, hîc terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, videátque indigna suorum
Funera: nec, quum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediáque inhumatus arena.
Hæc precor: hãc vocẽ extremã cũ sanguine fundo.
Tum vos ô Tyrij stirpem & genus omne futurum
Exercete odijs: cinerique hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios ferróque sequare colonos.
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires,
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsi q; nepotes.
Hæc ait, & partes animum versabat in omnes,
Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricẽ affata Sichæi,
(Nanque suã patria antiqua cinis ater habebat)
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha,
Et pecudes secum & monstrata piacula ducat.

Quòd sacra illi fierent noctu in triuiis. Vnde Triuia, vt Gr. τριοδῖτις.

Vt Gr. μιαιφόνον κεφαλὴν dicũt. Hoc immutabile est, Immotũ manere debet, vt termini agrorũ immoti manẽt. Sic & Lucr. Vide T.

At bel. Saltem hoc meis precibus concedite, vt *bello aud. pop.* &c.

Ipsi quoque nep.

Vt in sacris quæ fiebant diis infernis.

Piac. Ea quibus ad expiationem opus est.

Sic veniat. túque ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui,
Perficere est animus, finémque imponere curis:
Dardanique rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait. illa gradum studio celerabat anili.
At trepida & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos: ensémque recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hîc postquam Iliacas vestes notúmque cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata,
Incubuitque toro, dixítque nouissima verba:
Dulces exuuiæ, dum fata deúsque sinebant:
Accipite hanc animam, méque his exoluite curis.
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi:
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, si littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait. sic? sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis.
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensémque cruore
Spumantem, sparsásque manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemitúque & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis

Ioui St. Plutoni

Quia sacris infernis amores & curas solui credebant. T. ex Silio.

Rog. In quo eius imago fuerat. S. Stud. Non re sed studio celerabat gradu. Don. in Eun.

Quod quum daret Æneas, nihil tale cogitauerat futurum.

Ex opinione Ennij, animas ad inferos descendere non credetis, sed quædam simulacra. Eadémque fuit & Homeri. T.

Ita Ser. Alij, Si sic iuuat. &c.

Omina (non omnia vt in multis edit.) id est, Mors nostra illi discedenti sit ominosa.

Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Per tecta domorum & templorum. Culmina pérque hominũ voluantur pergq; deorũ.
Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu,
Fœ. Cruentans. Unguibus ora soror fœdans & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Fuítne id quod facere cogitabas? Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræq; parabant?
Querárne quòd com. sor. spreueris? Quid primum deserta querar? comitémne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
Vocare me debuisses, vel debueras. Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.
Struxi rogum istum. His etiam struxi manibus, patriósque vocaui
Pos. Examinata, Ita Ser. Sed potius, Sic ad mortem compositã. Voce deos, sic te vt posita crudelis abessem?
Patr. Senatum Carthaginẽsem Extinxti te méque, soror, populúmq; patrésque
Sidonios, vrbémq; tuam. date, vulnera lymphis
Abluam, & extremus siquis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimémq; sinu germanam amplexa fouebat,
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitóque innixa, leuauit,
Ter reuoluta toro est: oculísque errantibus, alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque reperta.
Aut pronuba, aut inferna. vt Ser. ait. Sed potius de supera, quæ est pronuba. Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorem,
Difficilésque obitus, Irim demisit olympo,
Quæ luctantem animã nexósque resolueret artus.
Nec fa. Tanquã in faciendo sine vitæ, quæ violẽta sunt non videantur fato venire. Gell. Nam, quia nec fato merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitóque accensa furore:
Merita m. pro naturali, S. Hunc crinem. Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygióque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores,
Deuolat: & supra caput astitit. Hunc ego Diti

Sacrum iussa fero: téque isto corpore soluo. Iussa à Iunone.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & vnà
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER V.

ARGVMENTVM.

Æneas, relicta Carthagine in Italiam nauigans, vi tempestatis in Siciliam defertur: vbi ab Aceste benignè exceptus, manibus Anchisæ patris, quem superiori anno, eodem die, apud Drepanum sepeliuerat, anniuersarium sacrum facit: ludósque apud tumulum eius instituit, suáque victoribus præmia decernit. Nauali certamine vincit Cloanthus: Euryalus, Nisi dolo, cursu superat. Entellus senex Daretem iuueniliter se iactantem cæstu vincit. Sagittandi peritia superat Eurytion: prima tamen præmia, ætatis dignitatísque habita ratione, Acestæ decernuntur, cuius sagitta in aerem emissa subitò exarserat. Ascanius, in honorem Anchisæ aui, cum primæ nobilitatis pueris equestres ludos pugnámque imaginariam exhibet. Interea Troianæ mulieres, hortatu Iridis, longæque nauigationis tædio, ignem in classem coniiciunt, quatuórque naues exurunt: cæteræ subita à Ioue immissa pluuia incendio sunt ereptæ. Nocte sequenti Anchises Æneæ filio in somnis apparens, Iouis verbis admonet, vt nautæ consilium sequutus, mulieres imbelléisque senes in Sicilia relinquat, ipse cum iuuentutis robore, integræque ætatis flore, in Italiam nauiget: Sibyllæque in primis antrum adeat. illius enim ductu ad se in campos Elysios esse peruenturum, vbi & posteritatis suæ seriem, omniúmque instantium bellorũ discat euentum. Monitis itaque paternis morẽ gerens Æneas, oppidum in Sicilia condit nomine Acestam: eò & matrum & senum bello inutilium coloniam trãscribit: ipse cum exercitus robore Italiã petit. Interim Neptunus, Veneris precibus exoratus, nauiganti Æneæ mare tutum præstat. Palinurus in tanta securitate somno succumbens, vnà cum gubernaculo in mare excutitur: eiúsque vicem supplet Æneas.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Nauigat Æneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, vnà hospes Acestes:
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta

Iris, anum Beroen habitu mentita senili,
Incendit naues, sæbitus quas vindicat imber.
In somnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quóque duce ad manes possit descendere, monstrat.
Transcribit matres vrbi, populúmque volentem:
Et placidum Æneas Palinurum quærit in vndis.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Æneam: tumulóque patris persoluit honorem.
Tum cogit naues mœndere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum, Somnus Palinurum mergit in vndis.

ALIVD, MONOSTICHON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

ALIVD.

Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.

Certus nauigandi vsque in terram in quã fato vocabatur. Sic autẽ alibi, *Certus eundi.*

Atros aquilone. Quos nuper flans Aquilo atros effecerat. S.

Vbi altum ten. procul à littore proiectæ.

Cær. pro nigro: vt Gr. κυάνεον dicunt. T.

Quianam. Pro διὰ τί, Prisc. Est autem Ennij.

Pro armamentis, vt Gr. ὅπλα.

Sinus velorum.

Vela obliqua tendit.

IN terea medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctúsque atros aquilone secabat:
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignem
Causa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notúmque, furens quid fœmina possit,
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Vt pelagus tenuêre rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, cœlum vndique & vndique pontus:
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctẽ hyemémq; ferẽs: & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidue pater Neptune paras? Sic deinde loquutus,
Colligere arma iubet, validísque incumbere remis.
Obliquátque sinus in ventum: ac talia fatur,
Magnanime Ænea, non, si mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt & vespere ab atro

Consurgunt venti: atque in nubem cogitur aer.
Nec nos obniti contrà, neq; tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur:
Quóque vocat, vertamus iter. nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portúsque Sicanos:
Si modò rite memor seruata remetior astra.
Tum pius Æneas, Equidem sic poscere ventos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà.
Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla,
Quóque magis fessas optem dimittere naues,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi seruat Aceste,
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi
Intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis
Aduentum, sociásque rates, occurrit Aceste,
Horridus, in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ:
Troïa Criniso conceptum flumine mater
Quæ genuit. veterum non immemor ille parentum,
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
Postera quum primo stellas oriente fugarat
Clara dies, socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Æneas: tumulíque ex aggere fatur,
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm,
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias diuinique ossa parentis
Condidimus terra, mœstáque sacrauimus aras.
Iámq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbũ,
Semper honoratum (sic dij voluistis) habebo.
Hunc ego Gætulis agerem si syrtibus exul,
Argolicóue mari deprensus, & vrbe Mycenæ:

Nã Eryx filius Veneris. Ser. Obseruata.

Alibi, *Tendit iter velis.*

Fessos socios, qui nauibus vehuntur.

Et quòd feris abundet Libya, & quòd inde pulcherr. pelles afferebantur. T.

Stellarum aspectũ abstulerat.

Si versarer in Gætulia. Tanquam de desertis aut hostilibus locis loquitur.

Annua vota tamen, solennésque ordine pompas
Sibi conuenientibus, vel, Sibi debitis cumulàrem. *Exequerer, strueréque suis altaria donis.*
Nunc vltrò ad cineres ipsius & ossa parentis
(Haud equidè sine mẽte, reor, sine numine diuûm)
Adsumus: & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Ventorum potestatẽ tribuit hîc Anchisæ, te ste Lactantio. *Poscamus ventos, atque hæc mea sacra quotannis*
Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues. adhibete Penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Prætereà, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem:
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.
Quíque pedum cursu valet, & qui viribus audax:
Mel. prestãtior. *Vult* autem *Iac.* & *sag.* dici Ser. pro Iactu sagittarum. vt vacet particula *ve.* Sed nimis durũ hoc fuerit. *Aut iaculo incedit melior leuibúsue sagittis:*
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu:
Cuncti adsint, meritæq; expectẽt præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, velat materna tempora myrto:
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes,
Materna. Veneri matri suæ dicatã. *Hoc puer Ascanius: sequitur quos cætera pubes.*
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Inferias fundi signif. quas Gr. χοὰς vocant. T. *Sang.* victimarũ, vt alibi. *Hîc duo ritè mero libans carchesia Baccho*
Fundit humi: duo lacte nouo, duo sanguine sacro.
Purpureósq; iacit flores: ac talia fatur,
Salue sancte parens iterum, saluete recepti
Iterum. Sic S. distinguit post *Iterum:* quia quum sepeliit eũ, dixerat Salue & vale. *Nequicquã cineres, animæq; vmbræq; paternæ.*
Non licuit fines Italos, fataliáque arua,
Nec tecũ Ausoniũ (quicũq; est) quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,

Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso sole colores.
Obstupuit visu Æneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras & leuia pocula serpens,
Libauítque dapes, rursúsque innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus geniúmne loci famulúmne parentis
Esse putet: cædit quinas de more bidentes,
Totque sues, totidem nigrantes terga iuuencos.
Vinágue fundebat pateris: animámq; vocabat
Anchisæ magni, manésque Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuique est copia, læti
Dona ferunt: onerántq; aras, mactántq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusíque per herbam
Subiciunt veribus prunas, & viscera torrent.
Expectata dies aderat, nonámque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant:
Famáque finitimos & clari nomen Acestæ
Excierat: læto complerant littora cœtu
Visuri Æneadas, pars & certare parati.
Munera principio ante oculos, circóque locantur
In medio: sacri tripodes, viridésq; coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus: armáque, & ostro
Perfusæ vestes: argenti aurique talenta:
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin,
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memi:
Ingentémq; Gyas ingenti mole Chimæram,

Leuiter gustauit S. *Liq. alt. d.* Tamdiu permansit quamdiu cũcta aris superposita flamma consumeret. *Cædit.* Sacra dicta solitaurilia innui putat T. *Man.* Anchisæ animam ab inferis reuersam. T. Vide Ser.

Sic pulchri vt sacros putares. Vel, Quales sacrari solent. S.

Inceptos, Inchoatos, vt Pugnam committere.

Triremē describit, per ἀναχρονισμόν: quum Tro. belli temp. nondum fuisse constet.

Magna, quia refertur ad nauim. Sic Ter. dixit Eunuchum suam. Don.

Quum mare est tranquillum.

Camp. Saxi illius latitudo. S.

Domini nauiū, non gubernatores. S.

Al. *Nudatáque.* Sed Ser. *Intenta.* Pro Exhaurit. i. emouet. subsiliunt enim pauore, aut spe. Vel exhaurit spiritibus. Sc.

Festinantes. S.

Carc. pro carceribus.

Iugalibus equis

Echo signif. vt in seq.

Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.
Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scylláq; Cloanthus
Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti.
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt vbi sidera Cori:
Tranquillo silet, immotáq; attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hîc viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis, pater: vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circunflectere cursus.
Tum loca sorte legunt: ipsíque in puppibus auro
Ductores longè effulgent ostróque decori.
Cætera populea velatur fronde iuuentus:
Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentáq; brachia remis
Intenti expectant signum: exultantiáq; haurit
Corda pauor pulsans, laudúmq; arrecta cupido.
Inde vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
(Haud mora) prosiluêre suis: ferit ætherea clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totúmq; dehiscit
Conuulsum remis rostrísq; stridentibus æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuêre, ruúntque effusi carcere currus:
Nec sicimmissis aurigæ vndantia lora
Concussêre iugis, proníq; in verbera pendent.
Tum plausu fremitúq; virûm, studiisq; fauentum
Consonat omne nemus: vocémq; inclusa volutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primúsque elabitur vndis

Turbam inter fremitúmq; Gyas: quẽ deinde Cloã-
Cõsequitur, melior remis: sed pondere pinus [*thus*
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis
Centaurúsque locum tendunt superare priorem:
Et nunc Pristis abit, nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vnà ambæ iunctíque feruntur
Frontibus, & longæ sulcant vada sálsa carinæ.
Iámq; propinquabant scopulo, metámq; tenebãt,
Quum princeps medio Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten,
Quò: tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes:
Altum alij teneant. Dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis? iterum, Pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauémq; Gyæ scopulósque sonantes
Radit iter lævum interior, subitúsq; priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens,
Nec lacrymis caruêre genæ: segnémq; Menœten,
Oblitus decorísque sui sociúmq; salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaculo rector subit, ipse magister:
Hortatúrq; viros, clauúmque ad littora torquet.
At grauis vt fundo vix tandem redditus imo est
Iam senior, madidáque fluens in veste Menœtes,
Summa petit scopuli, siccáque in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri & risêre natantem,
Et sálsos rident reuomentem pectore fluctus.
Hîc læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto Mnestheóque, Gyam superare morantem.

Pin. Nauis. *Tenet.* Malè exp. Tenetur, Retinetur. Est enim *Tenet*, Eum retinet.

Interstitio, Interuallo.

Priorem inter se. Is autem erat tertius. Nam G. primus, Cl. secũdus erat. Ordinis est. S.

Remus: propriè remi pars extrema.

Vel, Quò diuersus abis iterũ?

Quæ periclitabatur, amisso gubernatore.

Sæpius vomentem. S.

Imperitia gubernatoris. S.

Sergestus capit ante locum, scopulóque propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior, partem rostro premit æmula Pristis.
At media socios incedens naue per ipsos
Hortatur Mnestheus, Nunc nunc insurgite remis
Aut fortissimi: aut re vera quõdam Hect. socij. Tr. sõr. supr. In excidio Troiæ. *Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema*
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis syrtibus vsi,
Ionióque mari, Maleæq; sequacibus vndis.
Nõ iã prima peto Mnestheus, neque vincere certo:
(Quanquã, ô) sed superẽt quibus hoc Neptune dedisti.
Hoc sit victoriæ loco, non committere vt extremi redeatis. *Extremos pudeat rediisse: hoc vincite ciues,*
Et prohibete nefas. Olli certamine summo
Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis.
Nef. Summum hoc dedecus. *Subtrahit úrque solum. tum crebr anhelitus artus*
Ær. Firmissima More riuorum, Tanquam per riuos. *Aridáque ora quatit: sudor fluit vndique riuis.*
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Nanque furens animi dũ prorã ad saxa suburget
Int. Sinisterior, S. At T. Qui cursu breuiore ad metam tendebat. *Interior, spatióque subit Sergestus iniquo,*
Infelix saxis in procurrentibus hasit.
Saxi acumine. S. Pep. Nutauit, Librauit sese. Pomp. *Concussæ cautes, & acuto in murice remi*
Obnixi crepuêre, illisáque prora pependit.
Leg. Colligunt. *Consurgunt nautæ, & magno clanore morantur:*
Ferratásque sudes & acuta cuspide contos
Expediunt, fractósque legunt in surgite remos.
At lætus Mnestheus, successúque acrior ipso,
Agmine remorum celeri, ventísque vocatis
Vicina littoribus, vnde altum est longè positum. S. *Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.*
Qualis spelunca subitò commota columba,
Pennis malè cũ Exter. Ser. iungit. *Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,*
Fertur in arua volans, plausúmq; exterrita pẽnis
Secat purũ aerem. *Dat tecto ingentem: mox aere lapsa quieto,*
Radit iter liquidum, celeres neque cõmouet alas:

Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primùm in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibúsque vadis, frustráque vocantẽ
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsámque ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.
Solus iámque ipso superest in fine Cloanthus,
Quem petit, & summis adnixus viribus vrget.
Tum verò ingeminat clamor, cunctíque sequentẽ
Instigant studijs: resonat clamoribus æther.
Hi, "propriũ decus & partum indignantur honorẽ Quasi iam propriam victoriã.
Ni teneant, "vitámque volunt pro laude pacisci. Mutare ex pacto vitam cum laude. Sc.
Hos successus alit: possunt, quia "posse videntur.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,
Ni palmas ponto tendens vtrasque Cloanthus, Sperantes victoriam opinione spectantium. S.
Fudissétque preces, diuósque in vota vocasset:
Dij, quibus imperium pelagi, quorũ æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras, voti "reus: extáque salsos *Reus*, Debitor. Vnde vota soluentes, dicimus
"Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam. Absolutos. S.
Dixit: eúmque imis sub fluctibus audiit omnis Vide v. 776.
Nereidum Phorcíque chorus, Panopeáque virgo:
Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit: illa Noto citius volucríque sagitta
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridíque aduelat tempora lauro:
Muneráque in naues, ternos aptare iuuencos, Vestem prætextam, eandémque Phrygiam, id est acu pictã. T.
Vinaque, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori" chlamydẽ auratam, quam plurima circum

Erat in chl. flexuosa purpura in modũ Mæandri. Mel. pro Melibœensis.

Puer. Ganym. imago intexta chlamydi.

Tendunt. Aut mirãtes, aut increpantes deos. S.

Squamis ferr. consertam, & tribus liciis ornatam per eas currentibus. T.

Vittis. Al. Tænis, absque synæresi.

Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit:
Intextúsque puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos cursúque fatigat,
Acer, anhelanti similis. quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.
Longæui palmas nequicquam ad sidera tendunt
Custodes: sæuítque canum latratus in auras.
At, qui deinde locum tenuit uirtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auróque trilicem
Loricam (quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoenta, sub Ilio alto)
Donat habere viro, decus & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus Sagarísque ferebant,
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus, cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis.
Iámque adeò donati omnes, opibúsque superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tænys:
Quum sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus,
Amissis remis, atque ordine debilis uno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpe uia deprensus in aggere serpens,
Ærea quem obliquũ rota transiit, aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo lacerúmque uiator:
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus:
Parte ferox, ardénsque oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars uulnere clauda retentat
Nexantem nodos, séque in sua membra plicantẽ.
Talı remigio nauis se tarda mouebat:
Uela facit tamen, & plenis subit ostia uelis:
Sergestum Æneas promisso munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, sociósque reductos.

Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ, *Op. haud ign.* Lanificij & texturæ perita.
Creſſa genus, Pholoe, geminíque ſub vbere nati.
Hoc pius Æneas miſſo certamine, tendit
Gramineum in campũ, quem collibus vndiq; curuis
Cingebant ſyluæ: mediáque in valle, theatri *Theatr. circus.* id eſt, ſpatium ſpectaculi. S.
Circus erat, quò ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, extructóque reſedit.
Hìc, qui forte velint rapido contendere curſu,
Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.
Vndique conueniunt Teucri, miſtíque Sicani:
Niſus & Euryalus, primi.
Euryalus, forma inſignis, viridíque iuuenta:
Niſus, amore pio pueri. quos deinde ſequutus *Ser.* putat *pueri* poſſe etiam iũgi ſequentibus.
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.
Hũc Salius ſimul & Patron: quorũ alter, Acarnã, Epirota. Acarnania enim pars Epiri. S.
Alter ab Arcadia, Tegeæ de ſanguine gentis.
Tũ duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopéſque,
Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea, quos fama obſcura recondit.
Æneas quibus in medijs ſic deinde loquutus,
Accipite hæc animis, lætáſque aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnoſia bina dabo leuato lucida ferro *Gn.* Cretenſia. *Leuato.* Leuigato.
Spicula, cælatámq; argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauáque caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris inſignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram, plenámq; ſagittis
Threicijs: lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Hæc vbi dicta, locum capiunt: ſignóque repentè
Corripiunt ſpatia audito: limínque relinquunt.

Signant oculis intuentur vltima spatia, auiditate vincẽdi. Vide Ser.

Effusi, nimbo similes: simul vltima signant.
Primus abit, longéque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo,
Lõgo sed pr. inter. Sic & Cicero est loquutus.
Insequitur Salius: spatio post deinde relicto
Tertius Euryalus.
Post ipsum.
Euryalúmq; Helymo sequitur: quo deinde sub ipso
Ecce volat calcémq; terit iam calce Diores,
Si plus spatij superesset, eum præteriret qui cum eo iuris in cursu ambigui fuit, quũ simul ad metam peruenerint.
Incumbens humeris: spatia & si plura supersint,
Transeat elapsus prior, ambiguúmq; relinquat.
Iámq; ferè spatio extremo fessíque sub ipsum
Finem aduentabant, leui quum sanguine Nisus
Labitur infelix, cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humum, viridéq; super madefecerat herbas.
Hîc iuuenis iam victor ouans, vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit immundóque fimo sacróque cruore.
Non oblitus amorum Euryali. Legitur etiã amoris, itẽ, amorẽ est.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
Nam sese opposuit Salio, per lubrica surgens:
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Mun. Beneficio, Ope.
Emicat Euryalus, & munere victor amici,
Prima tenet, plausúque volat fremitúque secũdo.
Ille. Salius.
Pòst Helymus subit, & nunc tertia palma Diores.
Τὰ σφῶτε. S. Ca. Theatri, Circi.
Hîc totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,
Illo Nisi dolosi bi præreptum.
Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymaq; decora,
Proueniẽs, Crescens.
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores:
Qui subiit palmæ frustráque ad præmia venit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis
Certa manẽt, pueri, & palmã mouet ordine nemo:

Me

Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis
Dat Salio, villis onerosum atque vnguibus aureis.
Hîc Nisus, Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
Digna dabis, primam merui qui laude coronam,
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli:
Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.
Pòst vbi confecti cursus, & dona peregit:
Nunc sicui virtus, animúsq; in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori velatum auro vittísque iuuencum:
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
Nec mora, continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnóque virûm se murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus contendere contra:
Idémq; ad tumulũ quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore (qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat)
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit:
Ostenditque humeros latos, alternáq; iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquã ex agmine tãto
Audet adire virum, manibúsq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctósq; putans excedere palma,
Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet: atq; ita fatur,

Cas. Alludi putat Ser. tanquã respiciendo ad id quod contigit, vt caderet. Sic certè statim pòst, *Et te lapsorum miseret.* Inf. Cuius culpa non factum est, vt vltimus ad metam peruenerit.

Laude. Virtute à sequẽte quod præcedit. S. Aut laudabili facto.

Illi arrisit. Vel, Olli iussit effer ri. S.

Eff. Depromptũ afferti in medium.

Pro *Nunc* legitur & *Huc.*

Præs. Promptus. Sicui ineſt prõpta alacritas.

Effert se secundo rumore. Sc.

Morienti simílem. S. Vel, moti proximum.

Qui cum eo certet.

Al. *pugna.*

Frem. & iubebãt. Cum fremitu quodam iubebant.

Fend. Romano more dictum. quia Ro. ædiũ suarum limina affixis hostium spoliis exornabant. T. ex Plin.

Quòd Eryx in ea ab Herc. sit occisus.

Suetus. ferre manum in prælia, vt paulo antè, v. 402.

Æm. Inuida, Don. Sed potius fortasse Quæ vult esse æmula iuuenilis roboris: & frustra id conatur.

Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ:
Quæ finis standi? quò me decet vsque teneri?
Ducere dona iube. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddique viro promissa iubebant.
Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro consederat herbæ.
Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille, magister
Nequicquã memoratus Eryx? vbi fama per omnẽ
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc, Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigéntque effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quáque improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus pulchróque iuuẽco
Venissem: nec dona moror. Sic deinde loquutus,
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duróque intendere brachia tergo.
Obstupuêre animi: tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferróque rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longéq; recusat:
Magnanimúsq; Anchisiades & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum immensa volumina versat:
Tum senior tales referebat pectore voces,
Quid si quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vidisset tristémq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondã tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc sparsóq; infecta cerebro.
His magnum Alciden contra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum

Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troïus arma recusat,
Idque pio sedet Æneæ, probat autor Acestes:
Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus, & tu Troianos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris deiecit amictum:
Et magnos membrorũ artus, magna ossa lacertósq;
Exuit, atque ingens media consistit arena.
Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterque,
Brachiáque ad sũperas interritus extulit auras.
Abduxêre retrò longè capita ardua ab ictu:
Immiscéntq; manus manibus, pugnámq; lacessunt.
Ille, pedum melior motu, fretúsq; iuuenta:
Hic, membris & mole valens: sed tarda trementi
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequicquam inter se vulnera iactãt,
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus: errátque aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, nisúque immotus eodem,
Corpore tela modò atq; oculis vigilantibus exit.
Ille, velut celsam oppugnat qui molibus vrbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis:
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémq; pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus vrget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit, celerique elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit, & vltro
Ipse grauis grauitérq; ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondã caua concidit, aut Erymãtho,

Autor huius certaminis.

Arma æquemus à cõseq. id quod præcedit. S. Sic v. 425, *paribus armis.*

Al. *Reiecit.*

Cæstibus paribus.

Abdux. Quia solent pugiles dextra petẽtes aduersariũ caput ab ictu in læuã lõgius deflectere, ne feriantur.

Membris & mole. Membrorum mole.

Vuln. Ictibus.

Ictus.

Exit. Vitat, Declinat, Effugit. Cic. in Cat. Tuas petitiones paruâ quadam declinatione, & (vt aiunt) corpore effugi.

Sedet circum cast. Circumsidet.

Ostend. Attollit, seu erigit.

Vltro. A nemine impulsus. Aliter S.

Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

Stud. Ser. exp. In studia. Vel (vt in aliis libris) In studiis. Fortasse autem scripsit, Præ studiis. Sic autem dicitur, vt studere alicui pro Fauere.

Consurgunt studijs Teucri & Trinacria pubes:
It clamor cœlo: primúsque accurrit Aceſtes,
Æquæuúmq; ab humo miserans attollit amicum.
At non tardatus casu neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.

Pro, Quàm multo nimbo grando præcipitatur. S.

Nec mora, nec requies. quã multa grādine nimbi
Culminibus crepitant, sic denſis ictibus heros
Creber vtraque manu pulsat versátque Dareta.
Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ: fessúmq; Dareta

Mulc. Consolãs.

Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur,
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuersáque numina sentis?

Cede deo, cuius fauore tam bene pugnat Entellus.

Cede Deo. Dixitq; & prælia voce diremit.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantémque vtroq; caput, crassúmq; cruorem
Ore reiectantem, mistósq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naues: galeámq; ensémq; vocati
Accipiunt, palmam Entello taurúmq; relinquũt.

Palmæ mentio non fuit facta: sed hæc erat cõmune omnium certã. præmiũ: quanuis aliud proprium esset. Hîc enim victoriam non declarat simpliciter. T. ex Plut.

Hîc victor, superans animis, tauróq; superbus,
Nate dea, vósq; hæc, inquit, cognoscite Teucri:
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ: durósque reducta
Libranit dextra media inter cornua cæstus,
Arduus, effractóque illisit in ossa cerebro.
Sternitur exanimisq; tremens procũbit humi bos.

Ille super tales effudit pectore voces,
Hãc tibi Eryx meliorẽ animã pro morte Daretis
Persoluo: hîc victor cæstus artémque repono.
Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat qui fortè velint, & præmia ponit:
Ingentíque manu malum de naue Serestí
Erigit: & volucrem traiecto in fune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenêre viri: deiectámque ærea sortem
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quem modò nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater,
Pandare: qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus galeáque ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris:
Primáque per cœlum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras:
Et venit, aduersíque infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuítque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Pòst acer Mnestheus adducto constitit arcu,
Alta petens, paritérque oculos telúmq; tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit.

Alludi videtur ad hostias succidaneas: de quibus & prouerb. δευτέρων ἀμείνονες. T.

Tra. Extẽto. Ser.

Mnestheus modò victor.

Iussus à Minerua.

Ipse quoque, quanuis esset æui maturus.

Sic s. v. 329, *Labitur infelix*: de eo qui victoria excidit quæ in prõptu esse videbatur. *Vinc.* Periphrasis funis.

Quia colebatur apud Lycios quasi heros. S.

Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitámq; reliquit in astris
Aëriis: fixámque refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes:
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter arcúmq; sonantem.
Hîc oculis subitò obijcitur magnóque futurum
Augurio monstrum. docuit post exitus ingens:
"Seráque terrifici cecinerunt omina vates.
Nanque volans liquidis in nubibus arsit "arũdo,
Signauítque viam flammis, tenuésque recessit
Consumpta in ventos: cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt crinémque volantia sidera ducunt.
Attonitis hæsere animis, superósque precati
Trinacrij Teucrique viri. nec maximus "omen
Abnuit Æneas: sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur,
Sume pater (nam te voluit rex magnus olympi
Talibus auspicijs "exortem ducere honorem.)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis:
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monimentum & pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro,
Et primum ante omnes victorem appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori,
Quanuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur "donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
At pater Æneas, nondum certamine misso,
Custodem ad sese comitémq; impubis Iuli
"Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem,

Pro dira videtur poni, nõ pro tarda: quũ mox incensa classe, illius diri portẽti fides repræsẽtata sit. T. Ser. exp. grauia.

Ar. Sagitta. Æn. omen accipit vt lætum, quod auersari vt dirũ debuit. Celeritas autem volãtis sagittæ, celeritatem etiam euentus portẽdit. T.

Exort. hon. Præmium extra ordinem. Hoc autem erat honorificentiss.

Ad dona.

Epyt. Periphantem, Epyti filiũ. Hom. Il. p.

Vade age: & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursúsque instruxit equorũ:
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
Dic, ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patentes. Vacuũ esse cãporum spatiũ.
Incedunt pueri, paritérque ante ora parentum
Frænatis lucent in equis. quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit Troiáq; iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona: *Cor.* Galea. vt Hom eã vocauit κέφαλον. S. Apud Hom. Il. λ, est κεφάλη.
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras: it pectore summo *Pect. sum.* Pectoris & colli confinio.
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terníq; vagantur *Circ.* Torques.
Ductores: pueri bisseni quenque sequuti,
Agmine partito fulgent, paribúsque magistris.
Una acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
(Nomen aui referens) Priamus, tua clara Polite
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
Alba pedis, frontémq; ostentans arduus albam.
Alter, Atys: genus unde Atyi duxêre Latini: *Atti.* Pier. ex vet. lib.
Paruus Atys, pueróque puer dilectus Iulo.
Extremus formáque ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum & pignus amoris.
Cætera Trinacrijs pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudéntq; tuentes *Pauidos.* Gloriæ cupiditate solli citos. vt *Corda pauor pulsans.* S.
Dardanidæ, veterúmq; agnoscunt ora parentum.
Postquam omnem læti consessum oculósq; suorum
Lustrauêre in equis: signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuítque flagello. Virga quæ sonat in morem flagelli. S.
Olli discurrêre pares, atque agmina terni

Aciebus. S. Ternis choris etiã legi tradit Pier. vt tres illæ equitum turmę quę vno agmine cõsessum omnem lustrauerant, ad flagelli sonitũ in ternos choros diductæ sint vnaquaque turma sua spatia corripiente.

Diductis sõluêre choris: rursúsque vocati
Conuertêre vias, infestáque tela tulêre.
Inde alios ineunt cursus, aliósq; recursus,
Aduersis spatijs, alternósque orbibus orbes
Impediunt: pugnæq; cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugæ mudant, nunc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu
Impediunt, texúntq; fugas & prælia ludo:
Delphinum similes qui per maria humida nando
Carpathiũ Libycúmq; secãt, ludúntq; per vndas.
Hunc morẽ, hos cursus, atq; hæc certamina primus
Ascanius, longam muris quum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo secum quo Troïa pubes,
Albani docuêre suis. hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Troiáque nunc pueri, Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hîc primùm fortuna fidem mutata nouauit.
Dum varijs tumulû referunt solennia ludis,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, ventósq; aspirat eunti,
Multa mouens, nondum antiquũ saturata dolorẽ.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa, cito decurrit tramite virgo.
Conspicit ingentẽ concursum: & littora lustrans,
Desertósq; videt portus, classemque relictam.
At procul in sola secretæ Troades acta

Qui tenuerant loca vbi Alba est condita. S. Post longum temp. interuallum.

Alia fortuna euenit. Sc.

Nondum saturata pœnis quas dolor eius iam sumpserat. In al exsaturata, quod vehementius est.

Pro Solæ in deserto littore, per hypall.

Amissum Anchisen flebant cunctæq; profundum
Pontum aspectabant flentes, Heu, tot vada fessis
Et tantum superesse maris. vix omnibus vna.
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese haud vnara nocendi
Conijcit, & faciémque deæ vestémque reponit.
Fit Beroe, Ismarij coniux longæua Dorycli,
Cui genus & quondam nomen natique fuissent:
Ac sic Dardanidûm mediam se matribus infert:
O miseræ, quas nõ manus (inquit) Achaica bello
Traxerit ad lethum, patriæ sub mœnibus: ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas,
Quum freta, quum terras omnes, tot inhospita saxa
Sideraq; emensæ ferimur: dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & volumur vndis.
Hîc Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes:
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbẽ?
O patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates,
Nullane iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthũ & Simoenta videbo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces, Hîc quærite Troiam:
Hîc domus est, inquit, vobis. iam tempus agires:
Nec tantis mora prodigijs. en quattuor aræ
Neptuno: deus ipse faces animúmq; ministrat.
Hæc memorans, prima infensum vi corripit ignem:
Sublatáque procul dextra comixa coruscat,
Et iacit. arrectæ mentes, stupefactáque corda
Iliadum. hîc vna è multis, quæ maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix,
Non Beroe vobis, non hæc Rhœteia, matres,

Seponit, vt aliã faciem & vestẽ accipiat.

Sic facta Beroe, i. sic sumpta facie sumptóque habitu Beroes.

Magn. de mediterraneo, vt alibi.

Vt lib 6, *Italiæ fugientis prendimus oras.*

Mur. Murorum fundamenta iacere.

Agires. Troiam fieri. S. Vel potius, Incendi classem. Non cunctandũ est his obsequi. *Inf.* Ipsa infensa.

Hîc Subaudi ait vel dixit.

Spir. Odor. vt, Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere.
Est Dorycli coniux, diuini signa decoris,
Ardentésque notate oculos: qui spiritus illi,
Qui vultus, vocísque sonus, vel gressus eunti.
Greſſ. vt, Et vera incessu patuit dea.
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
Ægram, indignantem tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
Pri. Antequam numen agnoscerent.
At matres primò ancipites, oculísque malignis
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatísque vocantia regna:
Amor pr. terræ suadebat, cõtrà fatalis terræ expectatio dissuadebat.
Quum dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentémque fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum verò attonitæ monstris, actæq; furore,
Conclamant, rapiúntque focis penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, frondem ac virgulta facésque
Conjiciunt: furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.
Nuntius Anchisæ ad tumulum cuneósque theatri
Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Classem. vt, Nos castra mouemus. Mag. Custodes.
Castra: nec exanimes possunt retinere magistri.
Quis furor iste nouus? quò nũc, quò tẽditis (inquit)
Heu miseræ ciues? non hostem inimicáq; castra
Naues in quibus spes vestræ sunt positæ: videlicet perueniẽdi ad regna.
Argiuûm, vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius: galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrûm.
Aſt illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, syluásque & sicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti, lucísque: suósque
Furoris causa.
Mutatæ agnoscunt, excussáque pectore Iuno est.

Sed non idcirco flammæ atque incendia vires
Indomitas posuêre: vdo sub robore viuit
Stuppa, vomens tardum fumum: lentúsque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis.
Nec vires heroum, infusáque flumina prosunt.
Tum pius Æneas humeris abscindere vestem,
Auxilióque vocare deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos, siquid pietas antiqua labores
Respicit humanos: da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho.
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuáque hîc obrue dextra.
Vix hæc ediderat, quum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitrúque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, dẽsisq; nigerrimus austris:
Implentúrq; super puppes, semusta madescunt
Robora: restinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quattuor amissis, seruatæ à peste carinæ.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas
Mutabat: versans, Siculísne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italásne capesseret oras.
Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáque insignem reddidit arte:
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isque his Æneam sõlatus vocibus infit,
Nate dea, quò fata trahũt retrahúntq;, sequamur:
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferẽdo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes:
Hunc cape consilys socium, & coniunge volentem:

Qui non citò emicat, vtpote densior, & ex materia vda. T.

Corp. nauis. *Pest.* incendium.

Piet. ant. Si respicit res humanas pietas, quæ de terris olim recessit. Ser. ex tribus expositis hãc præfert.

Ard Montes.

Ab incendio. vt suprà, v. 683.

Superſunt. *Huic trade, amiſſis ſuperant qui nauibus, & quos*
Pertæſum magni incepti rerúmq; tuarum eſt:
Longæuóſque ſenes, ac feſſas æquore matres,
Et quicquid tecum inualidũ, metuénſq; periculi eſt,
Delige: & his habeant terris ſine mœnia feſſi.
Perm. ab Aceſte. *Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.*
Talibus incenſus dictis ſenioris amici:
Tum verò in curas animum diducitur omnes.
Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat:
Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis
Anchiſæ, ſubitò tales effundere voces,
Nate, mihi vita quondam (dum vita manebat)
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc venio, qui claſſibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miſeratus ab alto eſt.
Conſilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior: lectos iuuenes, fortiſſima corda,
Vt lib. 9. ad ſt primum De ferimus, ſæuóque gelu duramus & æſtu. *Defer in Italiam. gens dura, atq; aſpera cultu,*
Debellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen antè
Infernas accede domos: & Auerna per alta
Congreſſus pete nate meos. non me impia nanque
Tartara habent triſtéſq; vmbræ: ſed amœna piorũ
Concilia Elyſiúmque colo. huc caſta Sibylla
Mactatis multis pecudibus. Al. Nigrarum. *Nigrantum multo pecudum te ſanguine ducet.*
Tum genus omne tuũ, & quæ detur mœnia, diſces.
Jámq; vale. torquet medios nox humida curſus,
Et meſæuus equis Oriens afflauit anhelis.
Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
Æneas, Quo deinde ruis? quò proripis? inquit.
Quem fugis? aut quis te noſtris complexibus arcet?
Hæc memorans, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Pergameúmq; Larem, & canæ penetralia Veſtæ
Farre pio & plena ſupplex veneratur acerra.

Extemplo socios, primúmque accersit Acesten:
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consilijs: nec iussa recusat Acestes:
"Transcribunt vrbi matres, populúmq; volentem
"Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra nouant, flammísq; ambesa reponunt
Robora nauigijs: aptant remósque rudentésque,
Exigui numero, sed bello viuida virtus.
Interea Æneas vrbem designat aratro,
"Sortitúrq; domos: hoc, Ilium, & hæc loca, Troia
Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes:
Indicitq; forum, & patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumulóq; sacerdos
Et lucus latè sacer additur "Anchiseo.
Iámque dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora venti,
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctémq; diémq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris "facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt, omnémq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Æneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
Tres Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
"Cædere deinde iubet, soluíq; ex ordine funes.
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ,
Stans procul in prora, pateram tenet, extáq; salsos
"Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.

Transcr. Respexit ad morem Rom. quia trãscripti in colonias deducebãtur.

Dep. Deponunt quasi onera de nauibus. Quidã distinx. post volentem, vt hi dicerentur dep. animos. i. submittere inertię.

Sort. Sorte partitur.

Anch. ꝓ Anchiseio. vt *Sichæo* suprà ꝓ *Sichæo*.

Sic alibi dicit vultum maris.

Cædere iubet ex ordine, & soluí f. S. Sed dura hæc fuerit traiectio.

Sic & Macr. legit. Vtitur & Liuius, Cruda exta, cęsa victima, in mare porricit.

At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur: talésque effundit pectore queſtus,
Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus
Cogunt me Neptune preces deſcendere in omnes:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla:
Nec Iouis imperio fatiſue infracta quieſcit.
Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis
Vrbem odijs ſatis eſt, "pœnam traxiſſe per omnem
Relliquias Troiæ: cineres atque oſſa peremptæ
Inſequitur. cauſas tanti "ſciat illa furoris.
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in vndis
Quam molem ſubitò excierit. maria omnia cœlo
Miſcuit: Æolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc auſa tuis.
Prò ſcelus, ecce etiam Troianis matribus "actis
Exuſſit fœdè puppes, & claſſe ſubegit
Amiſſa ſocios "ignotæ linquere terræ.
Quod ſupereſt, oro: liceat dare tuta per vndas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ.
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti,
"Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. "merui quoque: ſæpe furores
Compreſſi, & rabiem tantam cœlique mariſque.
Nec minor in terris (Xanthũ Simoentáq; teſtor)
Æneæ mihi cura tui. quum Troïa Achilles
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho: gemerẽtque repleti
Amnes: nec reperire viam, atque euoluere poſſet
In mare ſe Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
Congreſſum Æneam, nec diis nec viribus "æquis,
Nube caua eripui: cuperem quum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.

Pœnã tr. Affertur & hæc lectio, *nec pœnam traxiſſe per omnẽ Relliquias: Troiæ* cin. &c.

Sciat. Q. d. Videret cur tam furioſè illos exagitet.

Actis. Adactis, Impulſis. Vel, Actis in furorẽ.

Ign. Ignobili. vel peregrinæ.

Vel diſtingue poſt *Fas*: vt omne iũg. cum *Fidere.*

lis quæ feci, merui hoc, vt fideres mihi.

Æquis iunctum duobus, duplici ſignificatione. *Diis non æquis.* i. aduerſis. *Vir. nõ æquis.* i. nõ æqualibus, imparib⁹ Vel, *diis non æquis*, Non æquali fauore proſequentibus.

Nunc quoque mẽs eadẽ perſtat mihi. pelle timores:
Tutus quos optas portus accedet Auerni:
Vnus erit tantum, amiſſum quem gurgite quæret:
Vnum pro multis dabitur caput.
His vbi læta deæ permulſit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, ſpumantiáque addit
Fræna ferîs, manibúſq; omnes effundit habenas.
Cæruleo per ſumma leuis volat æquora curru:
Subſidunt vndæ, tumidúmq; ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vaſto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies: immania cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inoúſque Palæmon,
Tritonéſq; citi, Phorcíque exercitus omnis.
Læua tenent Thetis & Melite, Panopæáq; virgo,
Niſæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque.
Hîc patris Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem: iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia velis.
Vnà omnes fecêre pedem: paritérque ſiniſtros,
Nunc dextros ſoluêre ſinus: vnà ardua torquent
Cornua, detorquéntque: ferunt ſua flamina claſſem.
Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij curſum contendere iuſſi.
Iámque ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida laxarant membra quiete
Sub remis fuſi per dura ſedilia nautæ:
Quum leuis ætheriis delapſus Somnus ab aſtris
Aëra dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras,
Te Palinure petens, tibi triſtia somnia portans
Inſonti: puppíque deus conſedit in alta,
Phorbanti ſimilis: fudítque has ore loquelas,
Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem:

Fer. Equſs, S. Aut pro epithe to, quum dura ſit repetitio antecedentis.

Comitũ ipſius Neptuni.

Al. *remis.* vt, Intẽtáque brachia remis Intenti. vel, Nudatáque *Pedem* (i. funem q. pes vocatur) velum tẽditur. vnde Facere p pro Vela tẽdere.

Vt, Primus ibi ante omnes, &c

Hic *ſomnia* Ser. vult eſſe ſoporem.

Vt, æquatis classem procedere velu.

Æquatæ spirant auræ, datur hora quieti.
Pone caput, fessosque oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur,
Méne salis placidi vultum fluctúsq; quietos
Ignorare iubes? méne huic confidere monstro?
Æneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat: clauúmq; affixus & hærens
Nusquam amittebat, oculósq; sub astra tenebat:
Ecce, deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia, super vtraque quassat
Tempora: cunctantique natantia lumina sóluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et superincumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cúmque gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac socios nequicquam sæpe vocantem.
Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non secius æquore classis,
Promissíque patris Neptuni interrita fertur.
Iámque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,
Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos:
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant:
Quum pater amisso fluctuantem errare magistro
Sensit: & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, casúq; animum concussus amici.
O nimium cœlo & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Mari, cuius mõstrosa est mutabilitas.

Æn. Quid. n. cõmittam Æneã fall. Erit autem Et deceptus, pro Quum etiã fuerim deceptus. Sed fuerunt & qui legerint,

Méne huic conredere monstro Æneam?

Nat. Fluctuantia, vt quũ valde somno premũtur ac grauantur.

Al. Segnius.

Pat. Æneas.

Al. & ign.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER VI.

ARGVMENTVM.

Cumas aduectus Æneas, antrũ Sibyllæ petit: peractóque de more sacrificio, Phœbi oraculum consulit. Ibi & instantia pericula & futuri belli euentum discit. Miseni cadauer in littore inuentum exurit, reliquiásque sub proximo monte sepelit, qui Miseni nomen ab illo obtinuit. Inde columbarum ductu ad aureum ramum peruenit: quo decerpto, mactatísque hostiis, deos inferos veneratus, Sibylla duce per Auerni fauces ad inferos tendit. Palinurum, quòd sepulcri honore careret, circa Stygiã paludem oberrantem inuenit: eúmque vnà, in vlteriorem ripã traiicere cupientem, Sibylla prohibet, cenotaphiíque & exequiarum spe consolatur. Post hæc Stygẽ traiectus Æneas Cerberóque medicatis offis sopito, per loca infantium, eorúmque qui falso crimine damnati capite supplicium luerant, iter faciens, peruenit ad sedem eorum qui amoris impatiẽtia manus sibi conciuerant. Ibi Elisam conspicatus quum ei se purgare vellet, illa indignabunda conspectũ eius effugit. Inde progressus, Deiphobum in sedibus eorum qui bello aliquando claruerant, multis vulneribus lacerum conspicit, necísque eius indignum modum ab ipso edocetur. Relicto deinde ad læuam Tartaro, sceleratorúmque pœnas à Sibylla edoctus, ad Ditis ipsius mœnia contendit, aureúmque ramum in ipso regiæ limine defigit. Post hæc ad fortunatorum sedes iter instituit, & à Musæo ad patrem suum perducitur. Ibi Anchises Æneæ filio Albanorum Romanorúmque regum catalogum recẽset: nobiliúmque aliquot Romanorũ nomina percurrens, ad Iulij Cæsaris & Augusti laudes descendit: Marcellúmque Octauiæ filium immatura morte præreptum miris in cœlum laudibus effert. Inde per eburneã portam ad superos regressus, socios reuisit, relictísque Cumis Caietam petit.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Cumas deinde venit: fert hinc responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: mons seruat nomen humati.
Ramum etiam, antè deum placato numine, portat:
Et vates longæua vnà descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum & ibi solatur Elisam.
Deiphobúmque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit, narrante Sibylla.

Conuenit Anchisem penitus in valle virenti:
Agnoscitque suam prolem, monstrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur, sociosque reuisit.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Sacrat am Phœbo Cumarum fertur in vrbem
Rex Phrygius: vatisque petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit: post hæc adit infera regna:
Congressúsque patri, discit genus omne suorum,
Quoque modo casus valeat superare futuros.

ALIVD, MONOSTICHON.

Quæruntur Sexto manes & tartara Ditis.

ALIVD.

Æneam memorat visentem tartara Sextus.

Classi liberum dat cursum, vt datur equo quũ ei laxantur habenæ & permittuntur.

Sic fatur lacrymans: classique immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prætexunt puppes. iuuenũ manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ,
Abstrusa in venis silicis: pars, densa ferarum
Tecta rapit, syluas, inuentáq; flumina monstrat.
At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ,
Antrum immane, petit: magnam cui mentem animúmque
Delius inspirat vates, aperitque futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicáque leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primùm terris tibi Phœbe sacrauit

Dente. Morsu. vt libro 1, -*unco nõ alligat anch. morsu.*

Fund. Sistebat. Nam quod in fundo est, non mouetur. Sc. *Prætexunt.* Tegunt oram litt. *Em.* Prosilit velociter.

Ard. Flagrans Italiæ desiderio Dianæ.

Insuetum hominibus: quum auiũ sit volare.

Enauit, vt mox *Rem.* alarum, &

Remigium alarum: posuitque immania templa.
In foribus, lethum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus vrna.
Contrà elata mari respondet Cnosia tellus.
Hîc crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphae: mistúmq; genus, proles que biformis,
Minotaurus inest, veneris monimenta nefandæ.
Hîc labor ille domus & inextricabilis error.
Magnum reginæ sedenim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti ambagésq; resoluit,
Cæca regens filo vestigia. tu quoque magnam
Partẽ opere in tanto, sineret dolor, Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
Afforet: atq; vnà Phœbi Triuiæq; sacerdos,
Deiphobe, Glauci: fatur quæ talia regi,
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit:
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Æneam (nec sacra morantur
Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, quum virgo, Poscere fata
Tempus (ait) deus, ecce, deus. Cui talia fanti
Ante fores, subitò non vultus, non color vnus,
Non comptæ mansêre comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore dei. Cessas in vota precésque,

alis quibus enauerat.
Pictum erat I. Andr. vel sculptum.
Quia sortitò mittebantur. *Cn t.* Creta. *Mon.* Quia fœtus monstrosus testabatur nef. concubitum.
Labyrinthus.
Ariadnes.
Si permisisset dolor patris Dædali. vt seq. Bis con.
Scribunt pro *omnia*, alij *omnẽ*. al. *omme*. al. *omnes*
Pro perlegissẽt. & aff. pro affuisset.
Iniuges iuuencos intel. Macr.
Differũt sacrif.
In antr. In similitudinẽ antri. S.
Fata. Oracula de fatis.
Videri cœpit. vel, vidrebatu

Attonitos reddentis. *Ora* autẽ pro foribus.

Circumdantia.

Africæ. spec. pro genere.

Fug Quæ fugere videbatur.

Circumfusa. S.

Hactenus illa Tr. fort. nos sit comitata. vel pro persequuta.

Peig Troianæ.

Tros (ait) Æneas? cessas? neq; enim antè dehiscẽt
Attonitæ magna ora domus. & talia fata
Conticuit: gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: fudítque preces rex pectore ab imo,
Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manúsque
Corpus in Æacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te: penitúsque repostas
Massylûm gentes, prætentáque Syrtibus arua:
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna sequuta.
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti,
Dúque deæq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingẽs
Gloria Dardaniæ. túque ô sanctissima vates
Præscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantésque deos, agitatáque numina Troiæ.
Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam, festósque dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manẽt regnis penetralia nostris.
Hîc ego nanque tuas sortes, arcanáque fata
Dicta meæ genti ponam: lectósque sacrabo

Tantùm rogo ne mãdes. i. scribas in f. palmæ.

Alma viros. foliis tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
Ipsa canas, oro. Finem dedit ore loquendi.

Phœb. Quæ nondum posset implere oraculorũ sermones.

Imm. Horrẽda. vel Furens.

Tentando an possit. Vel, Bacch. Cum furore se exagitat, tentans an p.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domãs, fingítque premẽdo.
Ostia iámque domus patuêre ingentia centum,
Sponte sua, vatísque ferunt responsa per auras:
O tandem magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra grauiora manent. in regna Latini

Dardanidæ venient (mitte hanc de pectore curã)
Sed non & veniſſe volent. bella, horrida bella,
Et Tybrim multo ſpumantem ſanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra
Defuerint. aluus Latio iam partus Achilles,
Natus & ipſe dea. nec Teucris addita Iuno
Vſquam aberit, quum tu ſupplex in rebus egenis,
Quas gentes Italûm aut quas non oraueris vrbes?
Cauſa mali tanti coniux iterum hoſpita Teucris,
Externique iterum thalami.
Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito
Quàm tua te fortuna ſinet. via prima ſalutis,
(Quod minimè reris) Graia pandetur ab vrbe
Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages: antróque remugit,
Obſcuris vera inuoluens. ea fræna furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.
Vt primùm ceſſit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Æneas heros, Non vlla laborum,
O virgo, noua mî facies inopinâue ſurgit:
Omnia præcepi, atq; animo mecum antè peregi.
Vnum oro (quando hîc inferni ianua regis
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo)
Ire ad conſpectum chari genitoris & ora
Contingat: doceas iter, & ſacra oſtia pandas.
Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela,
Eripui his humeris, medióque ex hoſte recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique minas cœlique ferebat
Inualidus, vires vltra ſortémque ſenectæ.
Quin, vt te ſupplex peterem, & tua limina adirẽ,
Idem orans mandata dabat. natique patríſque,
Alma, precor, miſerere. potes nanque omnia: nec te

Alius Achilles. Turnus.
Addita. Inimica, Ser. & approbat Scal.
Coniux. Lauinia.
Ceſſ. Non penitus receſſit, ſed paulatim cœpit imminui. S.
Q. d. Præueni cogitatione omnia quæ ex te audio. Al. *percepi.*

Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibúsque canoris:
"*Si fratrem Pollux alterna morte redemit:*
Itque reditque viam toties. quid Theſea, magnum
Quid memorẽ Alcidẽ? & mî genꝰ ab Ioue ſummo.
Talibus orabat dictis, arásque tenebat:
Tunc ſic orſa loqui vates, Sate ſanguine diuûm,
Tros Anchiſiade: facilis deſcenſus Auerni:
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, ſuperáſq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dijs geniti, "potuêre. tenent media omnia ſylua,
Cocytúſque ſinu labens circumfluit atro.
Quòd ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & inſano iuuat indulgere labori:
Accipe quæ peragẽda prius. latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus,
Junoni inferna" dictus ſacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obſcuris claudunt conuallibus vmbra.
Sed non antè datur telluris operta ſubire,
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit. primo auulſo non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.
Ergo altè veſtiga oculis, & "rite repertum
Carpe manu. nanq; ipſe, volens facilíſq; ſequetur,
Si te fata vocant: aliter, non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea, iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu neſcis) totámq; "inceſtat funere claſſem,

Si. Partic. *ſi* pẽdet à præc. miſerere. Vel, Si fr. P. &c. & mi genus ab I. ſ. Id eſt, Et mihi idẽ concedatur, cui eſt gen. ab I. ſ. Tum illa, Quid Th. m. q. m. Al. per parenth.

Pot. reuocare gradum.

Dict. ſ. Sacratus, Dicatus.

Rite carpe.

Alioqui. vel, Sinminus.

Polluit.

Dum consulta petis, nostróq; in limine pendes:
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulcro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios regna inuia viuis
Aspicies. Dixit, pressoque obmutuit ore.
Æneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum: cæcósque volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone serebant,
Quæ socium exanimũ vates, quod corpus humãdum
Diceret. atque illi Misenum in littore sicco,
Vt venêre, vident indigna morte peremptum:
Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
Ære ciêre viros, Martémq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.
Postquam illum victor vita spoliauit Achilles,
Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora sequutus.
Sed tum forte cava dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos,
Æmulus exceptum Triton (si credere dignũ est)
Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant:
Præcipuè pius Æneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes: aramq; sepulcri
Congerere arboribus cœlóque educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq; trabes: cuneis & fissile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
Necnon Æneas opera inter talia primus

Suspẽsus hæres, vel moraris. At S. sollicitus es. *Hunc* tuum am. Misenum. Propter illa, v. 150. *-totámque in cessat f. cl.*

Incertos.

Q. d. Comes est, vt itineris, ita etiam curarum. *Ser.* vnde dictus sermo. Al. *ferebant.*

Versabatur in pugnis.

Non inferiorem laude virum. *Pers.* Sonat per æq. Vel, persona re facit æquora. S. *Concha.* Nam ante tubam inuentam veteres cõcha vsi sunt.

Pyram, in modum a. æ lignis construi solitã.

Instrumentis acc. vt illos adiuuet. Vel, operum est particeps. ex præced. id quod sequitur.

Hortatur socios, paribúsq; accingitur armis.
Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Aspectans syluam immensam: & sic ore precatur,
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia verè
Heu nimium de te vates Misene loquuta est.
Vix ea fatus erat, geminæ quum fortè columbæ
Ipsa sub ora viri cœlo venêre volantes,
Et viridi sedêre solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues: lætúsque precatur,
Este duces, ô, siqua via est: cursúmq; per auras
Dirigite in lucos, vbi pinguem dines opacat
Ramus humum. túque ô dubijs ne desice rebus
Diua parens. Sic effatus, vestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergant.
Pascentes illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde vbi venêre ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt se celeres: liquidúmq; per aera lapsæ,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virêre noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Æneas, auidúsque refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis & robore secto
Ingentem struxêre pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos

Si n. Q d. Quid si nunc se ostendat n. Vel optãtis est: vt O si. Vel, *Heu nim.* per parenth.

Veneri matri sacras.

Ne mihi desis, Ne me destituas.

Acie. Acumine oculorũ. & *Seruare* pro Obseruare.

Aura pro splendore. S. Discolor autem, quia ex viridi arb. alius color effulsit. D. Vide Plinium.

Quod illi auido cunctari videbatur. Alij aliter. vide Ser.

In anteriori parte.

Constituunt: decorántq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpúsq; lauant frigentis & vngunt. Expeditè & celeriter proferũt
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt:
Purpureáque super vestes, velamina nota, Iam frigentis: vtpote mortui. *Toro.* Pheretro.
Coniiciunt. pars ingenti subiêre pheretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum Quia propinquioribus virilis sexus hoc dabatur officium.
Auersi tenuêre facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fusò crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias vino & bibulam lauêre fauillam:
Ossáque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circumtulit vnda, Purgauit, vt exponit Ser. addens esse antiquum.
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauítque viros, dixítq; nouissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suáq; arma viro, remúmque tubámque:
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo *Aerio.* Altissimo.
Dicitur, æternúmq; tenet per secula nomen.
His actis, propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmq; tenebris: Cincta.
Quam super haud vllæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat: Ad cœli curuitatem. S.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hîc primùm nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontíque inuergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten cœlóq; erebóque potentem.
Supponunt alij cultros, tepidúmq; cruorem Succipiunt antiquè, pro fuscipiunt, legit Ser.
Suscipiunt pateris: ipse atri velleris agnam

Matri Eu. Nocti Sor. Terræ. S. Quæ tota nocte arderẽt. S. At P. Inferis dicatas.

Æneas matri Eumenidum magnæq; sorori
Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue supérq; oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem, primi sub lumina solis & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Syluarum: visæq; canes vlulare per vmbram,
Dea Proserpina Aduentante dea: Procul, ô procul este profani,
(Conclamat vates) totóque absistite luco.
Túque inuade viam, vaginaque eripe ferrum:
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.
Dij, quibus imperiũ est animarũ, vmbræq; silentes:
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè,
Profunda caligine terræ. Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res alta terra & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,
Pérque domos Ditis vacuas, & inania regna.
Mal. Obscura. Ego malim parca. Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulũ ante ipsum, primísque in faucibus Orci,
Luctus & vltrices posuêre cubilia Curæ:
Pallentésque habitant Morbi, tristísque Senectus,
Et Metus, et malesuada Fames, et turpis Egestas:
Ex sceleribus prouenientia. (Terribiles visu formæ) Lethúmq;, Labórque:
Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
Gaudia: mortiferúmque aduerso in limine Bellum:
Ferreíq; Eumenidũ thalami, & Discordia demẽs,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annosáq; brachia pandit

Vlmus opaca, ingens. quam sedem somnia vulgò
Vana tenêre ferunt, foliisq; sub omnibus hærent.
Multáq; præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; biformes:
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ,
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra:
Gorgones, Harpyiæq;, & forma tricorporis vmbræ.
Corripit hîc subita trepidus formidine ferrum
Æneas, strictámq; aciem venientibus offert.
Et ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat volitare cava sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hîc cœno, vastáque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba,
Iam senior: sed cruda deo viridisque senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atq; viri, defunctáq; corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositíq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quàm multa in syluis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerãtur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebántq; manus ripæ vlterioris amore:
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:

Stabul. vt de equis: quòd illi ex parte sint equi.
Centimanus: & (secundũ quosdam) etiã centiceps.
L. paludis bellua Hydra.
Tric Geryonis.
Adm. Ni admonuisset eũ, vitten. volitare, &c. irruisset & diuerberasset vm.
Caua. Non solida, sed inani.
Cocyto. In Cocytum. per Stygẽ. S. Al. *Cocyti.*
Stant. Horrent, S. Sic & D. in Ter. Alij exp. Plena sunt flamma.
Nod. Non fibula saltẽ sed nodo suspensus. D.
Vel min. Ministerio fungitur circa vela. At S. exp. Obsequitur velis.
Cr. sen. vt Gr. ἀμογέροντ.
Matres, atq. Hic vers. & duo seq. extãt suprà, Georg. 4.

Aſt alios longè ſummotos arcet arena.
Æneas (miratus enim, motúſque tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid vult concurſus ad amnem?
Quod eſt diſcrimen inter has quæ linquunt ripas. & illas quæ vada liuidaver. id eſt, nauigant.
Quidue petunt animæ? vel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt?
Olli ſic breuiter fata eſt longæua ſacerdos,
Anchiſa generate, deûm certiſſima proles:
Cocyti ſtagna alta vides, Stygiámque paludem,
Iuratum numẽ fallere, Peierare.
Dij cuius iurare timent & fallere numen.
Hæc omnis, quã cernis, inops inhumatáq; turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Sed. ſepulcralibus.
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos volitántq; hæc littora circũ:
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus, & veſtigia preſſit,
Multa putans, ſortémq; animo miſeratus iniquã.
Sepultura. Alibi, Quiſquis honor tumuli.
Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes,
Leucaſpim, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem:
Quos ſimul à Troia ventoſa per æquora vectos
Obruit Auſter, aqua inuoluens nauémq; virоſque.
Ecce, gubernator ſeſe Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper curſu, dum ſidera ſeruat,
Exciderat puppi, medijs effuſus in vndis.
Hunc vbi vix multa mœſtum cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur, Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medióque ſub æquore merſit?
Dic age. nanque mihi fallax haud antè repertus,
Hoc vno reſponſo animum deluſit Apollo:
Quj fore te ponto incolumem, finéſque canebat
Al. fidéſque. Locus vnde reſponſa ſeu oracula dabat: hîc pro ipſo oraeu-
Venturum Auſonios. en hæc promiſſa fides eſt?
Ille autem, Neque te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchiſiade, nec me deus æquore merſit.

Nanque gubernaclum multa vi forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam,
Præcipitans, traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne, spoliata armis, excussa magistro, Gubernaculo. Mag. Gubernatore.
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam:
Nigens crudelis madida cum veste grauatum, Lucanorum.
Prensantémq; vncis manibus capita aspera mõtis,
Ferro inuasisset, prædámque ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versántque in littore vẽti.
Quòd te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Inisce, (nanque potes) portúsque require Velinos: Velia Lucaniæ oppidum.
Aut tu, siqua via est, siquam tibi diua creatrix
Ostendit, (neque enim, credo, sine numine diuũm
Flumina tanta paras Stygiámque innare paludẽ)
Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas, Auxilium præsta. S.
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit quum talia vates,
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas amnémque seuerum
Eumenidum aspicies? ripámue iniussus abibis?
Desine fata deũm flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longè latéque per vrbes Ex historia: qa Lucanis in pestilentia respõsum est, manes Palinuri placãdos.
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt,
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent:
Æternúmque locus Palinuri nomen habebit.

His dictis curæ emotæ, pulsúsque parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptum peragunt, fluuiósq; propinquat.
Nauita quos iã inde vt Stygia prospexit ab vnda
Per tacitum nemus ire, pedémq; aduertere ripæ:
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro,
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid venias: iã istinc & cõprime gressum.
Vmbrarum hic locus est, somni noctisq; soporæ:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
Nec verò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu: nec Theseã, Pirithoúmque:
Dijs quanquam geniti atq; inuicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit,
Ipsius à solio regis traxitq; trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quæ contra breuiter fata est Amphrysia vates,
Nullæ hîc insidiæ tales (absiste moueri)
Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
Æternum latrans exangues terreat vmbras,
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Æneas, pietate insignis & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,
At ramũ hunc (aperit ramũ qui veste latebat)
Agnoscas. tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his. ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ, longo pòst tempore visum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxátq; foros: simul accipit alueo
Ingentem Æneam. gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.

Gaudet quòd habiturus sit terram sibi cognominem. Sed in Pier. vet. lib. est terræ. vt sit, Gaudet quòd t. habitura sit id cognomen.

Cerberum.

Proserpinam.

Licet per nos.

Quia Iouis est filia ex Cerere: Pluto autem Iouis frater.

Ad visendum genit.

Profert.

Sub. dicta fuerunt.

Quia velut lauantur spatia, multitudine remota.

Sut. Intexta. ex quo fragilem ostendit.

Tandẽ trans fluuium incolumes vatémq; virúmq;
Informi limo glaucáque exposit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduersõ recubans immanis in antro.
Cui vates horrẽre videns iam colla colubris,
Melle sõporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectam: atq; immania terga resoluit,
Fusius humi, totóque ingens extenditur antro.
Occupat Æneas aditum, custode sepulto,
Euadítque celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantúmq; animæ, flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falsõ damnati crimine mortis.
Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Conciliúmq; vocat, vitásque & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum
Insontes peperêre manu, lucémque perosi
Proiecêre animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores!
Fata obstant, tristiq; palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Nec procul hinc partem fusi monstrãtur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit: curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phædram Procrinque locis, mœstámque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit:

In profundum somnũ immersõ. Transit. S.

Proiecere an. quasi rem vilem. S. Mala quibus vita est obnoxia.

Innabilis leg. quidam.

Al. Peremit.

Euadnénque & Paſiphaen. his Laodamia
It comes,& iuuenis quõdã,nunc fœmina, Caneus;
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœniſſa recens à vulnere Dido
Errabat ſylua in magna.quam Troïus heros,
Vt primùm iuxtà ſtetit,agnouítque per vmbram
Pr. m. Prima menſis parte. *Obſcuram (qualem primo qui ſurgere menſe*
Aut videt aut vidiſſe putat per nubila lunam)
Demiſit lacrymas,dulcíque affatus amore eſt:
Infelix Dido:verus mihi nuntius ergo
Venerat,extinctam,ferróque extrema ſequutam.
Funeris heu tibi cauſa fui.per ſidera iuro,
Per ſuperos,& ſiqua fides tellure ſub ima eſt,
Inuitus regina tuo de littore ceſſi:
Sed me iuſſa deûm,quæ nunc has ire per vmbras,
Squalida.S. *Per locã ſenta ſitu cogunt,noctémq; profundam,*
Imperijs egêre ſuis.nec credere quiui,
Tantum dol. vt ex eo necem tibi conſciſceres. *Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.*
Siſte gradum,téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.
Quem fugis? extremũ fato quod te alloquor,hoc eſt.
Talibus Æneas ardentem & torua tuentem
Ciebat ſibi:Aut Sermo quidem eius lacr. c. ſed illa immob. mã ſit. S. Quidam exp. Ciere poterat. *Lenibat dictis animum,lacrymáſq; ciebat.*
Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat:
Nec magis incepto vultum ſermone mouetur,
Quàm ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.
Tandem proripuit ſeſe,atq; inimica refugit
In nemus vmbriferum: coniux vbi priſtinus illi
Reſpondet curis,æquátque Sichæus amorem.
Nec minus Æneas caſu percuſſus iniquo,
Proſequitur lacrymãs longè,& miſeratus eũtẽ eſt.
Inde datum molitur iter. iámq; arua tenebant
Vltima,quæ bello clariſe creta frequentant:
Hîc illi occurrit Tydeus,hîc inclytus armis

Parthenopæus

Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Hîc multum fleti ad superos, bellóque caduci
Dardanidæ. quos ille omnes longo ordine cernens,
Ingemuit: Glaucúmq;, Medóntáq;, Thersilochúmq;,
Tres Antenoridas, Cererísque sacrum Polybetem,
Idæúmq;, etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra lævág; frequentes.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.
At Danaûm proceres, Agamẽnoniæq; phalanges,
Vt videre virum, fulgentiáquè arma per vmbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocem
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
Atque hîc Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manúsque ambas, populatáq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.
Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia: & notis compellat vocibus vltro,
Deiphobe armipotẽs, gen⁹ alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum vasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atq; hîc Priamides, Nihil ô tibi amice relictũ est:
Omnia Deiphobo solui, & funeris vmbris:
Sed me fata mea & scelus exitiale Lacænæ
His mersêre malis: illa hæc monimenta reliquit.

Apud superos. *Cad.* Ab ea cadẽ di signif. vnde cadauera & cadiua olea. &c.

Imperfectus relinquitur.

Qui Helenam duxerat, mortuo Paride.

Pro, Inte.

Tuum corpus. Sic, *Nunc me fluctus habet*, suprà ver. 362.

Solu. Quia constituto tumulo manes vocauit.

Fun. vmbr. Sepulturæ vmbr. nam funus esse non potuit sine cadauere. S.

Nanque vt ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti: & nimium meminiſſe neceſſe eſt:
Quum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, & armatum peditē grauis attulit aluo.
Illa chorum ſimulans, euantes orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſumma Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis, ſomnóque grauatum
Infelix habuit thalamus: preſſitque iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti ſub duxerat enſem:
Intra tecta vocat Menelaum, & lumina pandit.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? irrūpūt thalamo. comes additur vnà
Hortator ſcelerum Æolides. dij talia Graijs
Inſtaurate, pio ſi pœnas ore reposco.
Sed te qui viuum caſus, age fare viciſſim,
Attulerint pelagine venis erroribus actus?
An monitu diuūm? an quæ te fortuna fatigat,
Vt triſtes ſine ſole domos, loca turbida, adires?
Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio curſu traiecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit breuitérque affata Sibylla eſt,
Nox ruit, Ænea, nos flendo ducimus horas.
Hîc locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas.
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit,
Hâc iter Elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
Deiphobus contrà, Ne ſæui magna ſacerdos.
Diſcedam: explebo numerū, reddárque tenebris.

Aluo. Vt ſuprà, *machina fœta armis.* Al. tamen *aluus.*

Euantes. Bacchantes: quoniam Bacchus, ſeu Liber, dicitur etiam Euan.

Ironicè dictum.

Vlyſſes. Reddite, ſeu rependite.

Vi tempeſtatis huc delatus.

Dum alter alterum viciſſim interrogat.

Implebo numerum vmbrarum, ad eas reuertens.

Pro *Reddar tenebris* & ita impl. nū. vt ſit hyſteron proteron. At Seru. *Expl.* dicit eſſe Minuam. Macrob. aliter etiam exp.

Id decus i nostrum: melioribus vtere fatis.
Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
Respicit Æneas subitò, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquétque sonantia saxa.
Porta aduersa, ingens, solidóq; adamante columnæ:
Vis vt nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:
Tisiphonéque sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctésque diésque.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq; catenæ.
Constitit Æneas, strepitúmque exterritus hausit: Auribus hausit.
Quæ scelerum facies? (ô virgo effare) quibúsue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui, Dux inclyte Teucrûm,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen: Casto. Pio. Ser.
Sed me, quum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipsa deûm pœnas docuit, pérque omnia duxit. Deûm pœnas.
Cnossius hæc Rhadamanthus habet durissima regna: Quas dij nocentibus constituerunt.
Castigátque, auditque dolos: subigítque fateri
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem. Piac. commissa, iis perpetratis ob quæ faciēda sunt sacra piacularia. T
Continuò sontes vltrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans: toruósque sinistra
Intentans angues, vocat agmina sæua sororum. Sorores sunt Alecto & Megæra.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ. cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse Sæuior quàm illa quæ limina seruat.
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbras,

Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.
Hîcgenus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hîc & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superísque Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lãpada quassans,
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis vrbem
Ibat ouans: diuúmque sibi poscebat honorem:
Demens: qui nimbos & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis
Lumina) præcipitémque immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundáque pœnis
Viscera, rimatúrque epulis, habitátque sub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoúmque?
Quos super atra silex iamiam lapsura cadentique
Imminet assimilis. lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu: Furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas:
Exurgítque facem attollens, atque intonat ore.
Hîc quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatúsue parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuêre suis (quæ maxima turba est)

Quadrigis inuectus.

Al. *honores.*

Non *faces*, nec *f. t. l.* vt Salm. qui illis telum fulminis imitari volebat. At Ser. fum. l. aliò refert.

Tund. Tundendo depascens, auium more. Sed *tondens* erit κείρων. vt Hom. dicit ἤπαρ ἔκειρον.

Fœcunda in pœnas. i. renascentia. vt seq. *fibris renatis.*

Rimãdo depascitur.

Quique ob adulterium cæsi, quique arma sequuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras:
Inclusi pœnam expectant. ne quære doceri
Quã pœnã: aut quæ forma viros fortunáue mersit.
Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum
Districti pendent: sedet æternúmque sedebit
Infelix Theseus, Phlegyásque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominúmque potente
Imposuit: fixit leges pretio atque refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitósque hymenæos:
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Non, mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.
Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,
Sed iam age carpe viã, & susceptũ perfice munus:
Acceleremus, ait. Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas,
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum,
Corripiunt spatiũ medium, foribúsque propinquant.
Occupat Æneas aditum, corpúsque recenti
Spargit aqua, ramúmque aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere diuæ,
Deuenêre locos lætos & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
Largior hîc campos æther & lumine vestit
Purpureo: solémque suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicũt.

Impiè deficientes à suis, hostiũ arma sequuti sunt.

~ *Domin. pot.* Quidam de Cæsare dictatore intell

Redde ramum Proserpinæ. vt v. 142.

Cycl. Intell. ferrea. sicut v. 554, -*stat ferrea t. ad auras.*

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Iámque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilúsque, Assaracúsq3, & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul, currúsque virûm miratur inanes.
Stant terræ defixa hastæ, passímq3 soluti
Per campos pascuntur equi. quæ gratia currûm
Armoriúmq3 fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit (ecce) alios dextra læváq3 per herbam
Vescentes, lætúmq3 choro pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus: vnde supernè
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.
Hîc manus, ob patriam pugnando vulnera passi:
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pij vates & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluêre per artes:
Quique sui memores alios fecêre merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:
(Musæum ante omnes. mediũ nã plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantẽ suspicit altis)
Dicite felices animæ, túque optime vates,
Quæ regio Anchisem, quis habet locus? illius ergô
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros,
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,
Riparúmq3 toros & prata recentia riuis
Incolimus. sed vos (si fert ita corde voluntas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit: & ante tulit gressum, campósque nitentes

Sic Catull. *O nimis optato seclorũ tempore nati Heroes saluete.*

Desixæ. Nam olim posteriorẽ partẽ hastæ prælabant, ad defigẽdum humi. T.

Currûm pro Curruum. Carmẽ de laud. Apoll.

Ph. digna. i. vera.

Bene merendo. Qui suis meritis memoriam sui reliquerunt.

Propter illum, Eius causa. Ergô cũ circumfl. agnoscit & Ser.

Virentia riuorũ causa. S.

Desuper ostẽtat: dehinc summa cacumina linquũt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras,
Lustrabat studio recolens: omnémque suorum
Forte recensebat numerum, charósque nepotes:
Fatáque fortunásq; virũm, moresque manúsque. Res ab illis gestas. Al. genúsque
Isque vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Æneam, alacris palmas vtrasque tetendit:
Effusæq; genis lacrymæ, & vox excidit ore,
Veniſti tandem, tuáque expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua, & notas audire & reddere voces.
Sic equidem ducebam animo, rebárque futurum,
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit. Spes mea. quia spei cura est comes. At Ser. cura mea exp. dulciss. filius.
Quas ego te terras & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis iactatum nate periclis!
Quàm metui nequid Libyæ tibi regna nocerent!
Ille autem, Tua me, genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram, Mari.
Da genitor: téque amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucríque simillima somno.
Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus, & virgulta sonantia syluis,
Lethæúmq; domos placidas qui prænatat, amnem. Præterfluit.
Hũc circum innumeræ gentes populíq; volabant. Innum. gentium & pop. animæ.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus. Pro quibusuis floribus.
Horresc it visu subito, causásque requirit

Procul. Impetu. S.

Inscius Æneas, quæ sint ea flumina ∴ porrò,
Quíue viri tanto complerint ∴ agmine ripas.
Tum pater Anchises, Animæ quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam
∴ Securos latices & longa obliuia potant.

Ab effectu: qui securos reddũt. vt pallida mors

Has equidem memorare tibi atq; ostendere coràm,
Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorũ:
Quo magis Italia tandem lætere reperta.

Ire sublimes ad cœlum. At Ser. animas sublimium, non omnium.

O pater, ánne aliquas ad cœlũ hinc ∴ ire putãdũ est
∴ Sublimes animas? iterúmq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,

Respondet. vt Gr. ὑπολαβών.

∴ Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.

Cœl. pro aere & æthere. S.

Principio ∴ cœlum ac terras, campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáq; astra

Ar. Elementa, quæ membra sunt mundi. S.

Spiritus intus alit: totámq; infusa per ∴ artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudúmq; genus, vitæq; volantũ,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo

In tãtum viget in omn. pars diuinitatis, in quãtum sinit corp. qualitas. S.

Seminibus, ∴ quantum non noxia corpora tardant,
Terreníq; hebetant artus, moribundáq; membra.
Hinc metuũt cupiúntq;, dolẽt gaudéntq;: nec auras

Ten. & car. corporis. S.

Respiciunt, clausæ ∴ tenebris & carcere cæco.
Quin & supremo quum lumine vita reliquit,

Concr. Conglutinata. Crescere S.

Non tamen omne malũ miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitúsq; necesse est

Al. *Inuectũ* Quidam *Inf.* exp. quo animæ sunt infectæ.

Multa diu ∴ concreta modis ∴ inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterúmq; malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes

Man. supplicia quæ sunt apud manes. Vel de geniis intell. S.

Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto
∴ Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisq; suos patimur ∴ manes: exinde per amplum

Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus:
"Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Ætherium sensum, atq; aurai simplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotam voluêre per annos,
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno.
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
Dixerat Anchises: natúmq; vnáque Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbámq; sonantem:
Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine possit
Aduersos "legere, & venientum discere vultus.
Nunc age, Dardaniã prolẽ quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustres animas, nostrúmque in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille (vides?) "pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget,
Syluius, "Albanum nomen, tua "posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regúmque parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille, Procas, Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor: & qui te nomine reddet,
Syluius Æneas, pariter pietate vel armis
Egregius, si vnquam regnandã acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas ostentant aspice vires.
At qui vmbrata gerunt ciuili tempora "quercu,
Hi tibi Nomentum & Gabios, vrbémq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces:
Pomerios, Castrúmq; Inuï, Bolámque, Corámque.
Hæc tũ nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.

Don. Hæc quidã iungunt illis, *Quisque suos patimanes.*

Discernere. Alij Perlustrare. Sic v. 34, *Perlegerent oculis.*

Sine ferro.

Te humato nascitura.

Alb. n. Quia omnes Alb. reges dicti sunt Syluij.

Ciuili quercu, Corona ciuica ex quercu: quæ cor. dabatur iis qui ciuem seruassent.

Numitori. Nã cum hoc Rom. & Remus nep. vno anno regnarunt.

Quin & auo comitem seſe Mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden' vt geminæ stent vertice cristæ,
Et pater ipse suo superum iam signet honore?
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo:
Septémque una sibi muro circundabit arces,

Cybele mater deûm, à Berecyntho, castello Phrygiæ.

Felix prole virûm: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.

Al. *huc flecte.* vt sit epanalepsis.

Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gẽtem,
Romanósq; tuos. hic Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,

Al. *Diui genus.*

Augustus Cæsar, diuûm genus: aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam: super & Garamantas & Indos
Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,

Ostendit XII. signa, in quibus est circulus solis.

Extra anni Solisque vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum:

Al. *aduentum.*

Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm, & Mæotica tellus,

Turbantur. S.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu:
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis

Montis Indiæ.

Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis oliua,
Sacra ferens? nosco crines incanáque menta

Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Missus in imperium magnum. cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ, residésque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nũc quoque iam nimiũ gaudẽs popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animámq; superbam
Vltoris Bruti, fascésq; videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuásq; secures
Accipiet: natósque pater, noua bella mouentes,
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,
Infelix. vtcunque ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ laudúmq; immensa cupido.
Quin Decios Drusósq; procul, sæuúmq; securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillũ.
Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies stragémq; ciebunt!
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Menœci
Descendens gener, aduersis instructus Eois.
Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella:
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Túque prior, tu parce, genus qui ducis olympo.
Proyce tela manu, sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis:
Eruet ille Argos Agamemnoniásque Mycenas:
Ipsúmque Æacidem, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te, magne Cato, tacitũ, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi gen? aut geminos, duo fulmina belli,

De Numa Põpilio.

Vltoris & libertatis publ. & violati pudoris. Lucr.

Quæ sæuierunt etiam contra liberos.

Al. *fata.*

Al. *nepotes.*

Quæ Galli victis Rom. abstulerant.

Cæsar.

Pompeius.

Orientis pop.

Tu Cæsar. Hortans autem ad parcendum, clementem esse significat. Prior fortasse pro Superior, Victor.

Ille tr. L. Mummius.

Paupertate gloriosum.
Qui ab aratro euocatus ad dictaturam fuit.
Q.d. De quo dictū fuit ab Ennio, *Vnus qui nob.* &c.
Moll. Quasi æs depositō rigore in mollitudinē viui animalis cōcessurum sit. T.
Pro *Morem* legitur. & *legem.* Alioqui *morem* quidam exp. leges ad conseruandam pacem pertinentes.
Vir. Marcellum.
Instar. Quidam exp. Exemplar. Quidam, Quanta æquiparatio virtutis cum illo cui sanguine iunctus est.
Propr. Perpetua. v. *Da propriam Th. domum.*

Scipiadas, cladem Libyæ? parvóque potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra,
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius: cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises: atque hæc mirantibus addit,
Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victórque viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques: sternet Pœnos, Gallúmque rebellem:
Tertiáque arma patri suspendet capta Quirino.
Atque hîc Æneas (vnà nanque ire videbat
Egregium forma iuuenem & fulgentibus armis:
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
Quis (pater) ille virum qui sic comitatur euntem?
Filius? ánne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitū! quātū instar in ipso est!
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis,
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinent. nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virūm magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus! vel quæ Tyberine videbis
Funera, quum tumulum præterlabêre recentem!
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos

In tantum spe tollet anos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, invictáque bello
Dextera. non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato, seu quum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, siquà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores: animámque nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. Sic tota passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.
Quæ postquam Anchises natũ per singula duxit,
Incenditque animum famæ venientis amore:
Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda:
Laurentésque docet populos, vrbémque Latini:
Et quo quenque modo fugiátq; ferátque laborem.
Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera, candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His vbi tum natum Anchises vnáque Sibyllam
Prosequitur dictis, portáque emittit eburna:
Ille viam secat ad naues, sociósque reuisit.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

Eriget antiquitate generis. S.

Sic ἠερόεντα κέλευθα, vias aerias pro caliginosis, dicũt Gr. quæ ad Orcum ferũt. Ita T. qui & aliter exp. F. v. Laudis futuræ.

Somni pro somnij potius dictum putat Turn. vt apud Hom. ὀνείρων πύλησι.

Eleph. ebore.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER VII.

ARGVMENTVM.

Caietam, nutricem suam, Æneas sepelit, locúmque ipsum ab eius nomine Caietam appellat. Inde Circes sedem prætervehitur, secundóque vento ad Tiberis ostia defertur: aduersóque flumine subuectus in Laurẽtem agrum egreditur. Ibi quum ex Ascanij verbis cognouisset, eam esse terrã fatis sibi debitã, ad Latinum regem, qui eius tractus regnum obtinebat, centum oratores mittit, qui & suo nomine illi munera offerrẽt, & vrbis condendæ locum peterent. Latinus, legatione audita, præter postulata, Lauiniam filiam suam (quam, ex Fauni patris sui oraculis, & augurũ responsis externo viro tradere iubebatur) vltro Æneæ coniugem offert. Interim Iuno, prosperis Troianorũ rebus offensa, Alecto ad disturbandam pacem ab inferis euocat: quæ primùm Amatam, Latini vxorem, deinde ipsum etiam Turnum furiis suis implet: atque inde ad Troianorum iuuentutem conuersa, quæ tum fortè venationi operam dabat, mansuetum illis ceruum obiicit, Tyrrhei armẽtarij regij liberis in primis charum. Quem quũ Ascanius sagitta vulnerasset, rustici arreptis armis in Troianos impetum faciunt. Alecto ex superiore loco classicum canit. Cadunt in eo tumultu, Almon, Tyrrhei filius natu maximus, & Galesus, agricola regionis totius locupletissimus: qui quum in vrbem mortui essent relati, Turnus & Amata regem Latinum ad bellum suscipiẽdũ, iniuriámque manu vindicandam, extimulant. Verùm quum ille & fœrorum & fœderis nuper cum Troianis initi memor, adduci non posset vt illis bellum indiceret, Iuno ipsa belli portas aperuit. Turni auspicia ad bellum sequitur Mezentius, vnà cum Lauso filio: item Auentinus Herculis ex Rhea filius. Catillus & Coras Tyburtini, fratres. Camilla ex Volscorũ gẽte, mulier fortissima aliíque cõplures, quorum catalogus ad finem libri recensetur.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Hic quoque Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram. Mensis en vescimur, inquit.
Centum oratores veniam pacémque petentes
Ad regem mittit, lectos tum sorte, Latinum:
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc fortè Alecto Iunonis dissipat ira.

Concurrunt dictis, quanuis pia fata repugnent.
Belli causa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes socia arma parant, fremit arma iuuentus.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua,
Et pace acceptalæti noua mœnia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat: illa Latinos
Inter & Æneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Itala Turnum.

ALIVD, MONOSTICHON.

Septimus Æneam reddit fatalibus aruis.

ALIVD.

In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.

Tu quoque, sicut Misenus & Palinurus.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus: ossáque nomen
Hesperia in magna (siqua est ea gloria) signat.
At pius exequiis Æneas rite solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Æquora, tendit iter velis, portúmque relinquit.
Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu: tectísque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigerique sues, atq; in præsepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Quidã exp. per hypall. pro Sedes seruat honorem tuum.

Ossáque. Tumulus nomen habet.

Circa noctem.

Circe, vt mox.

Resonat pro resonare facit. vt alibi *Personat*, personare facit.

Ne contingeret illis in talia mõstra mutari.

Quæ ne monstra pij paterentur talia Troes,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis:
Atq; fugam dedit, & præter vada feruida vexit.
Iámque rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:

Cessauere, Quiuere. T. remi. à tõdẽdo. i. radendo.

Quum venti posuêre, omnisq; repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Atque hîc Æneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit: hunc inter fluuio Tyberinus amœno,
Vorticibus rapidis & multa flauus arena
In mare prorumpit: variæ circúmq; supráque
Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucóq; volabant.
Flectere iter socijs terraq; aduertere proras
Imperat: & lætus fluuio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerũ,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Quum primùm Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam: & primæ reuocabo exordia pugnæ,

Rẽ ab ipsis primordijs repetã. Act. Impulsos, potius quàm Collectos Vlt. primus, vt exp. Ser. Sed qui primus descendẽdo, vlt. est ascẽdendo. Sic vlt. principium dixit Cic. Idem aliis verbis dicit. licet aliter censeat Ser. Sic Naso, *Hæc vbi nubilibus primùm maturuit annis.*

Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actósq; animis in funera reges,
Tyrrhenámq; manũ, totámq; sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo. Rex arua Latinus & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hũc Fauno & Nympha genitũ Laurẽte Marica
Accipimus. Fauno Picus pater, ísque parentem
Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus autor.
Filius huic, fato diuûm, prolésque virilis
Nulla fuit: primáq; oriens erepta iuuenta est.
Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Multi

Multi illam magno è Latio totáque petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis atauísque potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varijs portenta deûm terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,
Sacra comam, multósque metu seruata per annos:
Quam pater inuẽtam primas quũ conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentísque ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,
Obsedêre apicem: & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare virum: & partes petere agmen easdẽ
Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnẽ ornatum flamma crepitãte cremari:
Regalésque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id verò horrendum ac visu mirabile ferri.
Nanque fore illustrem fama fatísque canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit: lucósque sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuámq; exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes omnísque O Enotria tellus
In dubijs responsa petunt: huc dona sacerdos

Miro desiderio ad hoc efficiendum ferebatur.

Metu religioso, vel Religione.

Castis. Ser. exp. piis: sed & in sua signif. potest intelligi. vt perinde sit ac si ipsamet casta diceretur.

Sub. pro in. Est autem *Albunea* & fontis & syluæ nomen. S.

Propriè Sabino rum tractus. S.

Quum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnóque petiuit
Multa modis simulacra videt volitantia miris:
Et varias audit voces, fruitúrque deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.
Hîc & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atque harum effultus tergo stratísque iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est,
Ne pete connubijs natam sociare Latinis,
O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi: qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorúmq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, quà sol vtrunq; recurrens
Aspicit Oceanum, vertiq; regíque videbunt.
Hæc responsa patris Fauni monitúsq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum latè volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat: quum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Æneas, primiq; duces, & pulcher Iulus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituúntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent,
Consumptis hîc fortè alijs, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
Nec plura, alludens. ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primámq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.

Ad Amphiarai oraculum quidam alludi putant.

Rite. Cum debita solennitate.

Paratis Turno.

Sub potestate sua.

Vtr. Oc. Mare eoũ & occiduũ. vt Horat. Vterque Pœnus.

Ad. liba, quæ mox dicit cereale solum, item pat. quadras. itẽ mẽsas. Erant mẽsæ paniciæ.

Nec pl. dixit ludens: vt etiam ex Cic. affertur illud pro hoc.

Vel Ad responsi fidem verba componens, inquit Ser.

Erip. l. ab ore. Vix expectans donec totam eloqueretur, dixit protinus se eam agnoscere, & omen accipere.

Continuò, Salue fatis mihi debita tellus,
Vósque (ait) ô fidi Troiæ saluete Penates:
Hîc domus, hæc patria est. genitor mihi talia nãq;
(Nunc repeto) Anchises fatorũ arcana reliquit:
Quum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus cõsumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibíq; memento
Prima locare manu molirique aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebant,
Exitijs positura modum.
Quare agite, & primo læti cum lumine solis,
Quæ loca quíue habeãt homines, vbi mœnia gẽtis,
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibúsq; vocate
Anchisem genitorem: & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat: & Geniúmq; loci, primámque deorum
Tellurem, Nymphásq; & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctísque orientia signa,
Idæúmq; Iouem, Phrygiámq; ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœlóque Erebóque parentes.
Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit. radiísque ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas: atq; omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
Postea quum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, vrbem, & fines & littora gentis
Diuersi explorant. hæc, fontis stagna Numici,
Hunc, Tybrim fluuiũ: hîc fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni

Mensi. Intell. Mẽsas panicias quę subiiciebantur epulis: quæ & Adorea liba dicuntur. Sed & Cereale solum & Quadras patulas ipse vocat. T. Habitent. vt & Gr. ἔχειν. *Pat.* Vinũ. Cõt. pro contento. Vt mox, *Instaurant epulas.*

Cl. Serenus. Tonans autem sereno cœlo Iuppiter, boni omi nis auguriũ dare existimatur.

Promissa fatis.

Læti omine. At mãgno quidam exp. Valde manifesto.

In diuersas partes profecti.

Cuntum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes:
Donáque ferre viro, pacémq; exposcere Teucris.
Haud mora: festinant iussi, rapidíq; feruntur
Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
Molitúrq; locum: primásque in littore sedes,
Castrorum in morem, pinnis atq; aggere cingit.
Iámque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muróque subibant.
Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitántq; in puluere currus:
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursúque ictúq; lacessunt.
Quum prouectus equo longæui regis ad aures
Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Aduenisse viros. ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Tectum augustum, ingens, centũ sublime columnis,
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis & religione parentum.
Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis. hîc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum, effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italúsq; patérq; Sabinus,
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem:
Saturnúsq; senex, Ianique bifrontis imago,
Vestibulo astabant: aliíq; ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Multáq; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,

Qui puberes erant. Nam sexto decimo anno trones erant. Isid. & S.

Curr. Equos sub curribus.

Vrbe summa, pro Arce. vt Gr. eã vocant ἄκρην πόλιν, & frequentius compos. ἀκρόπολιν.

Horr. ita ferè dictum vt alibi *Metu*, de religioso metu seu religione.

Alii omnes per petua serie, à prima origine, vsque ad Lat. At Ser. vult esse pro Aboriginũ reges.

Sic, *Barbarico postes auro spoliisque superbi.*

Spiculáque, clypeíque, ereptáque roſtra carinis.
Ipſe Quirinali lituo paruáque ſedebat
Succinctus trabea, læuáque ancile gerebat
Picus, equûm domitor: quem capta cupidine cûux
Aurea percuſſum virga, verſúmque venenis
Fecit auem Circe, ſparſítq; coloribus alas.
Tali intus templo diuûm, patriáq; Latinus
Sede ſedens, Teucros adſeſe in tecta vocauit:
Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore,
Dicite Dardanidæ (neque enim neſcimus et vbẽ,
Et genus: auditique aduertitis æquore curſus)
Quid petitis? quæ cauſa rates aut cuius egentes
Littus ad Auſonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti,
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intraſtis ripas, portúque ſedetis:
Ne fugite hoſpitium: néue ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aquam,
Sponte ſua, veteriſque dei ſe more tenentem.
Atq; equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes: his ortus vt agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes
Threiciámq; Samũ, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab ſede profectum
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cœli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget
Dixerat: & dicta Ilioneus ſic voce ſequutus,
Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus acto:
Atra ſubegit hyems veſtris ſuccedere terris:
Nec ſidus regione viæ, littúſue fefellit:
Conſilio hanc omnes animíſq; volentibus vrbem
Afferimur, pulſi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aſpiciebat olympo.

Cum Quir. lituo, Lituũ Quir. habẽs. Non autem, *Succinctus lituo.*

Aurea. Ser. malè iungit cum *conux*: vt dictum ſit per ironiam.

Hîc & ſeq. verſu, deſcribit vitam hominum aurei ſeculi ſub Saturno. Nam eum appellat veterem deum. Haud ita multi ſunt anni, ſed fama peruagata non eſt. Sc.

Ab Ioue principiũ generis, Ioue Dardana pubes
Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Æneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos, quibus actus vterque
Europæ atq; Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audijt & ∴ siquem tellus extrema ∴ refuso
Submouet Oceano, & siquem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
∴ Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti,
Dijs sedem exiguam patrijs littúsque rogamus
Innocuũ, & cunctis ∴ vndámq; aurámq; patentem.
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama leuis, tantíque abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Æneæ iuro, detrámq; potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd vitro
∴ Præferimus manibus ∴ vittas ac verba precantũ)
Et petiêre sibi & voluêre adiungere gentes.
Sed nos fata deûm vestras exquirere terras
Imperijs ∴ egêre suis. hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussísque ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenũ ad Tybrim, & fontis vada sacra Numi (ci.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
∴ Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
∴ Hoc, Priami gestamen erat: quum iura vocatis
More daret populis: sceptrúmque, ∴ sacérque tiaras
Iliadúmque labor, vestes.
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora: solóque immobilis hæret,
Intentos voluens oculos. nec purpura regem

Siquis procul habitat. Sc.
Refuso Ser. exp. refluo.
Bello & excidio Troiano. Sc.
Aquam & aerẽ quæ omnibus patere debent. S
Præf. pro prætẽdimus. vt lib. 8, *-cui me fortuna precari, Et vitta cõptos voluit prætendere ramos.* τὴν ἱκετηρίαν προτείνειν.
Impulerunt, vel Coegerunt.
Hac aurea patera.
Hoc. diadema.
Pro Sacra tiara. S.

"Picta mouet, nec sceprta mouent Priameia tantũ, Acu picta.
Quantum in connubio natæ thalamóque moratur,
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum, paribúsque in regna vocari
"Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram Potestate pari. S.
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
Tandem lætus ait, Dij nostra incepta secundent,
Auguriúmque suum. dabitur Troiane quod optas.
Munera nec sperno. non vobis rege Latino
Diuitis vber agri, Troiæve opulentia deerit.
Ipse modò Æneas (nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat, sociúsque vocari)
Adueniat, vultus néue exhorrescat amicos.
Pars mihi" pacis erit dextram tetigisse" tyranni. Fœderis. Ab eo quod sequitur, id quod præcedit. S.
Vos contrà regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ, Ty. dixit vt Græci (& quidẽ vetustiores) dixerunt τὸ ἐγγυον, pro rege simpliciter.
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
(Hoc Latio restare canunt) qui sánguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et reor, &, siquid veri mens augurat, opto.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant" tercentum nitidi in præsepibus" altis. Vt in legione Rom. erant trecenti equites.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes pictísque tapetis.
Aurea pectoribus demissa" monilia pendent: Alt præs. ad ostẽdendam equorũ magnit.
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum. M. phaleræ. S.
Absenti Æneæ currum, geminósque iugales Sed alij adphal. referunt quod sequitur, Tecti auro.
Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem:
Illorum de gente, patri quos" dædala Circe D. ingeniosa. S.
Supposita de matre nothos furata creauit.
"Talibus Æneadæ donis dictísque Latini Cum tal. donis & dictis.

Vel, Sublimes talibus donis & dictis. id est, erectis animis ob t. d.

Sublimes in equis redeunt, pacémq; reportant.
Ecce autem, Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, aurásque inuecta tenebat:
Et lætum Æneam, classémque ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore:
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta,
Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuêre capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies mediósque per ignes
Inuenêre viam? at, credo, mea numina tandem
Fessa iacent: odijs haud exaturata quieui.
Quinetiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.
Absumptæ in Teucros vires cœlique marísque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tybridis alueo,
Securi pelagi atq; mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm valuit: concessit in iras
Ipse deũ antiquã genitor Calydona Dianæ: [rẽte?)
(*Quod scel⁹ aut Lapithis tãtũ, aut Calydone me-*
Ast ego, magna Iouis cõiux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Ænea. quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitem haud equidem implorare
quod vsquam est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos excindere regum.

Credo. q. d. scilicet.

Quidam *odiis* iung. cũ *quieui.*

Sine metu pel. & mei.

Mars p. Talis locus lib 1, à versu 43, *Pallásne exurere cl.*

Concessit illi suas iras in Cal. effundere. Ita vlcisci Cal. vt iræ suæ satisfaceret.

Quod sc. pro Quam sceleris pœnam.

Hac gener atque socer coeant mercede suorum.
Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
Et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
Cisseis prægnans ignes enixa iugales:
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tædæ.
Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum
Infernisque ciet tenebris. cui tristia bella,
Iræq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ monstrum. tot sese vertit in ora:
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur,
Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem,
Hanc operam, ne noster honos, infractáue cedat
Fama loco: neu connubijs ambire Latinum
Æneadæ possint, Italósue obsidere fines.
Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,
Atque odijs versare domos: tu verbera tectis
Funereásque inferre faces. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.
Disice compositam pacem, sere crimina belli.
Arma velit poscátque simul rapiátque iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitúmq; obsedit limen Amatæ.
Quã super aduetu Teucrûm, Turníq; hymenæis,
Fœmineæ ardentem curaq; iraq; coquebant.
Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit, inque sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domum monstro permisceat omnẽ.
Ille inter vestes & leuia pectora lapsus

Suorũ cæde cõfœderationem hanc emant.

Hecuba, Cisseï filia, quæ se facẽ parere somniauit.

Ign. iug. pro cõiugales. i. matrimonio conceptos. S.

Cedat loco, pro cadat. Sc. Vel Vincatur, vt S. *Infracta* autem, quæ antea fuit infracta.

De qua conuenit.

Tacitè obs. & sine strepitu.

Fœminis vsitatæ.

Ita vt non attingeret. Vel, vt tactus eius non sentiretur.
Voluitur attactu nullo, fallítque furentem
Vipeream inspirans animam. fit tortile collo
Aurum ingens coluber. fit longæ tænia vittæ:
Innectítque comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem:
Nec dum animus toto percepit pectore flammam,
Mollius & sólito matrum de more loquuta est:
Multa super nata lacrymans, Phrygiisq; hymenæis.
Exulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris,
O genitor? nec te miseret nataq; tuíque?
Nec matris miseret, quã primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
At nõ sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæámque Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorũ,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terrã quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos.
Et Turno (si prima domus repetatur origo)
Inachus Acrisiúsque patres, mediæq; Mycenæ.
His vbi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare videt: penitúsque in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totámque pererrat:
Tum verò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatiis: stupet inscia turba,
Impubésque manus, mirata volubile buxum:

Fallit inspirans fur. i. Latenter inspiratfurenti.
Fur autẽ. i. furere incipientem. vel, dum infurorem concitatur.
Aliter Ser.
Al. *Annon.*
Quid erit, vel est tua fides, quid c. &c. Q. d.
Cuius est pretij? Vel subaudi prodest, aut tale quid.
Quidã Lat. iũg. cum sedet.
Pr. vrgent.
Nã dixit, v. 354, *Ac dum prima lues*, &c.
Inusitato quodã modo & inaudito.
Furore percussa, Tibull. eadem comp. vtitur.
Cur. sp. Per obliquas vias.

Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populósque feroces.
Quinetiam in syluas, "simulato numine Bacchi,
(Maius adorsa nefas, maiorémque orsa furorem)
Euolat: & natam frondosis montibus abdit,
Quò thalamũ eripiat Teucris, tædásque moretur:
"Euœ Bacche, fremens, solum te virgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi "sumere thyrsos,
Te lustrare "choro, sacrum tibi pascere crinem,
Fama volat: furiísque accensas pectore matres
Idem omnes simul ardor agit noua quærere tecta.
Deseruêre domos: ventis dant colla comásque.
Ast aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
"Pampineásque gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida "pinum
Sustinet, ac natæ Turnique canit hymenæos,
Sanguineam torquens aciem: toruúmque repente
Clamat, Io matres audite "vbi quæque Latinæ.
Siqua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.
"Talem inter syluas, inter deserta ferarum,
Reginam Alecto stimulis "agit vndique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliúmque omnémq; domum vertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
Dictus auis, & nũc magnũ "manet Ardea nomen.
Sed "fortuna fuit: tectis hìc Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem:
Alecto toruam faciem & furialia membra

Quòd in furore sibi videretur sacra B. celebrare. S.

Al. Euhœ, vel Euohe. Sed Euœ est apud Cat. & Hor. à Gr. εὐοῖ, pro εὐοῖ. Est autem bacchantium vox.

Sum. Sumebat, & sic in seq. Ser. Vel potius cum his infinitiuis assumendũ verbum vociferabatur, ex partic. vocif. repetitũ.

Cho. Al. *choros.*

Nam thyrsos pampinis vitiũ implexos gestabant in his sacris.

Pin. Pineam facem.

Sic & Prisc. legit, exponens, Quęcũque. Al. Vbicunque.

Talem agit. i. tali modo agit, Ita agit & versat.

Al. *tenet.*

Fortuna ita tulit vt Turn. caperet q.

Exuit: in vultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templique sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiêre labores?
Transferri à te ad colonos Dard. Tibi erepta tradi col. *Sang.* tuo.
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur hæres.
Pro quibus nulla gratia redderetur.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.
Hæc adeò tibi me, placida quum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem portisque moueri
Vt suprà, -flu. *Tyber. amœno.*
Latus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedêre, duces, pictásque exure carinas.
Cœlestûm vis magna iubet. rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Iuuenis, Turnus.
Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert, Classes inuectas Tybridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuntius aures:
(Ne tantos mihi finge metus) nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Squalore & marcore cõsumpta. *Eff. veri.* Cui sũt effœtæ vires ad dicẽdum quod verũ est. Cui est exhausta vis dicendi vera. Vt innuat illã cœpisse delirare.
Sed te victa situ, verique effœta senectus,
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, diuûm effigies & templa tueri:
Bella viri pacémq; gerant, quos bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguêre oculi. tot Erinnys sibilat hydris,
Tantáq; se facies aperit: tum flammea torquens

Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura
Reppulit. & geminos erexit crinibus angues:
Verberáque insonuit, rabidóq; hæc addidit ore,
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.
Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum: Quidã, *Adhæc adsum.* i. ad regum arma. S.
Bella manu lethúmque gero.
Sic effata facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.
Olli somnum ingens rupit pauor: ossáque & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma toro tectíq; requirit. Cum fremitu poscit.
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super. magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni, De virgis facta. Al. *Aquaï Fum.*
Exultántq; æstu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec iã se capit vnda, volat vapor ater ad auras. Melius quàm si diceret, Neciã vas vndam capit. S.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari:
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucríq; venire Latiníque.
Hæc vbi dicta dedit, diuósq; in vota vocauit, Quia votis nũcupatis bella sumebant. S.
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuentæ:
Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis. Pro, Clara dext. factis. per hypallagen.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis:
Arte noua speculata locum quo littore pulcher
Insidijs cursúque feras agitabat Iulus.
Hîc subitam canibus rabiem Cocytia virgo Alecto. à Cocyto fluuio inferorum: vt v. 562, *Cocytique petit sedem.*
Obiecit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent. quæ prima malorum

Causa fuit, bellóque animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrrhi filij. Legitur autem & Tyrrheidæ, vt seq. v. *Tyrrheus.* & ita in seq.
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant: Tyrrhíusque pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis:
Pectebátque ferum, puróque in fonte lauabat.
Vt alibi de equo. Quadrupedem exp. S.
Ille manum patiens, mensæq; assuetus herili,
Errabat syluis, rursúsque ad limina nota
Manum pro manuum, vt vult. Ser. Sic f. currũ pro curuum.
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Quantumuis sera nocte.
Commouêre canes: fluuio quum forte secundo
Defluueret, ripáque æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:
Nec dextræ erranti deus abfuit: actáque multo
Pérque vterum sonitu pérque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successítque gemens stabulis: questúque, cruentus,
Atque imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima, soror palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
Furia. S.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt. hic torre armatus obusto,
Quod quærens quisque reperit ira iubet esse illi pro telo. vt l. 13. *furor arma ministrat.*
Stipitis hic grauidi nodis. quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi.
At sæua è speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornúque recuruo
Tartaream intendit vocem: qua protinus omne

Cõtremuit nẽmus, & ſyluæ intonuêre profundæ.
Audiit & Triuiæ longè lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontéſque Velini:
Et trepidæ matres preſſêre ad pectora natos.
Tum verò ad vocem celeres, qua buccina ſignum
Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis
Indomiti agricolæ, necnon & Troia pubes
Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.
Direxêre acies, non iam certamine agreſti,
Stipitibus duris agitur, ſudibúſve præuſtis:
Sed ferro ancipiti decernunt: atráque latè
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus: æráque fulgent
Sole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit quum albeſcere vento,
Paulatim ſeſe tollit mare, & altius vndas
Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fundo.
Hîc iuuenis primam ante aciem ſtridente ſagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur. hæſit enim ſub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter tenuémque incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virûm circa. ſenióque Galeſus:
Dum paci medium ſe offert, iuſtiſſimus vnus
Qui fuit, Auſoniíſque olim ditiſſimus aruis.
Quinque gregẽs illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promiſſi dea facta potens, vbi ſanguine bellum
Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ:
Deſerit Heſperiam, & cœli conuexa per auras,
Iunonem victrix affatur voce ſuperba,
En perfecta tibi bello diſcordia triſti:
Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant:

Qui Dianæ ſpeculum dicitur. Ser.

Quia quum incipit mare paulũ turbari, partes eius quæ nõ mouentur, albeſcere videntur & vernare: at quũ inhorruit, nigreſcit. Turn. ex Ariſtot. Probl.

Vul. pro ſagitta. vt, Infeſto vulnere Pyrrhus. *Pr. comm. ſ. p.* Vt dicitur cõmitti pugna, quum inchoatur.

Pro cõuecta qui dã accip. vt *Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis*, Georgic. 4. pro deuectus. Alij, per conuexa, per auras Iun. affatur. *Victu.* Voti compos.

Quandoquidē Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendámq; animos insani Martis amore,
Vndiq; vt auxilio veniant: spargā arma per agros.
Tum contrà Iuno, Terrorū & fraudis abundè est.

Manent, Permanent.

Stant belli causæ: pugnatur comminus armis:
Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus & rex ipse Latinus.

Æneas.

Te super ætherias errare licentius auras
Haud pater ipse velit, summi regnator olympi.
Cede locis: ego, siqua super fortuna laborum est,

Super pro Superest, Restat.

Ipsa regam. Tales dederat Saturnia voces:
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus, Italiæ in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:

Loci omni parte sancti. S.

Amsancti valles. densis hinc frondibus atrum
Vrget vtrunque latus nemoris, medióq; fragosus
Dat sonitum saxis & torto vortice torrens.

Quæ à Gr. Χαρώνεια: fauces subterraneę, tetrum exhalātes odorē & pestiferum: ex quo Ditis fauces existimabātur. T

Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur: ruptóq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras cœlúmq; leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus: cæsósq; reportant,

Fœd. Cruentati.

Almonem puerum, fœdatique ora Galesi:
Implorántq; deos, obtestantúrq; Latinum.
Turnus adest, medióque in crimine, cædis & ignis

V. 552, *terrorum & fraudis abundè est.*

Terrorem ingeminat: Teucrósq; in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.

Tum

Tum, quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis (neque enim leue nomẽ Amatæ)
Vndique collecti coeunt, Martémque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deûm, perverso numine poscunt.
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes immota, resistit:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequicquam & spumea circũ
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
Verum vbi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos auráque pater testatus inanes,
Frangimur heu fatis (inquit) ferimúrq; procella.
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas,
O miseri. te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium: votísque deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omníq; in limine portus:
Funere felici spolior. Nec plura loquutus,
Sepsit se tectis, rerúmq; reliquit habenas.
Mos erat Hesperio in Latio (quẽ protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, quũ prima mouẽt in prælia Martem:
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcaníue Arabíue parat, seu tẽdere ad Indos,
Aurorámq; sequi, Parthósque reposcere signa)
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Religione sacræ & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus:
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse, Quirinali trabea cinctúque Gabino

De quibus suprà, v. 392, & seq. *Thiasi*. Choreis. S. Exercent. Sc.

Al. *expugnare*.

Vos sacrilegi pendetis huius belli pœnas. Vocat sacril. quòd bellum suscipere contra voluntatem deorum.

Securitas omnis in promptu est. *Frot*. Perpetua & non intermissa obseruatione.

Orientis populos.

sci-

Insignis, reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes,
Æreáque assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristésque recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersúsq; refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.
Tum regina deûm cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine uerso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante.
Pars pedes ire parat campis, pars, arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leues clypeos & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subigúntq; in cote secures:
Signáque ferre iuuat, sonitúsq; audire tubarum.
Quinque adeò magnæ positis incudibus urbes
Tela nouant, Atina potens, Tybúrque superbum,
Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitum, flectúntq; salignas
Umbonum crates: alij thoracas ahenos
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iámq; sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeúmq; auróq; trilicem
Loricam induitur, fidóque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deæ, cantúsq; mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenque secutæ
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:

Euocat ad bella Putat Ser. alludi ad genus tertiũ militiæ quod euocatio dicebatur.

Attingere portas noluit ad ipsas reserandas.

Antè *inexc. atq. imm.* Vt intell. quanto diutius desides fuerant, tanto ardentius ad bellum tunc fuisse profectos. Mox dicet, *Qui bello exciti reges.* *Pars ard.* pro Ardua in altis equis. i. Populus partim parat ire pedes, partim arduus alt. &c. Sic alibi ad rem non ad vocem respicit.

Mutauit, quum Crustumerium diceretur. S. *Cauant tegm.* pro Cõficiunt caua tegm.

Arſ. Splenduerit. aut Quorũ armorum amore flagrauerit. Aut, quibus armis ardenter præliata sit.

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, agminaq; armat.
Filius huic iuxtà Lausus: quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus equûm domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agyllinæ nequicquam ex vrbe secutos
Mille viros: dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum
Victorésque ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus: clypeoq; insigne paternum,
Centum angues, cinctamq; gerit serpẽtibus hydrã.
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras,
Mista deo mulier: postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu sæuóq; gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis,
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuentus.
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto
Descendunt Cẽtauri, Omolen Othryq; niualem
Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Nec Præneſtinæ fundator deſuit vrbis:

Quia in prælio periit, neque paternũ imperiũ recepit. S. Dignus cui lætior esset imperij paterni status. Q. d. Dignꝰ alius patris imperiis lætioribus,

Tir. Hercules.

Dolones sunt vel flagella, intra quorum virgã latet pugio: vel, (secũdũ Varr.) ingentes contra ferro breuissimo. S.

Om. Mõtes Thessaliæ, qui existimantur esse centaurorũ sedes.

Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentúmq; focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus. hunc legio latè comitatur agrestis:
Quíque altum Præneste viri, quíque arua Gabina
Junonis, gelidúmque Anienem, & rosida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei currúsue sonant: pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu: fuluósque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis, crudus tegit altera pero.
At Mesapus equùm domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Jampridem resides populos desuetáque bello
Agmina in arma vocat subitò, ferrúmq; retractat.
Hi Fescenninas acies, æquósque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenos.
Ibant æquati numero, regémque canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni
Quum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aeriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agẽs Clausus, magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, postquã in partẽ data Roma Sabinis.
Vnà ingẽs Amiterna cohors, priscíque Quirites,
Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutuscæ:

De his verbis, *omn. quem cred. ætas*, lege Ser. & vide an debeas illi credere. Quæ Gabiis colitur.

Pedes ſiniſtros nudo pugnare inſtituerunt.

Tractat ferrum quod tractare deſueuerat.

Soracte, mõs apud Irpinos, haud longè à Flaminia. De quo Horatius, *Vides vt alta Stet niue candidũ Soracte.* S.

In pares ordines digeſti.

Priſci Quir. id eſt Sabini. Vide er.

Qui Nomentum vrbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes, montémq; Seuerum
Casperiámq; colũt, Forulósq;, & flumen Himellæ:
Qui Tyberim Fabarímq; bibũt: quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populíque Latini:
Quósque secans infaustum interluit Allia nomen.
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis,
Vel quum sóle nouo densæ torrentur aristæ
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
Scuta sonant, pulsúque pedũ tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnóque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misêre patres, Sidicináque iuxta
Æquora: quíque Cales linquunt: amnísq; vadosi
Accola Vulturni, paritérq; Saticulus asper,
Oscorúmque manus. teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
O Ebale, quem generasse Telon Sebetide Nympha
Fertur, Teleboûm Capreas quum regna teneret
Iam senior. patrijs sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
Quíq; Rufas Batulúmq; tenẽt, atq; arua Celennæ:
Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ,
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Æratæq; micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misêre in prælia Nursæ,

Al. *Roscida*: sed *Rosea* Ser. agnoscit, à loci nomine.

Ob cladem ibi acceptã à Romanis.

Mari.

Quidam Scuta s. iungunt præced. comparationi.

Al. *pulsúque pedũ conterrita tellus.* *Rapit*. Raptim adducit. S.

Iacula ansata vel amentata: quum sequatur, *flag. lento*. i. loreo amento. Ac fortasse ex ἀγκυλίδες (facto ex ἀγκύλαι) deprauata est vox. T.

Tela Gallica. S.

Vsens, insignem fama & felicibus armis.
Horrida præcipuè cui gens assuetáque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
Armati terram exercent: semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam & felici comptus oliua,
Archippi regis missu, fortissimus Vmbro.
Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantúque manúque solebat,
Mulcebátque iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit: neque eum iuuêre in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herba.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuêre lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius: insignem quem mater Aritia misit
Eductum Egeriæ lucis, Hymmettia circum
Littora: pinguis vbi & placabilis ara Dianæ.
Nãq, ferũt fama Hippolytũ, postquã arte nouerca
Occiderit, patriásque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Ætheria & superas cœli venisse sub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tũ pater omnipotẽs, aliquẽ indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vita,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Egeriæ nemoríque relegat:
Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versoque vbi nomine Virbius esset.

Dur. Infertilibus. S.

Fronde. Nam sacerdotes & vates coronati & infulati erant. Ser. exponit, Frondibus comptus festiuæ oliuæ.

Terrenis serpẽt. Hydris autem, aquæ serp. S.

Al. *Anguitiæ*, progeniei Marsorum: quia anguibus aduersatur. Pomp.

Fuc. Lacus nomen. Ideo Ser. insequent. intell. etiam alij lacus.

Ping. frequenti sacrif. Plac. q. d. Non qualis ante fuit, vel illic, vel apud Tauros, humano gaudẽs cruore. S.

Phœbig. Ipsum Æsculapium Phœbo genitũ. At Ser. *Pœnigenam* etiã affert. i. matre Pœna genitum.

Relegat. Segregat. P. At Ser. Commendat ab aliis segregatũ.

Vnde etiam Triuiæ templo lucíſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum
Et iuuenem monſtris pauidi effudêre marinis.
Filius ardentes haud ſecius æquore campi
Exercebat equos curruq; in bella ruebat.
Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes:
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flãmis,
Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.
At leuem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iambos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus,
Cælatáque amnem fundens pater Inachus vrna.
Inſequitur nimbus peditum: clypeatáque totis
Agmina denſantur campis, Argiuáque pubes,
Auruncæq; manus, Rutuli, veteréſque Sicani:
Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici:
Qui ſaltus Tyberine tuos ſacrúmque Numici
Littus arant: Rutulóſque exercent vomere colles,
Circæúmque iugum: queis Iuppiter Anxuris aruis
Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco.
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidúſque per imas
Quærit iter valles atque in mare conditur Vſens.
Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix: non illa colo calathiſue Mineruæ
Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia virgo
Dura pati, curſúque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti

Al. *ſegnius*. vt & Ser. legit: & exp. Non ſegnius patre. Tam audax vt nec paternæ mortis terreretur exemplo.

Vert. Ser. exp. agit. At ego credi derim potius dictum exemplo Græcorum verborum στρέφειν & πωλεῖται. *Tripl.* Galea tres habens conos & lophos, tréſque criſtas. Gr. τριφάλεια.

Ætn. Ingentes, & Ætnæis ſimiles.

Vt ſignif. fluminis anguſtias.

Lanificio.

Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agrísque effusa iuuentus,
Turbáque miratur matrum, & prospectat euntẽ,
Cum stupore quodam patefacto ore. S. *Attonitis inhians animis: vt regius ostro*
Velet honos leues humeros, vt fibula crinem 85
Auro internectat: Lyciã vt gerat ipsa pharetrã,
Lyc. Quasi Lyciam. S. *Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.*

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS

LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

Belli signum Turnus ex Laurenti arce proponit, Latiísque totius finitimarúmque vrbium sibi auxilia adiungit. Venulus quoque Arpos ad Diomedem mittitur, vt eum periculi similitudine ad belli societatem impellat. Quibus rebus permotus Æneas, copiarúmque suarum paucitati diffidẽs, Tyberini monitu, aduerso flumine in ea loca subuehitur in quibus postea Roma cõdita fuit: Euandrí que regis, qui ex Arcadia profugus, in Palatino monte oppidum nomine Pallanteum condiderat, auxilium implorat. Euander Æneam, aduentus eius causã cognita, benignè hospitio excipit: sacríque Herculis, quibus tum intentus erat, adhibitum, causam ritúque sacrificij edocet, locáque eius tractus nobiliora obiter hospiti recenset. Postridie Æneas, equitum quadringentorum subsidio adiutus (quibus præerat Pallas, vnicus Euandri filius) partẽ copiarum secundo flumine ad suos remittit: ipse cũ reliquis Agyllam florentissimã Tyrrhenorum ciuitatem petit: cui cum Mezentio, quẽ ob intoleranda m crudelitatem regno expulerat, internecina odia intercedebant. Interim Vulcanus vxoris blanditiis adductus, priuigno suo arma fabricatur: eadémque à Venere ad Æneam deferuntur: qui armorum pulchritudine delectatus, cum cætera omnia, tum clypeum in primis, qui res à posteritate sua strenuè gerendas habebat depictas, studiosè admiratur.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,

Qui petat auxilium, & doceat quæ causa petendi.
Æneas diuûm monitis adit Arcada regem
Euandrum, Arcadia profugum, noua regna petentem.
Accipit auxilium: huic natum & socia agmina iungit
Euander, Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iámque habilu bello, & maternis latus in armis,
Fataque fortunásque ducum, casúsque suorum
Sortitus clypeo, diuina intentus in arte est.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Vidit vt Æneas summa vi bella parari,
Arcadas, Euandrúmque senem sibi fœdere iungit:
Dardanióque duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clypeóque
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

ALIVD, MONOSTICHON.

Præparat Octauo bellum quos mittat in hostes.

ALIVD.

Dat simul Æneæ socios Octauius & arma.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce B. sig. Vexillum.
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu:
Vtque acres concussit equos, vtque impulit arma: Conc. illo tubæ sonitu.
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu Imp. Ad pedites pertinere, & esse sacrorum, tradit Ser. quê vide. Quidã exp. de hasta impulsa in hostium fines, vt postea moris fuit fœcialibus.
Coniurat trepidæ Latium: sæuítque iuuentus
Effera. ductores primi, Mesapus & Vfens,
Contemptórque deûm Mezentius, vndique cogũt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbẽ,
Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros:
Aduectum Æneam classi, victósque Penates
Inferre, & fatis regem se dicere posci, Vt lib. 1, -*Inferrétque deos Latio.*
Edoceat: multáque viro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.
Quid struat his cœptis, quẽ, (si fortuna sequatur,)
Euentum pugnæ cupiat, manifestius ipsi,
Quàm Turno regi aut regi apparere Latino.

Fiebāt, autquid tale.

Sic Catullus, *Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures.*

Talia per Latium: quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu:
Atque animum nunc huc celerē, nūc diuidit illuc,
In partésque rapit varias, pérque omnia versat:
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca: iámque sub auras
Erigitur, summíque ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum pecudúmque genus sopor altus habebat:
Quum pater in ripa gelidíque sub ætheris axe
Æneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, serámq; dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus. eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis,
O sate gente deûm, Troianam ex hostibus vrbem
Qui reue his nobis, æternáq; Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruísque Latinis:
Hîc tibi certa domus, certi, ne absiste, penates,
Neu belli terrere minis. timor omnis & iræ
Concessêre deûm.
Iámque tibi (ne vana putes hæc fingere somnum)
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit,
Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Hîc locus vrbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis (aduerte) docebo.

Gl. Dij fluuiorū & maris hoc vestitu glauco, id est cæruleo, pingi solebant, & capite arūdine tecto. E carbaso autem texebantur tenuiss. vela.

Qui re. Ob Dardanum Troiani generis autorē, ex Italia profectum. Vnde lib. 7, *hinc Dard. ortus, Huc repetit.*

Ne abs. Ne desere tuum inceptum. Iunguntur autem hæc, *Ne absiste, neu terrere:* ideo illa *ne abs.* non inclusa sunt parēthesi.

Arcades his oris (genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa sequuti)
Delegêre locum, & posuêre in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine, Pallanteum.
Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina:
Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.
Ipse ego te ripis & recto flumine ducam,
Aduersum remis superes subuectus vt amnem.
Surge age nate dea: primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces, iramque minasque
Supplicibus supera votis, mihi victor honorem
Persolues: ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,
Cæruleus Tybris, cælo gratissimus amnis.
Hîc mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit.
Dixit, deinde lacu fluuius se condidit alto,
Ima petens: nox Æneam somnúsque reliquit.
Surgit, & æthery spectans orientia solis
Lumina, rite cauis vndam de flumine palmis
Sustulit: ac tales effudit ad æthera voces, (de est:
Nymphæ, Laurētes Nymphæ, genus amnibus vn-
Túque ô Tybri tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Æneam, & tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocunque solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidū fluuius regnator aquarum:
Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes.
Sic memorat: geminas q; legit de classe biremes,
Remigióque aptat: socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum atq; oculis mirabile monstrū:
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridíque in littore conspicitur sus.

Vt lib. 2, - *suadéntque cadentia sidera somnos.*

Radentē, S. qui & aliter exp.

Cap De fonte fluuij ex editio re Etruriæ parte exeunte. Cōuenit quod addit, - *quocunque solo pulch. exis.* T.

Ira Ser. distinguit. Alij, *Nymphæ Laurentes, nymphæ, g.*

Corn. Quòd fluuij diuidunt se in brachia, partes, vel ostia, quæ cornua vocantur: vt *Rhenúsque bicornis*: siue ob mugitū. T.

Quam pius Æneas tibi enim, tibi maxima Iuno
Fœtu. Est autē hist. prot. pro Sistit & mactat. Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis: remo vt luctamen abesset.
Rumore secundo inter comites de f. Iici profectione, vt quidā exp. Aliter Ser. Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virûm fluuio pictàsq; innare carinas.
Olli remigio noctémque diémque fatigant:
Et longos superant flexus, variisq; teguntur
Syluarum vicinarū imagines in flumine apparentes. Arboribus: viridésq; secāt placido æquore syluas.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem,
Quum muros arcémq; procul, & rara domorum
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo
Æquauit: tum res inopes Euandrus habebat.
Ocyus aduertunt proras, vrbíq; propinquant.
Forte die sōleunem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno diuíque ferebat
Ante vrbem, in luco: Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi, pauperque senatus,
Thura dabant: tepidúsq; cruor fumabat ad aras.
Vt celsas vidêre rates, atque inter opacum
Pro, Taciti incumbere. Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptóque volat telo obuius ipse:
Et procul è tumulo, Iuuenes, quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit. [ma?
Qui estis genere? Quo genere estis? vt Cressa genus Pholoe. "Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an ar-
Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta,
(Pacifera q; manu ramum prætendit oliuæ)

Troiugenas ac tela vides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos
Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas:
Egredere ô quicunque es, ait: corámque parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Accepitque manu, dextrámque amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco, fluuiúmq; relinquunt.
Tum regem Æneas dictis affatur amicis,
Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos:
Nõ equidẽ extimui, Danaûm q̃ ductor & Arcas,
Quódque à stirpe fores geminis cõiunctus Atridis:
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
Cognatique patres, tua" terris didita fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacæ primus pater vrbis & autor,
Electra (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquã credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, "non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse meúmque
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli" Daunia bello
Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt.
Quin omnẽ Hesperiã penitus sua sub iuga mittãt:
Et mare quod supra, teneant, quódq; alluit infra.

Vitta compt. ramos. Paciferæ oliuæ ramum, vt modò dixit.

Per terras sparsa. In quibusdã edit. dedita male pro didita, voce antiqua. Vt, *Diditur hic subitò Troiana per agm. rumor.*

Cum nullo antè pactus sum vte aut per artẽ aliquã, aut per legatos probarẽ sed intrepidum me tibi commisi. S. Artem fortasse intell. Artificiosam orationem.

Rutuã, à Dauno rege. S.

Accipe dáque fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Æneas: ille os oculósque loquentis
Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert, Vt te fortißimè Teucrûm
Accipio agnoscóque libens! vt verba parentis
Et vocem Anchisæ magni vultúmque recordor!
Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiadem Priamum, Salamina petẽtem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:
Mirabárque duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiadem: sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ cõiungere dextram.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciásq; sagittas,
Discedens, chlamydémq; auro dedit intertextam,
Frenáq; bina, meus quæ nũc habet, aurea, Pallas.
Ergo & quã petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:
Et lux quum primùm terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibúsque iuuabo.
Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mẽsis.
Hæc vbi dicta, dapes iubet & sublata reponi
Pocula: gramineóq; viros locat ipse sedili:
Præcipuúmque toro & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solióque inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim aræq; sacerdos
Viscera tosta ferũt taurorum, onerántque canistris
Dona laborata Cereris, Bacchúmq; ministrant.
Vescitur Æneas, simul & Troiana iuuentus

Vno eodémque itinere, vel Cõtinuato itinere. Alij, Vlterius per gentem.

Oppidi Arcadiæ.

Iuncta est antiquis amicitiis per illud Anchisæ hospitium. S.

Toro ex herbis structo superimposito sedili. Acceptum collocat super toro coorperto pelle leonis. Aliter S.

Panes ex Cerere confectos, id est, è frumento. Ser. aliò refert vocem *lab.*

Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis. — Perp. quidã exp. integri, & nunquã interrupti.
Postquã exempta fames, & amor cõpressus edẽdi,
Rex Euandrus ait, Non hæc sõlennia nobis, — Aliter Ser.
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio veterúmue ignara deorum
Imposuit. Sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati facimus, meritósque nouamus honores.
Iam primùm saxis suspensam hanc aspice rupem: — Quasi iam iámque lapsuram. S.
Dissectæ procul vt moles, desertáq; montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.
Hîc spelunca fuit, vasto submota recessu,
Semihominis Caci: facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radijs: semperque recenti
Cæde tepebat humus: foribúsque affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium aduentúmque dei. nã maximus vltor, — Aux. Aduentũ dei, qui aduentus auxilio fuit.
Tergemini nece Geryonis spolisque superbus,
Alcides aderat: taurósque hac victor agebat — Qui se aliis etiã plurimis vltorẽ exhibuit.
Ingentes: vallémq; boues amnémque tenebant.
At furijs Caci mens effera, nequid inausum — Tricorporis.
Aut intentatum scelerisue dolue fuisset: — Tauris, vt ver. seq.
Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros — Furũ, in aliis vet. cod. Atque ita Ser.
Auertit, totidem forma superante iuuencas.
Atque hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in spelunca tractos, versíque viarum
Indicijs raptos, saxo occultabat opaco. — Vestigiis.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant. — Vestigia.
Interea quum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitúmque pararet,
Discessu mugire boues: atque omne querelis

Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vastóque sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hìc verò Alcidæ furijs exarserat atro
Felle dolor. rapit arma manu, nodísque grauatum
Sagittas. *Robur, & aerij cursu petit ardua montis.*
Rob. Clauam. *Tum primùm nostri Cacum vidêre timentem,*
Ea parte turbatum quæ prodi trix est mẽtis, vt inquit Ser. addens legi etiã oculi. vt sit, videre turbatum oculi. *Turbatúmq; oculis. fugit ilicet ocyor Euro,*
Speluncámq; petit. pedibus timor addidit alas.
Vt sese incluſit, ruptísque immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna
Pendebat, fultósque emuniit obice postes:
Ecce, furens animis aderat Tirynthius, omnémque
Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem: ter saxea tentat
De animo vult intelligi Ser. & Egens consilij. Sed alij simplicius, de corpore. *Limina nequicquam: ter fessus valle resedit.*
Stabat acuta silex, præcisis vndique saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, vt prona iugo læuum incumbebat ad amnẽ,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus. inde repentè
Impulit. impulsu quo maximus insonat æther,
Dissultant ripæ, refluítque exterritus amnis.
At specus & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuêre cauernæ.
Non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dijs inuisa, supérque immane barathrum
Ceruatur: trepidéntque immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensum in luce repentè,
Inclusumque cauo saxo, atque insueta rudentem,

Desuper

Desuper Alcides telis premit: omniáque arma
Aduocat, & ramis vastísque molaribus instat.
Ille autē (neq; enim fuga iā super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit: inuoluítque domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis: glomerátque sub antro
Fumiferam noctem, commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis: séque ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, qua plurimus vndam
Fumus agit, nebuláq; ingens specus æstuat atra.
Hîc Cacum in tenebris incēdia vana vomentem
Corripit, in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis:
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cœlo ostenduntur: pedibúsq; informe cadauer
Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum villosáque setis
Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætíque minores
Seruauêre diem: primúsque Potitius autor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit: quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite ô iuuenes, tantarū in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris:
Communémq; vocate deum, & date vina volētes.
Dixerat, Herculea bicolor quum populus vmbra
Velauítque comas, foliísque innexa pependit:
Et sacer impleuit dextram scyphus. ocyus omnes
In mensam læti libant, diuósq; precantur.
Deuexo interea propior fit vesper olympo:
Iámque sacerdotes, primúsque Potitius, ibant,

Lapidibus qui minores molaribus non erant.

Intelligit vapōrē qui in morē vndæ circūuoluebatur.

Abiur. Quas iureiurando negauerat esse apud se. Vel, peierando retinebat. Ser. Contra ius retentæ.

Antea vocauit semihominem.

Custos. ministra. vt *Triuia custos.* S.

Præbete inuicē pocula. Ser. ex Homero.

Herculi consecrata.

Ad signif. magnitudinem: vt quū Gr. dicunt χειροπληθὴς λάας.

Inclinato in noctem. S.

Pellibus in morem cincti flammáſque ferebant.
Inſtaurant epulas, & menſæ grata ſecundæ
Dona ferunt: cumulántque oneratis lancibus aras.
Tum Salij ad cantus, incenſa altaria circum,
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Hic, iuuenũ chorus, ille, ſenum, qui carmine laudes
Herculeas & facta ferunt: vt prima nouerca
Monſtra manu geminóſq; premẽs eliſerit angues:
Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes,
Troiámq; Oechaliámque: vt duros mille labores
Rege ſub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit. Tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylæúmque Pholúmque, manu, tu Creſſia mactas
Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.
Te Stygij tremuêre lacus: te ianitor Orci,
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.
Nec te vlla facies, non terruit ipſe Typhœus,
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.
Salue vera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant: ſuper omnia Caci
Speluncam adyciunt, ſpirantémq; ignibus ipſum.
Conſonat omne nemus ſtrepitu, colléſque reſultant.
Exin ſe cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat rex obſitus æuo:
Et comitem Æneam iuxtà natúmque tenebat,
Ingrediens: varióque viam ſermone leuabat.
Miratur, faciléſque oculos fert omnia circum
Æneas: capitúrque locis, & ſingula lætus
Exquiritque auditque virũm monimenta priorũ.
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis,
Hæc nemora indigenæ Faunı Nymphaq; tenebãt,

Salij. Qui tripudiantes aras circumibant. S.

Orationis forma mutatur in μίμησιν.

Ian. Cerberus.

Non te ita circũſtetit vt reddiderit rationis egentẽ id eſt amẽtẽ. quod hic po. ſæpe pro cõſternato dicit. Vel, Non fuiſti rationis egẽs & cõſilij inops quũ te circumſt.

Sic Ter. dicit Pannis annísque obſitum.

Fac. Mobiles.

Rom. Pallantee, vbi poſtea palatium fuit.

Génſque virûm truncis & duro robore nata:
Queis neq; mos neq; cultus erat: nec iũgere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque aſper victu venatus alebat.
Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis,
Compoſuit, legéſque dedit: Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aurea áque (vt perhibent) illo ſub rege fuêre
Sæcula: ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.
Tum manus Auſoniæ & gentes venêre Sicanæ,
Sæpius & nomen poſuit Saturnia tellus.
Tum reges, aſpérq; immani corpore Tybris:
A quo póſt Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.
Me pulſum patria, pelagíq; extrema ſequentẽ,
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum
His poſuere locis: matriſque egere tremenda
Carmẽtis Nymphæ monita, & deus autor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progreſſus, mõſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quã memorãt Nymphæ priſcũ Carmẽtis honorẽ,
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer aſylũ
Rettulit) & gelida monſtrat ſub rupe Lupercal,
Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.
Necnon & ſacri monſtrat nemus Argileti:
Teſtatúrq; locum, & lethum docet hoſpitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam ſedẽ & Capitolia ducit,

Nec quærere, nec parta tueri, vt Naſo loquitur, Q. d. In diem viuebant.

Dec. Diſcedens & degenerans à priori colore. Poſ. Depoſuit. Mutauit in aliud.

Pel. e. Nauigatiõnem in longinquas & vlt. terras procul domo parantem. Sic pelagi extrema, erunt extremæ & longiſſimè remotæ eius partes. T. Quidam gramm. aliter.

Ad imitationẽ Athenienſis aſyli fecit. S.

Parrh. de more. i. oſtendit Lupercal Panos Lycæi, dicatum ex more Arcadico S.

Execrabilis. S. Iurat non ſua culpa iura hoſpitij fuiſſe violata: quòd Argus quidam ab eo ſuſceptus hoſpitio, ibi fuiſſet necatus. Ex S. Dictam poſtea Tarpeiam: ſic Capitolia.

Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Rell. Metus. S. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
Dira idem Ser. exp. magna, cui non assentior. "Dira loci, iam tum syluam saxúmque tremebãt.
Hoc nemus, hunc (inquit) frondoso vertice collem,
Sax. Tarpeium. (Quis deus, incertũ est) habitat deus. Arcades ipsũ
Credunt se vidisse Iouem, quum sæpe nigrantem
Nimb. pro fulminibus. S. Ægida concuteret dextra, nimbósque cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Reliquias veterúmque vides monimenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbẽ:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri: passímque armenta videbant
Vbi postea Romani forum & Carinæ fuerunt. Romanóque foro & lautis mugire carinis.
Ut ventum ad sedes, Hæc (inquit) limina victor
Alcides subiit, hæc illum regia cepit.
In animum tuũ fortiter inducito. Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignũ
Finge deo: rebúsque veni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Æneam duxit: stratisque locauit,
Effultum foliis & pelle Libystidis vrsæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis:
At Venus haud animo nequicquã exterrita mater,
Laurentúmque minis & duro mota tumultu,
Vulcanũ alloquitur: thalamóq; hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem:
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Fataliter ad exitium destinata. Ita Ser. quasi fato debita. Debita, casuráque inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miseris, non armaroganti
Artis opisque tuæ: nec te charissime coniux,
Incassúmue tuos volui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Æneæ fleuissem sæpe laborem.

Nunc, Iouis imperijs, Rutulorum conſtitit oris:
Ergo eadem ſupplex venio, & ſanctũ mihi numen
Arma rogo, genitrix nato. te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aſpice qui coeant populi, quæ mœnia clauſis
Ferrum acuant portis, in me excidiúmq; meorum.
Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè
Accepit ſolitam flammam, notúſque medullas
Intrauit calor, & labefacta per oſſa cucurrit:
Non ſecus atque olim tonitru quum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Senſit lata dolis & formæ conſcia coniux.
Tum pater aterno fatur deuinctus amore,
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quo tibi diua mei? ſimilis ſi cura fuiſſet,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet.
Nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant
Stare, decémq; alios Priamum ſupereſſe per annos.
Et nunc ſi bellare paras, atque hæc tibi mens eſt,
Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ,
Quod fieri ferro liquidóue poteſt electro:
Quantum ignes animæq; valent: abſiſte, precãdo,
Viribus indubitare tuis. ea verba loquutus,
Optatos dedit amplexus: placidúmque petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.
Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat ſomnum: quũ fœmina primum
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua,
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctẽ addens operi: famulásq; ad lumina longo
Exercet penſo, caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos:

Poſt *Arma rogo*, dicit Ser. eſſe diſtinguẽdum: vt cui petat, non dicat, ſed relinquat intelligendum.

Cunctantem de promiſſione. S.

Magno atque adeo immenſo. T. Legitur autẽ & deuictus.

Ex alto, Non. exp. Ex vetuſto & antiquo. At Ser. Argumentatione longè repetita.

Sim Si ſollicita itidẽ fuiſſes de armis habẽdis.

Venti efficere poſſunt in fabrili arte.

Abſ. Deſine, precando me, oſtẽdere te incertã de autoritate qua valere poſſis apud me.

Lanificio, Lanificij arte. Alij, pro mercede & pretio, quod minerual dicitur.

Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo,
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus Æoliámque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus & Cyclopum exesa caminis
Antra Ætnæa tonant: validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: striduntque cauernis
Strictura Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésq;, Steropésq;, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus, iam parte polita
Fulmen erat (toto genitor quæ plurima cœlo
Deiicit in terras) pars imperfecta manebat.
Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant: rutili tres ignis & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitúmq; metúmque
Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras.
Parte alia Marti currúmq; rotásq; volucres
Instabant: quibus ille viros, quibus excitat vrbes:
Ægidáq; horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squamis serpentum auróq; polibant:
Connexósq; angues, ipsámque in pectore diuæ
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta (inquit) cœptósque auferte labores
Ætnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
Præcipitate moras. Nec plura effatus: at illi
Ocyus incubuere omnes, paritérque laborem
Sortiti. fluit æs riuis aurique metallum:
Vulnificúsq; chalybs vasta fornace liquescit.

Vnam ex Vulcaniis insulis nomine Hierā describit: vbi collis est flammas noctu euomens. T. *Ætn.* Quod ex illis ictibus etiā Ætnæa resultarent: vel signif. Ætnæis similia. *Ref.* per echo. *Hoc* pro huc, vt test. Prisc. & S. Qualia plur. Iup. ab omni parte cœli deiicit in t. *Imbr.t.* Periphr. grandinis. Torti. i. constricti & coacti in grandinem. S. *Rad.* Fulminis quod trifidū pingebatur, cuspides radios dicebant. Sic Apollonius dixit ἀκτῖνα. Ad bella concitata. vt s. Extemplo turbati animi. T. Al. *certos lab.* i. qui quotidiana opera exercentur. qui olim instituti, qui vobis præcipuè soliti. Pier. Distribuerunt inter se siue diuiserūt artis suę officia. vt alibi, *Sortiti remos.* propriè, Sorte diuisęrunt.

Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum: septenósque orbibus orbes
Impediunt. alij ventosis follibus auras
Accipiunt reddúntque, alij stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositus incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versántque tenaci forcipe massam.
Hæc pater Æolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior: tunicáque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri atq; humeris Tegeæũ subligat ensem,
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini custodes lumine ab alto
Procedunt, greßúmq; canes comitantur herilem.
Hospitis Æneæ sedem & secreta petebat
Sermonum memor & promissi muneris heros.
Nec minùs Æneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, mediisq; residunt
Ædibus: & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc,
Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam
Res equidem Troiæ victas aut regna fatebor:
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires. hinc Thusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murũ circũsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos opulentáq; regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam

Ita tingunt vt strideãt, seu stridant. Vel, Tingendo stridere faciunt.

Lemnpater. Vulcanus à Lemno insula.

Quia calceos Tuscos primùm senatores, deinde & milites gerere soliti sunt. T.

Auxilij promissi illi.

Quem illis tutò inter se conferre licebat.

Al. *Quàm f.* Fati necessitate factum est vt venires: fortunę beneficio, vt illi ducẽ requirãt. Legitur & *affert.* Vide Ser.

Opere antiquo S.

Gens bello præclara iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
Imperio & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cædes? quid facta tyrãni
Effera? dij capiti ipsius generique reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibúsque manus atque oribus ora,
(Tormenti genus) & sanie tabóque fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsúmque domúmque:
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes, Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hospitis armis,
Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis:
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Æneа ductorem millibus addam.
Toto nanque fremunt condensæ littore puppes,
Signáq; ferre iubent. retinet longæuus aruspex,
Fata canens, O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterum virtúsq; virûm, quos iustus in hostẽ
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.
Ipse oratores ad me regnique coronam
Cum sceptro misit, mandátq; insignia Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenáque regna capessam.
Sed mihi tardæ gelu seclísq; effœta senectus
Inuidet imperium, seraq; ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,

Sanie, mortui: *tabo*, viuentis. S.

Insigne, species pro genere. q. Tusci reges nõ habuerunt coronã. Insignia autem, omnia ornã. regalia. Vel insignia pro magna. S.

G. frigore senili tarda, & annis debilitata.

Ingredere, ô Teucrûm atq; Italûm fortissime ductor.
Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Pallanta adiungam. sub te tolerare magistro
Militiã & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo: totidémque suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
Æneas Anchisiades & fidus Achates:
Multáq; dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto.
Nanque improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repentè,
Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterũ atq; iterũ fragor intonat ingens:
Arma inter nubem, cœli in regione serena,
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuêre animis alij: sed Troïus heros
Agnouit sonitum & diuæ promissa parentis.
Tum memorat, Ne verò hospes, ne quære profecto
Quem casum portenta ferant: ego poscor olympo.
Hoc signum cecinit missuram diua creatrix.
Si bellum ingrueret, Vulcaniáq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant:
Quas pœnas mihi Turne dabis: q̃ multa subundas
Scuta virûm, galeásq;, & fortia corpora volues,
Tybri pater. poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc vbi dicta dedit, solio se tollit ab alto:
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat: hesternúmque Larem paruósq; Penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes:
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.

Al. Intenti. Sed defixi præ se fert etiam stupo rem quendam. Pier.

Aper. Sereno. vt aliib, *Aperta serena.*

Son. Quid sonitus significaret.

Olym. vel, De olym. poscor. i. Hæc signa causa mei fiũt. Vel, In olympũ poscor. S At P. rectius, Poscor ad bellum ex ol.

Fœ. Datã de fœderibus sancien dis fidem fran. Hypal pro Her culeas aras, in quibus erant ignes sopiti.

H. Cui pridie sacrificauerat. S.

Posthinc ad naues graditur, sociósque reuisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstantes virtute legit: pars cætera prona
Fertur aqua, segnisque secundo defluit amni,
Nuntia ventura Ascanio rerúmque patrisque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua:
Eximium, Egregium. *Ducunt exsortem Æneæ, quem fulua leonis*
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.
Aur. Aut quia vngues ipsi, quũ aruerunt, auri imitantur colorem: aut quia solebãt deaurari. *Fama volat paruam subitò vulgata per vrbem,*
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.
Vota metu duplicant matres, propiúsque periclo
It timor, & maior Martis iam apparet imago.
Timet propinquum periculũ. Sc. *Tum pater Euandrus dextram complexus euntis*
Hæret, inexpletum lacrymans: ac talia fatur,
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos:
(Qualis erã quum primã aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorúmque incendi victor aceruos:
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi:
Nascenti cui tres animas Feronia mater,
(Horrẽdum dictu) dederat: terna arma mouẽda,
Ter letho sternendus erat: cui tunc tamen omnes
Abstulit hac animas dextra, & totidẽ exuit armis)
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Al. *finitimo.* *Nate tuo: neque finitimus Mezentius vnquam*
Huic capiti insultans, tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.
At vos, ô superi, & diuũm tu maxime rector
Al. *Reminiscere regu, Exaudique preces patrias.* *Iuppiter, Arcadij quæsõ miserescite regis:*
Et patrias audite preces. si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant:
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
Ferre, Sustinere. *Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.*
Sin aliquem infandum casum Fortuna minaris,

Nunc ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam:
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer, mea sera & sola voluptas,
Complexu teneo: grauior ne nuntius aures
Vulneret. Hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant:
Iámque adeò exierat portis equitatus apertis:
Æneas inter primos & fidus Achates:
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis cõspectus in armis.
Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
(Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes)
Extulit os sacrum cœlo, tenebrásque resoluit.
Stant pauidæ in muris matres, oculísq; sequuntur
Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas.
Olli per dumos, quâ proxima meta viarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedãte putrẽ sonitu quatit vngula cãpũ.
Est ingens gelidum lucus prope Caritis amnem,
Religione patrum latè sacer: vndique colles
Inclusêre caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum pecorísque deo, lucúmque diémque,
Qui primi fines aliquando habuêre Latinos.
Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebãt
Castra locis: celsóque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Æneas & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessique & equos & corpora curant.
At Venus ætherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natúmq; in valle reducta
Vt procul è gelido secretum flumine vidit,
Talibus affata est dictis, seque obtulit vltrò:

Vt Gr. dicunt τηλύγετον & μουνογενῆ.

Cõspicuus, Spectabilis.

De quadruped properantibus hęc vox dicitur. Plaut. *quadrupedanti canterio.* T.

Deam confessa, vt lib. 2 S.

En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera. ne mox aut Laurentes nate superbos
Aut acrem dubites in prælia" poscere Turnum.
Prouocare. *Dixit & amplexus nati Cytherea petiuit:*
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Quòd manifesta viderat matrem & numinis sui plenã. S. *Ille deæ donis & tanto lætus" honore,*
Expleri nequit, atque oculos per singula voluit:
Miratúrq;, intérq; manus & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammásque vomentem,
Fatiferúmque ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis quum cærula nubes
Solis inardescit radijs, longéque refulget.
Tum leues ocreas, electro auróque recocto,
Hastámque, & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorúmque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturíque inscius æui,
Ab Asc. vsque ad Aug. Cæs. S. *In ord.* fecerat. *Fecerat ignipotens. illic genus omne futuræ*
Stirpis" ab Ascanio, pugnatáque" in ordine bella
Gem. Totus hic locus Ennianus est. teste Ser. *Fecerat: & viridi fœtam Mauortis in antro*
C. Vbi populus spectat. S. *Procubuisse lupam: "geminos huic vbera circum*
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Pro porco dicũ putãt grãm. Sueton. porcã, Liuius porcum dixit. Sed Porcus & de fœmina dictum fuisse videtur. T. *Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.*
Nec procul hinc, Romã, & raptas sine more Sabinas
Consessu" caueæ, magnis Circensibus actis,
Addiderat: subitóque nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatióque seni Curibúsque seueris.
Citæ quadr. vt quæ cursitabãt in spatio circi maxima concitatione curriculi. T. *Pòst ũdem inter se posito certamine reges*
Armati, Iouis ante aras, paterásque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera" porca.
Haud procul inde," citæ Metiũ in diuersa quadrigæ
Man. manere debuisses, vel debueras. *Distulerant (at tu dictis Albane" maneres)*
Raptabátque viri mendacis viscera tellus

Per ſyluam,& ſparſi rorabant ſanguine vepres.
Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat
Accipere,ingentíque vrbem obſidione premebat.
Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti ſimilem,ſimilémque minanti
Aſpiceres:pontem auderet quòd vellere Cocles,
Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis.
In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo,& Capitolia celſa tenebat,
Romuleóque recens horrebat regia culmo.
Atque hîc auratis volitans argenteus anſer
Porticibus,Gallos in limine adeſſe canebat:
Galli per dumos aderant,arcémque tenebant,
Deſenſi tenebris & dono noctis opacæ.
Aurea cæſaries ollis,atque aurea veſtis:
Virgatis lucent ſagulis:tum lactea colla
Auro innectuntur. duo quiſque Alpina coruſcant
Cæſa manu,ſcutis protecti corpora longis.
Hîc exultantes Salios,nudóſque Lupercos,
Lanigeróſque apices,& lapſa ancilia cœlo
Extuderat:caſtæ ducebant ſacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus.hinc procul addit
Tartareas etiam ſedes,alta oſtia Ditis:
Et ſcelerum pœnas,& te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo,furiarúmq; ora trementem:
Secretóſque pios,his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea:ſed fluctu ſpumabant cærula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis,æſtúmque ſecabant.
In medio claſſes æratas,Actia bella,
Cernere erat:totúmque inſtructo Marte videres
Feruere Leucaten,auróque effulgere fluctus.

Summa clypei parte.

Pro defenſione templi.S.

Veſtis pro barba. vnde inueſtes, imberbes. S.

Virg. ῥαβδωτὰς. virgas quaſdam in longum aut latum varia ſerie & colore porrectas habẽtibus.T.

Lan.ap. Quia flamines geſtabãt pileum, in quo erat breuis virga deſuper habens aliquid lanæ. S.

Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar,
Cum patribus, populóq;, Penatibus & magnis dijs,
Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumq; aperitur vertice sidus.
Parte alia, ventis & dijs Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens: cui "belli insigne superbum,
Debello Siculo, quod cũ Pompeio gestũ est. T. *Tempora nauali fulgent rostrata corona.*
Hinc ope barbarica variisque Antonius armis
Victor, ab auroræ populis & littore rubro
Ægyptum viresque Orientis, & vltima secum
Bactra vehit: sequitúrq; (nefas) Ægyptia cõiux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Sic & lib. 5. Sed al. leg. vtrobique *rostris strid.* alij, *rostrisque trid.* *Connulsum remis "rostrisque" stridentibus æquor.*
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus instant:
Stuppea flamma manu, telisque volatile ferrum
Arua Nept. pro mari. *Spargitur: "arua noua Neptunia cæde rubescunt.*
Regina in medijs patrio vocat agmina sistro,
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
Omnigenúmq; deũm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunũ & Venerem, contráq; Minerua
Tela tenent. Sæuit medio in certamine Mauors,
Cælatus ferro, tristésque ex æthere Diræ,
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Act. i. littoralis. qui in Leucadio littore colebatur, & ludis triennalibus & gymn. & circens. nauali búsque celebrabatur. T. *Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.*
"Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos iam iamque immittere funes.
Vento ex Appulia flante. *Illam inter cædes, pallentem morte futura,*
Fecerat ignipotens vndis & "Iapyge ferri:

Contrà autem mágno mœrentem corpore Nilum,
Pandentémque sinus, & tota veste vocantem
Cæruleũ in gremium latebroſáq; flumina victos. Quia Niliorigo neſcitur.S.
At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, dys Italis votum immortale ſácrabat,
Maxima ter centum totam delubra per vrbem.
Lætitia ludíſq; viæ plauſúque fremebant: Ludi compitalitij celebrabantur.S.
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæſi ſtrauêre iuuenci.
Ipſe ſedens niueo candentis limine Phœbi, Marmoreitempli limine.
Dona recognoſcit populorum, aptátque ſuperbis
Poſtibus. incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam veſtis & armis.
Hîc Nomadũ genus, & diſcinctos Mulciber Aſros,
Hîc Lelegas, Caráſq; ſagittiferóſq; Gelonos
Pinxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis:
Extremíq; hominum Morini, Rhenúſq; bicornis,
Indomitiq; Daæ, & pontem indignatus Araxes. Al. Dacæ, vel Daci.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur: rerúmque ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famámq; & fata nepotum.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. IX.

ARGVMENTVM.

Absente Ænea, & in Tuscia conquirendis auxiliis occupato, Turnus á Iunone per Iridem admonitus ne tãtam rei bene gerẽdæ occasionem amitteret, quam proximè ad hostes copias admouet. Qui quum suis se mœnibus continerent, neque æquo loco facerẽt dimicandi potestatem, vt illis spem omnem fugæ intercluderet, classem exurere conatur. Erat eius classis materia ex Idææ matris luco cæsa: quapropter matris precibus adductus Iuppiter, naues omnes instanti incendio eripuit, & in totidem nymphas marinas conuertit. Post hæc imminẽte iam nocte, Turnus aduersus hostium eruptiones ad oppidi portam excubias disponit: iis Messapũ prẽficit. Interim consultantibus Troianorum ducibus, quémnam potissimum ad Aeneã mitterent, qui de suorum periculo eum faceret certiorem: vltro eam prouinciam suscipiunt Nisus & Euryalus, coniunctissimum amicorum par: qui quum vrbe emissi, hostium excubias vino somnóque obrutas offendissent, Rhamnetem cũ magno Rutulorum numero trucidant, eorúmque se spoliis exornãt. Verùm quũ instante iam luce se recipere conantur, à Volscentis equitibus conspecti, ad syluas confugiunt. Ibi Euryalus armorum pondere viæque errore impeditus in hostes incidit, & à Volscente, frustra deprecante Niso, confoditur. Nisus quoque, cæso Volscente, & Euryali nece strenuè vindicata, multis vulneribus confossus, super amici corpus concidit. Capita hastis affixa, in castra deferuntur: vbi à Troianis è mœnibus agnita ingentem in vrbe luctum excitant. Interim Turnus totis viribus hostes oppugnat: magna vtrinque strages editur. Ibi Ascanius Numanũ, insolentius se iactantẽ, sagittæ ictu interficit. Pandarus & Bitias succesſu elati, portam recludunt, hostésque subeuntes ingenti cæde propellunt. Eius rei nũtio accepto Turnus per portã patentem in oppidum irrumpit, Troianósque in fugam conuertit. Tandem hostium multitudine circumuentus, paulatim cedit ad eam oppidi partem quæ fluuio alluitur: &, vt erat armatus, flumen trauans, incolumis ad suos reuertitur.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues, Rutulis iaculantibus ignem,

Nymphas arum

Nympharum in speciem diuino numine versæ.
Euryali & Nisi ceptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Æneadæ vallúmque tuentur.
Audacem Rutulum dat letho pulcher Iulus.
Fit via vi Turnus Bitian & Pandaron altum
Deijcit, & totis victor dat funera castris:
Iámque fatigatus recipit se in castra suorum.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Ad Turnum properè Iunonia mittitur Iris,
Instigátque animos: acies mouet ille, Phrygáque
Obsidet. in nymphas versa est Æneia clasis.
Euryalus Nisúsque luunt nece prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris, mox pellitur inde.

ALIVD, MONOSTICHON.

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.

ALIVD.

Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.

ATque ea diuersa penitus dũ parte geruntur,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. luco tum fortè parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore loquuta est,
Turne, quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltro.
Æneas, vrbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini sedémque petit Euandri:
Nec satis: extremas Coriti penetrauit ad vrbes:
Lydorúmq; manum, collectos armat agrestes.
Quid dubitas? nũc tẽpus equos, nũc poscere currus.
Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra.
Dixit, & in cœlum paribus sesustulit alis,
Ingentémq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicésq; ad sidera palmas
Sustulit: ac tali fugientem est voce sequutus,
Iri, decus cœli, quis te mihi nubibus actam

Sed. Hîc sedere de eo dicit qui mortuis feriatur Nam Pil. à Turno colitur pro mortuo, licet habitus postea deus. vt de nicalibus feriis resideri mortuos scripsit Ci. T.

Vol. Voluta, vt apud Lucr. exp. Quidam, volubilis. Sic Hom. περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Petit pro petiit (vt *Malo me Gal. petit*) nam propter coitum vocalium, vlt. aliàs breuis, producitur. T. Sed tamen Al. *petiuit.*

Detulit in terras? vnde hæc tam clara repentè
Tempestas? video medium dissedere cœlum,
Palantésq; polo stellas. sequar omina tanta,
Quisquis in arma vocas. Et sic effatus, ad vndam
Processit, summóque hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans: oneravitque æthera votis.
Iámque omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equûm, diues pictaï vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est:
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Quum refluit campis, & iam se condidit alueo.
Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus,
Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra!
Ferte cuti ferrum: date tela, scandite muros:
Hostis adest: eia, ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Nanque ita discedens præceperat optimus armis
Æneas, si qua interea fortuna fuisset,
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
Obiciunt portas tamen, & præcepta facessunt:
Armatique cauis expectant turribus hostem.
Turnus, vt ante volans tardũ præcesserat agmẽ,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristáq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum, ô iuuenes, qui primus in hostem?

Disc. vt Cic. de hiatu terræ, Quũ terra discessisset magnis quibusdam imbribus.

Pal. discursantes, vel, vagantes.

Dium equûm: Exercitus: potiùs quàm Messapus.

Amn. alueis, vt vult Ser. Alij de septem fluminibus quæ in se Ganges recipit.

Per tac. altus. i. per profundam altitudinẽ. Ser. ex Aspero.

Quis pro quantus, admirantis, non interrogantis.

Al. & scandite.

Q. d. sicut decet optimum ducẽ. *Fort.* Siquis casus bellicus interueniisset.

Hortatur.

Tard. ag. Peditum, qui equitũ cõparatione tardi sunt. S.

En, ait, & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ: & campo sese arduus infert.
"Clamore excipiunt socij, fremitúque sequuntur
Horrisono: Teucrûm mirantur "inertia corda:
"Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. huc turbidꝰ atq; huc
Lustrat equo muros, aditúmq; per auia quærit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Quũ fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres,
"Nocte super media: tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet:
Qua tentet ratione aditus, & "qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque "effundat in æquor.
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septam circum & fluuialibus vndis,
Inuadit: sociósque "incendia poscit ouantes:
Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum verò incumbunt: vrget præsentia Turni,
Atque omnis facibus pubes "accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Tæda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis deus ô Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. prisca fides "facto, sed fama perennis.
Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat:
Ipsa deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem, Da nate petenti,
Quod tua chara parens domito te poscit olympo.

Hastæ iactum clamore comitantur. S. Al. *clamorem.*

Inert. corda. Quę talia esse indicabãt ex iis quæ statim addit, *Non æquo dare se c.*

Non facere pugnandi potestatem. Sc.

Vltra mediam noctem.

Ser. magis probat *Quæ via.* Quidam *Qua* exp. In quo loco: *via* autem, accessio ad muros.

Eff. Cogat æquo campo se dare. vt v. 56.

Inc. Ignem vel faces ad incendia.

Acc. Armatur.

Factum hoc licet priscum sit, tamen fama eius non est obliterata. S.

Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quò ſacra ferebant,
Nigranti picea trabibúſq; obſcurus acernis:
Has ego "*Dardanio iuueni, quum claſſis egeret,*
Læta dedi: nunc ſollicitam timor anxius "*vrget.*
"*Solue metus, atq; hoc precibus ſine poſſe parentẽ,*
Ne curſu quaſſatæ vllo neu turbine venti
Vincantur: proſit noſtris in montibus ortas,
Filius huic contrà, torquet qui ſidera mundi,
O genitrix, quò fata "*vocas? aut quid petis iſtis?*
Mortaline manu factæ immortale carinæ
"*Fas habeant?* "*certúſq; incerta pericula luſtret*
Æneas? cui tanta Deo permiſſa poteſtas?
Imò vbi defunctæ finem portúſque tenebunt
Auſonios, "*olim quæcunque euaſerit vndis,*
Dardaniúmq; ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Æquoris eſſe deas: qualis Nereïa Doto
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum, Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes atráque voragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Ergo aderat promiſſa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant: quum Turni iniuria "*matrem*
Admonuit ſacris ratibus depellere tædas.
Hîc primùm noua lux oculis effulſit, & ingens
Viſus ab aurora cœlum tranſcurrere nimbus,
Idáque chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum Rutulorúmq; agmina complet:
Ne trepidate meas Teucri defendere naues,
Neu armate manus: maria antè exurere Turno
Quàm ſacras dabitur pinus. vos ite ſoluta,
Ite deæ pelagi. "*Genitrix iubet, & ſua quæque*

Dard. iuueni, Æneæ.
Al. *Angit.* vt & apud Ser.
Exime mihi metus. Libera me hoc metu.
Legitur etiam *fata trahis.* quàm lect. ſequitur Ser.
Ius, vt exp. Ser.
Securus euentuum ac periculorum, quia potius qui nauigat, incertus certa adit pericula. Sc.
Vel *olim* iunge cum præcedentibus.
Matrem. quidã intelli. de matre deorum Berecynthia, (quæ & Cybele) cuius paulo antè facta mentio.
Alij *Gen. iubet*, iungũt præced.

Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinúmq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt. hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontóque feruntur,
Quot priùs æratæ steterant ad littora proræ. Quidã vet. cod. non habent hũc versum.
Obstupuere animis Rutuli. conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, reuocátq; pedem Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro,
Troianos hæc monstra petunt: his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit, non tela nec ignes Malum Troianis portendunt.
Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris, Non expectant Tro. vt Rutulorum telis aut ign. pereant, quiam nauium amissione perierunt. S.
Nec spes vlla fugæ: rerũ pars altera adempta est:
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Siqua Phryges præ se iactant responsa deorum.
Sat fatis Venerique datum est, tetigere quòd arua In nostra est potestate, Nobis patet.
Fertilis Ausoniæ Troes: sunt & mea contrà Algentis.
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge præreptâ. nec solos tangit Atridas Myc. Nam Mycenæ vrbs Agamemnonis.
Iste dolor, solíque licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est. peccare fuisset
Antè satis, penitus modo non genus omne perosos
Fœmineum: quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarúmq; moræ, lethi discrimina parua, Al. *lethi* discrimine paruo.
Dant animos. ánnon viderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu, considere in ignes?
Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat, et mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
Etrusci socios: tenebras & inertia furta

Hæc opponit tenebris & furtis, quæ dixit.

Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo:
Luce palam certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga
Esse putent, decimum quos distulit Hector in annũ.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
Quod supereſt, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri, & pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti. ast illos centeni quenque sequuti,
Purpurei cristis iuuenes auróque coruſci,
Discurrunt, variántque vices fusique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Collucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

Festini per formidinem. S.

Hæc super è vallo prospectant Troes, & armis
Alta tenent: necnon trepidi formidine portas
Explorant, pontésque & propugnacula iungunt:
Tela gerunt. instant Mnestheus acérque Serestus:
Quos pater Æneas, siquando aduersa vocarent,
Rectores iuueni, & rerum dedit esse magistros.

Iuueni, Asanio. Al. *Iuuenũ*. quod de magistris militum accipiendũ esset, vt vult Ser. Sed alteram lect. sequitur & Don.

Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercétque vices, quod cuiq; tuẽdum est.
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,
Hyrtacides (comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem leuibúsque sagittis)
Et iuxtà comes Euryalus: quo pulchrior alter
Non fuit Æneadûm, Troiana nec induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat, paritérque in bella ruebant:
Tunc quoque communi portam statione tenebant.

Ex. vices. i. per vices excubat.

Iuuenta pro lanugine & eorum pente barba. vt ἥβη, Gr. T. Q. c. Ad id quod accepit tuendũ. S.

Niſus ait, "Diíne hũc ardorem mentibus addunt Incendórne hoc
Euryale? an ſua cuique deus fit dira cupido? ardenti deſide-
Aut pugnã aut aliquid iamdudũ inuadere magnũ rio, dei alicuius
Mens agitat mihi, nec placida cõtenta quiete eſt. inſtinctu, an
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum: quiſque ſuam
Lumina rara micant: ſomno vinóque ſoluti diram cupidita-
Procubuere: ſilent latè loca: percipe porrò tem pro dei in-
Quid dubitẽ, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. ſtinctu habeꝰ
Æneam acciri omnes, populúſque patréſque, vel, afflatu.
Expoſcunt: mittíque viros qui certa reportent.
Si tibi quæ poſco promittunt (nam mihi facti
Fama ſat eſt) tumulo videor reperire ſub illo
Poſſe viam ad muros & "mœnia Pallantea. *M. Pallant.* Vbi
Obſtupuit magno laudum perculſus amore nunc credit eſ-
Euryalus: ſimul his ardentem affatur amicum, ſe Æneam.
Méne igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Niſe fugis? ſolum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiaéq, labores
Sublatum erudiit: nec tecum talia geſſi,
Magnanimum Æneã & fata extrema ſequutus.
Eſt "hic, eſt animus lucis contemptor: & iſtum Vel *hic* aduer-
Qui vita benè credat emi, quò tendis, honorem. bium: id eſt, in
Niſus ad hæc, Equidem de te nil tale verebar, meo pectore. S:
Nec fas: "non: ita me referat tibi magnus ouantem Q.d. Nõ fas eſt,
Iuppiter, aut quicunque oculis hæc aſpicit æquis. inquã. Alij par-
Sed ſiquis (quæ multa vides diſcrimine tali) tic. *non* iungunt
Siquis in aduerſum rapiat caſúſve deúſue, ſequentibus.
Te ſupereſſe velim: tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, pretióue redemptum,
Mandet humo ſolita: aut, ſiqua id fortuna vetabit,
Abſenti ferat inferias, decorétque ſepulcro.
Neu matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris,

Ausa prof. pro Ausa est prosequi. Vel, Prosequitur, rem tã-tã ausa. De hac v. 284. Cęterùm pro *ausa* legitur etiam *una*.

Quæ te sola, puer, multis è matribus ausa
Prosequitur, magni nec mœnia curat Aceste.
Ille autem, Causas nequicquam nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait. vigiles simul excitat: illi
Succedunt. seruántq; vices, statione relicta
Ipse comes Nisus graditur, regémque requirunt.
Cætera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum:
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus,
Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quisue Æneæ iam nuntius esset.

Stant l. Ostendit eam eos diurna statione fatigatos. S.

Sic Naso, *Grande moræ pretiũ.*

Festinos.

Stant longis admixi hastis, & scuta tenentes,
Castrorum & campi medio. tum Nisus & vnà
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretúmq; moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides, Audite ô mentibus æquis
Æneadæ: néue hæc nostris spectentur ab annis,
Quæ ferimus. Rutuli somno vinóque sepulti
Contiuere: locum insidijs conspeximus ipsi,
Qui patet in biuio portæ quæ proxima ponto.
Interrupti ignes, atérque ad sidera fumus

Fortunã sequi, & arripere occasionem. Sc.

Erigitur. si fortuna permittitis vti,
Quæsitum Æneam ad mœnia Pallantea,
Mox hîc cum spolijs, ingenti cæde peracta,
Affore cernetis. nec nos via fallit euntes.

Nos in obsc. vall. positi vid. pri. partem vrbis. S.

Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem,
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Hîc annis grauis atque animi maturus Alethes,
Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Quum tales animos iuuenum & tam certa tulistis

Pectora. Sic memorãs, humeros dextrásq; tenebat
Amborum, & vultum lacrymis atq; ora rigabat.
Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus ausis
Præmia posse rear solui? pulcherrima primùm
Dij moresq; dabunt vestri: tum cætera reddet
Actutum pius Æneas, atque integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquam.
Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto
(Excipit Ascanius) per magnos Nise Penates,
Assaracique Larem, & canæ penetralia Vestæ,
Obtestor (quacunque mihi fortuna, fidésq; est,
In vestris pono gremiis) reuocate parentem,
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aspera signis
Pocula, demicta genitor quæ cepit Arisba:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta:
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si verò capere Italiam, sceptrísq; potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum, clypeum cristásq; rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosq; dabit, suáq; omnibus arma:
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te verò, mea quem spatijs propioribus ætas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omnes.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem seu bella geram: tibi maxima rerum
Verborúmq; fides. Contra quem talia fatur
Euryalus. Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: tantùm fortuna secunda

Ser. legit. *laudibus istis*: vt in alijs cod.

Int. æui, vel de præsenti temp. vel de futuro. i. quũ ad maturam seu virilẽ ætatem peruenerit.

Me commendo vestræ virtuti. Sc.

Extra sortẽ tibi dabo: nec in sortitionem prædemittentur, sed tibi extra ordinem cedent. T. Præter hæc. Al. *Insuper, id căpi. Me n. d.* Nunquam meam de hoc audaci incepto sententiã mutabo. *Tant.* Hoc tantũ modo de me possum promittere. Ita Ser. qui ex hac exposi. ostendit se aduerb. à sequentibus & præced. separare. At. Dõ. videtur legisse, *tantùm sort. secũda, Haud aduersa c.*

Super pro vltra. *Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona*
Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus,
Mecum excedentem, non mœnia regis Acesta.
Hanc ego nũc ignarã huius quodcunq; pericli est,
Inque salutatam linquo (nox & tua testis
Dextera) quòd nequeã lacrymas perferre parẽtis.
At tu, oro, sõlare inopem, & succurre relictæ.

Fac me posse sperare, te non defuturum precibus meis. Sc. *Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo*
In casus omnes. Perculsa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas: ante omnes pulcher Iulus,
Repræsentauit Euryalus chari tatem erga parentes. Sc. *Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.*
Tum sic effatur,
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Nanque erit ista mihi genitrix, nomẽq; Creusæ
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicunque sequetur.
Per caput hoc iuro (per quod pater ante solebat)
Quæ tibi polliceor reduci, rebúsq; secundis,
Hæc eadem matríque tuæ generique manebunt.
Sic ait illacrymans: humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Cnossius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Hoc verbum in preced. etiamin tell. Ensẽ exuit, & dat Euryalo. *Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis*
Exuuias: galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt. quos omnis euntes
Perm. Quia sunt aliæ galeæ explorantium. S. *Primorum manus ad portas iuuenúmque senúmq;*
Prosequitur votis. necnon & pulcher Iulus,
Ante annos animúmq; gerens curámque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata: sed aura
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctisq; per vmbram
Castra inimica petunt: multis tamen antè futuri

Exitio. passim vino somnóque per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus:
Inter lora rotásque, viros, simul arma iacere,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore loquutus,
Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res. Occasioſuadet. Sc.
Hac iter est: tu, nequa manus se attollere nobis *Hac. i.* per hostium cædem & audaciam nostram. S.
A tergo possit, custodi, & consule longé.
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocémq; premit: simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem. Exitium, Mortem.
Tres iuxtà famulos temerè inter tela iacentes,
Armigerúmq; Rhemi premit, aurigámq;, sub ipsis
Nactus equis, ferróque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, trũcúmq; relinquit,
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore
Terra toríq; madẽt. necnõ Lamyrúmq; Lamúmq;, Plurimum. Quil. in plurimam vsque noctem. i. maximam noctis partem. *Prot.* Vlterius pergendo, seu progrediendo. Vel, Non intermittendo. Tmesis, p Perturbans ouilia. *M.* pro cruore. Eduxit gladiũ cũ multo cruore. Alij legunt purpureum, de ense qui multo cruore esset purpureus. S. Vel, *Multa morte*, cũ multo morientis cruore.
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multóque iacebat
Membra deo victus. felix, si protinus illum
Æquasset nocti ludum, in lucémq; tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq; trahítque
Molle pecus, mutúmq; metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse
Perfurit: ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadúmq; Hebesúmq; subit, Rhœtúmq;, Abarímq;,
Ignaros: Rhœtum, vigilantem & cuncta videntẽ:
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.

Purpureã vomit ille animã, & cũ ſanguine miſta
Vina refert moriens. hic furto feruidus inſtat.
Iámque ad Meſſapi ſocios tendebat, vbi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter quum talia Niſus
(Senſit enim nimia cæde atque cupidine ferri),
Abſiſtamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Pœnarum exhauſtum ſatis eſt: via facta per hoſtes.
Multa virûm ſolido argento perfecta relinquunt
Armáque, craterásq; ſimul, pulchróſq; tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula: Tyburti Remulo ditiſſimus olim
Quæ mittit dona, hoſpitio quum iungeret abſens,
Cædicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti,
Poſt mortem bello Rutuli prædáque potiti:
Hæc rapit, atq; humeris nequicquã fortibus aptat:
Tum galeam Meſſapi habilem criſtiſq; decoram
Induit. excedunt caſtris, & tuta capeſſunt.
Interea præmiſſi equites ex vrbe Latina,
Cætera dum legio campis inſtructa moratur,
Ibant, & Turno regi reſponſa ferebant,
Ter centum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro,
Iámq; propinquabant caſtris, muróque ſubibant,
Quum procul hos læuo flectentes limite cernunt:
Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in vmbra
Prodidit immemorem, radiiſque aduerſa refulſit.
Haud temerè eſt viſũ (cõclamat ab agmine Volſcês
State viri: quæ cauſa viæ? quíue eſtis in armis?
Quóque tenetis iter? Nihil illi tendere contrà,
Sed celerare fugam in ſyluas, & fidere nocti.
Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota
Hinc atq; hinc, omnémq; aditum cuſtode coronãt.
Sylua ſiut latè dumis atque ilice nigra

F. f. Perſequitur furtiuas cædes. At Ser. exp. nocturno prælio.

Aptam & conuenientem. Sic, -humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.

Non penitus illuſtri. quod lib. 6, dicit, *lunæ ſub luce maligna*. Sc.

Tend. Nihil reſponderunt. Tẽdo contra ſerm. tuum. i. tibi reſpondeo. S. Al. *abitum*, quod mag is probat Ser.

Horrida: quam denſi complerant vndique ſentes:
Rara per occultos ducebat ſemita calles.
Euryalum tenebræ ramorum oneroſáque præda
Impediunt: fallítque timor regione viarum.
Niſus abit: iámque imprudens euaſerat hoſtes,
Atque lacus, qui pòſt Albæ de nomine dicti
Albani, tum rex ſtabula alta Latinus habebat,
Vt ſtetit, & fruſtra abſentem reſpexit amicum,
Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quáue ſequar? rurſus perplexũ iter omne reuoluẽs
Fallacis ſyluæ, ſimul & veſtigia retro
Obſeruata legit, dumíſque ſilentibus errat.
Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.
Nec longũ in medio tempus, quũ clamor ad aures
Peruenit: ac videt Euryalũ, quẽ iam manus omnis,
Fraude loci, & noctis ſubito turbante tumultu,
Oppreſſum rapit, & conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? qua vi iuuenẽ, quibus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in hoſtes
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortẽ?
Ocyus adducto torquens haſtile lacerto,
Suſpiciens altam Lunam, ſic voce precatur,
Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori,
Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos.
Siqua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſiqua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendíue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi:
Hunc ſine me turbare globũ, et rege tela per auras.
Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
Conijcit: haſta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduerſi in tergum Sulmonis: ibíque
Frangitur, ac fixo tranſit præcordia ligno.
Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen,

Al. *locos.*

Ad ſeipſum refert, vt putat Ser.

Al. *Fallaces ſyluas.* vt diſtingas poſt *reuoluens.*

Inter auditum ſonum & viſum Euryalum.

Sic modò dixit *fallacem ſyluam.*

Qui erat è regione, etſi non aduerſo pectore. Haſta porro ſic fracta eſt ipſo impetu vt finderetur. ita haſtile fiſſum & ipſa fiſſione acuminatum præcordia tranſiit.

T.

Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt: hoc acrior idem
Gestus iaculantis exprimitur. Nam manualia tela aut ab aure aut à latere iaciuntur. S. *Ecce aliud summa telum librabat ab aure,*
Dum trepidant. it hasta Tago per tempus vtrung;
Stridens, traiectóque hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit vsquam
Autorem, nec quò se ardens immittere possit.
Donec ille inueniatur. *Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas*
Persolues amborum, inquit. simul ense recluso
Ibat in Euryalum. tunc verò exterritus, amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me: adsum qui feci: in me conuertite ferrum
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iste nec ausus,
Nec potuit (cœlum hoc & conscia sidera testor)
Tantùm infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Al. *Trans abijt* & *Trans adijt.* *Transadigit costas, & candida pectora rumpit.*
Vtrumlibet autem horum sequendo, scribēdū fuerit *rupit.* *Volvitur Euryalus letho: pulchrósque per artus*
It cruor, inque humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti quum flos succisus aratro
Languescit moriens, lassóue papauera collo
Demisere caput, pluuia quum fortè grauantur.
Al. *Secius* & quidem apud Seruiū scriptū est: qui exp. Nō secius quàm vulneratus. *At Nisus ruit in medios, solúmque per omnes*
Volscentem petit, in solo Volscente moratur:
Quē circū glomerati hostes, hinc cōminº atq; hinc
Proturbant. instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum: donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduersō, & moriens animā abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Tum demum q. ibi m. pl. quum illum vidit à se peremptum. *Confossus, placidáque ibi demum morte quieuit.*
Fortunati ambo: siquid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,

Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiúmq; pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli spolijsq; potiti,
Volscentem exanimem flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui: & primis una tot cæde peremptis,
Serranóque, Numáq;, ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecémq; viros, tepidáq; recentem
Cæde locum, & pleno spumanti sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se, galeámq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam sole insuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circundatus ipse,
Suscitat: æratásq; acies in prælia cogit
Quisque suas, variisq; acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis
Præfigunt capita (& multo clamore sequuntur)
Euryali & Nisi.
Æneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem (nam dextera cingitur amni)
Ingentésque tenent fossas, & turribus altis
Stant mœsti, simul ora virûm præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atróque fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit, matrisq; adlabitur aures
Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit:
Excussi manibus radij, reuolutáque pensa:
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit: non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmq; memor. cœlum dehinc questibus implet.

Hypall. pro Tepidum locũ recenti cæde. Vnde multi legũt, *Tepidúmque rec. c. locum. S.*

Spum. Spumat n. sanguis quum effunditur. Adhuc autẽ effundebatur: quia dixit, *Seminecémque viros. S.*

Quisque suos legit. Ser. subaudiens comites. Tunc autem interpung. fuerit post *cogit.*

Iras. Ex Euryali & Nisi audacia motas.

Hunc. i. talem.

R. quem sperabã fore requiẽ.

Quidam scr. da te præda.

F. pro funerea. Nã funereæ ad quas funus pertinet. vide Ser. Alij intell. pro In funera, vel ad fun. Affertur & alia scriptura *funere*.

Producere autẽ exp. ante ædes proponere mortuos ad exequias.

Fun. cadauer.

Inc. Augentem luctus. Vel, incitantem animos ad lugendum. Sc.

Celeritatẽ tantùm signif.

Hunc ego te Euryale aspicio? túne ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremùm miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis
Alitibúsq; iaces. nec te tua funera mater
Produxi, preßíve oculos, aut vulnera laui,
Veste tegens: tibi quam noctes festina diésque
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quæ nũc artus auulsáq; membra
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terráq; maríq; sequuta?
Figite me, siqua est pietas: in me omnia tela
Conijcite, ô Rutuli: me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater diuûm miserere, tuóque
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrũpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstúsque per omnes
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.
Illam incendentem luctus Idæus & Actor,
Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli,
Corripiunt, intérq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlúmq; remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum:
Quærunt pars aditum, & scalis ascẽdere muros,
Quà rara est acies, interlucétq; corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contrà
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, siqua
Possent tectã aciem perrũpere: quum tamẽ omnes

Ferre

Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt. nam quà globus imminet ingẽs,
Immanem Teucri molem voluúntque ¨ruúntque: Al. trahúntque,
Quæ strauit Rutulos latè, armorúmq; resoluit
Tegmina. nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus, equûm domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
¨Vos ô Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco:
Et mecum ingentes ¨oras euoluite belli.
Et meministis enim diua, & memorare potestis.
Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
¨Opportuna loco: summis quam viribus omnes
Expugnare Itali summáque euertere opum vi
Certabant: Troes contrà defendere saxis,
Pérque cauas densi tela intorquere fenestras.
¨Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustráq; malorum
Velle fugam. dum sé glomerant, retróq; residunt,
In partem quæ ¨peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole sequuta,
Confixíque suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno, veniunt. ¨vix vnus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor,
Mæonio regi, quem serua Lycimnia furtim

Vos ô Call. Te cũ cæteris Musis precor. vel Te & cæt. Musas. Ser. ait esse syllepsin per numeros: pro Vos Musæ. vel, Te Call.

Or. Spatia magna belli explicate. vt Ennius dixerat, *Quis potis ingẽtes o. euo'uere b.* T.

Opp. loco. Scilicet circa portas. S. *Princ.* pro Primus.

Incẽdio. vt lib. 5, *toto descendit corpore pestis.*

Pro, vnus & alter, videlicet Hel. & Lycus.

Educauerat. *Vet.* quia serui à militia prohibebantur. Stricto. *Ingl.* quasi tyro. S.

"Sustulerat, "vetitisque ad Troiam miserat armis:
Ense leuis "nudo, "parmâque "inglorius alba.
Isque vbi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies atque hinc acies astare Latinas:
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Iniecit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quâ tela videt densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes
Inter & arma fuga muros tenet, altáque certat

Quia tunc alti nõ erant muri, sed ad impetũ tantùm repellẽdum. S.

"Prendere tecta manu, sociũmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu telóque secutus,
Increpat his victor, Nostrásne euadere demens
Speraſti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis vbi aut leporẽ aut candenti corpore cygnũ
Iouis arm. Aquila.
Sustulit alta petens pedibus "Iouis armiger vncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus: vndiq; clamor
Tollitur. inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis,
Lucetium, portæ subeuntem, ignémque ferentem:
Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas:
(Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta)
Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus:

Pro defensione turrium. Aut, sic magnum vt turrim putares. S.

Turnus Ityn, Cloniúmq;, Dioxippũ, Promulúmq;,
Et Sagarin, & summis stantem "pro turribus Ida:
Priuernum Capys. hũc primò leuis hasta Themillæ
"Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Str. Paululum vulnerauerat. S.
Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditáque intus

Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera:
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina, pinguis vbi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces,
Ascanius: fortémq; manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
Germanam, nuper thalamo sociatus, habebat:
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans, tumidúsq; nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum vallóq; teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus sæuóque gelu duramus & vndis.
Venatu inuigilant pueri, syluásque fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum paruóque assueta iuuentus
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versáque iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutátque vigorem.
Caniciem galea premimus: semperq; recentes

Stabat Arcētis fil. Arcens, in ar. &c. vt vult. Ser.

Tum. nouo pr. regno. Animo elatus ob nouū regnū. Exp. autē Ser. duobus modis *nouo regno.*

Ingentem Ser. legit. i. Non erat ingēs, sed se esse ingentem clamitabat.

Mor. pr. mur. Ser. *morti* exp. bello. Sed malim illi vulgarē signif. relinquere: vt intell. Muros morti opponere, & hoc aduersus illam obstaculo se tueri.

Nat. Ecōsuetudine Germanorū traxit, qui aquæ Rheni arbitrio explorabāt partus essétne legitimus an nothus. T.

Semper in manibus tela militaria gerimus, etiam quū terram subigimus. Nam & hasta pro boū stimulo vtimur. T.

Picta cr. de crocotio veste mulieris vt effœminatos incessat Troianos. sicut quũ dicit, Et tun. nã sign. chiridotas, quæ viris erãt probro, vt molles. T.

Ced. ferro. Omittite bellum. Sc.

Cand. Quidam exp. nitidum præpinguedine.

Cap. Æquale matri, nondum patri. S.

Don. legit. *fatifer.*

Al. *effugit.* quod magis probat Ser.

Sic alibi, Nec plura. sub. dixit. At Ser. Hæc tantùm & dixit & fecit.

Genite, propter Venerem: Gen. deos, propter Iul. Cæs. & Aug. Ex Phil. dicto ad Alex. Μακαδνία σε οὐ χωρεῖ. At Ser. exp. Maioris es meriti quàm ciuitas in qua nunc es.

Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice vestis:
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.
O verè Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxúsq; vocat Berecynthia matris
Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius: neruóq; obuersus equino
Contendit telum: diuersáq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus,
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum,
Candentem, paritérque caput cum matre ferentẽ:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Audiit & cœli genitor de parte serena
Intonuit læuum. sonat vnã lethifer arcus:
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Pérq; caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traycit. I, verbis virtutem illude superbis.
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
Hæc tantùm Ascanius: Teucri clamore sequũtur,
Lætitiáque fremunt, animósq; ad sidera tollunt.
Ætheria tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies vrbémque videbat,
Nube sedens: atque his victorem affatur Iulum,
Macte noua virtute puer (sic itur ad astra)
Dijs genite, & geniture deos. iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura residunt:
Nec te Troia capit. Simul hæc effatus, ab alto
Æthere se mittit: spirantes dimouet auras,

Ascaniúmque petit: forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidúsque ad limina custos:
Tum comitem, Ascanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia longæuo similis, vocémque, colorémq;,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma: Strepitu terribilia. S.
Atque his ardentem dictis affatur Iulum,
Sit satis Æneide, telis impunè Numanum
Oppetuisse tuis. primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non inuidet armis: Simil. armis, nō peritia, sed genere victoriæ. Pari gloriæ. qa vt Ap. puer, occiso Pythone vltus est marris iniuriam, sic Asc. occiso Nu. iniurias Tro. defendit. S.
Cætera parce puer bello. Sic orsus Apollo
Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere deum proceres diuinàque tela
Dardanidæ, pharetrámq; fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, animásque in aperta pericula mittūt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acres arcus, amentáque torquent. Tela amentis torquent. Afflictu, ictu. S. *Iup.* aer. vt Hor. sub Ioue frigido.
Sternitur omne solum telis: tum scuta cauæq;
Dant sonitum flictu galeæ. pugna aspera surgit:
Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hædis
Verberat imber humū, quàm multa grādine nimbi *Hyæna* legendū suspicatur Tur. vt (inquit) à syl uestri hyæna educati dicātur, sicut à cerua, cane, lupa quidī nutriti ferūtur.
In vada præcipitāt, quū Iuppiter horridus austris
Torquet aquosā hyemē, & cœlo caua nubila rūpit.
Pandarus & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs & montibus æquos:
Portam quæ ducis imperio commissa recludunt, *Quæ imperio* abeuntis Æn. cōmissa ei fuerat. vel potius, quę imp. Æn. fuerat comm. Pand. & Bitiæ. Vide Ser.
Freti armis, vltróque inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac læua pro turribus astant,
Armati ferro, & cristis capita alta coruſci:

Quales aëriæ liquentia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsáque cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt aditus Rutuli vt videre patentes.
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmõ,
Agminibus totis aut versi terga dedêre,
Aut ipsõ portæ posuêre in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ:
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum & procurrere longius audent.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantíq; viros, perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit incœptum, atque immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam: fratréq; superbos,
Et primũ Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Conlecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachóque infixa sub altum
Pectus abit. reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tum Meropẽ atque Erymanthã manu, tũ sternit
Aphydnum:
Tum Bitian ardentem oculis, animísq; frementẽ,
Non iaculo (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitũ, & clypeũ super intonat ingens:
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam

Disc. Hostilibus scilicet Troianorũ, qui à Rutilis discordabant.

Telum de Itala cornu. S. Sp. vuln. poetica exaggeratione dicit. S. Gladio comminus ferit: quum Antiph. occidisset iaculo.

Non inc. sternit.

Clyp. sup. Ex casu corporis immanis, atque armis grauis. Sic autem alibi, -soni um super armadedere. Hom. -ἀρ' ἐβρόντησε δὲ πεύκη ἐπ' αὐτῷ. Item ἀμφὶ δὲ οἱ θωρὴξ πόλυχαλκος πατάλαξε.

Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
Trona trahit, penitúsque vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ:
Tum sonitu, Prochyta alta tremit, "durúmq; cubile *Dur.* Mortiferũ, ad pœnam statutum. S.
Inclime, Iouis imperijs imposta Typhœo.
Hic Mars armipotens animum viréſque Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit:
Immisitque fugam Teucris, "atrúmque timorem. Atrum per metalepsin dicit, turpem, molestum, odiosum. quòd atra, inauspicata & funesta & iniucunda erant. T.
Vndique conueniunt: quoniam data copia pugnæ,
Bellatórque animo deus incidit.
Pandarus vt fusò germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris: multósque suorum,
Mœnibus exclusos, "duro in certamine linquit: Sine spe euadẽdi. S.
Ast alios secum includit, recipítque ruentes,
"Demens: qui Rutulum in medio non agmine regẽ *Dem.* Hoc ex affectione sua posuit poeta, inquit Ser. qui & similem locum affert. Existimo autem imitari Homericum νήπιος: quod epiphonemati itidem adhibet.
Viderit irrumpentem, vltróque incluserit vrbi,
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeóque micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciẽ inuisam atque immania membra
Turbati subitò Æneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur, "Non hæc dotalis regia Amatæ, Ostendere vult se nõ per imprudentiam Turnũ inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minimè profutura castra penetrasse. S.
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus,
Incipe, si qua animo virtus, & conſere dextram:
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat. ille rudem nodis & cortice "crudo *Cru.* Viridi. Ser. At Pomp. duro.

Intorquet, summis adnixus viribus, hastam.
Excepere aurae vulnus: Saturnia Iuno
Detorsit veniens: portaq; insigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neque enim is teli nec vulneris autor.
Sic ait: & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubésque, immani vulnere, malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc humero ex vtroque pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
Et, si continuò victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu, sociósq; immittere portis,
Vltimus ille dies bello gentique fuisset:
Sed furor ardentem caedísque insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno vires animúmque ministrat)
Addit Halyn comitem, & cõfixa Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martémque cientes,
Alcãdrúmq;, Haliúmq;, Noemonáq;, Prytaníq;
Lyncea tendentem contra, sociósque vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat. huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longè iacuit caput, inde ferarum
Vastatorem Amycum: quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.
Et Clytium Æoliden, & amicum Cretea Musis:
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharae cordi, numeróque intendere neruis:

Prouu legitur etium est: item eff. Subl. altè consf. in ens. Genus feriẽ di Gallicanum. S.

Eos qui ante eũ ex aduerso ei erant, etsi tergũ auerterant & figerant. T.

Succ. Excipit, & succidit poplitem. Nam ante fuit vt eum circumueniret insidiis. S.

H.r. Deinde raptas de hostilibus cadaueribus.

Cr. Poetam lyricum. S.

Num. Rhythmos facere, intẽtione neruorũ. Id est, Qui secũdũ chordas verba cõponebat. S.

Sẽper equos atque arma virûm pugnásq; canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus acérque Serestus:
Palantésque vident socios, hostémque receptum.
Et Mnesthe⁹, Quò deinde fugã? quò tẽditis? inquit.
Quos alios muros, quæ iam vltrà mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris ô ciues vndique septus
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicis patriæ, veterúmque deorum,
Et magni Æneæ segnes, miserétque pudétque?
Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum. ceu sæuum turba leonem
Quum telis premit infensis: at territus ille
Asper, acerba tuens, retro redit: & neque terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contrà
Ille quidem, hoc cupiẽs, potis est, per tela virósque:
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quinetiam bis tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus è castris properè coit omnis in vnum:
Nec contrà vires audet Saturnia Iuno
Sufficere. aeriam cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum
Nec dextra valet: iniectis sic vndique telis
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt:

Vet. Penate: significat: quos semper colere Troiani. S.

Haud aliter Turnus retroce dens speteba: fl. ac solet leo, pressus multitudine, nec terga præbere, propter iram vel pud. nec posse, licet cupiat, in venantes impetum facere. S.

Obiectis, apud Macr.

Discussaq́, iubæ capiti. nec sufficit vmbo
Ictibus: ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis:
Et lætum sociis abluta cæde remisit.

P. nigrum, & ex eo multũ. Multus n. humor nigricat, qui paucus pellucet & limpidus est. T. Quia cæde contaminati aqua se abluere solebant.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. X.

ARGVMENTVM.

Iupiter, conuocato deorum concilio, ad concordiã ipsos adhortatur. Ibi Venus de Troianorũ periculo, insatiabilique Iunonis odio conqueritur: aliquámque tandem tot calamitatũ requiem petit. Iuno cõtrà malorum omniũ causam in Troianos, veluti primos belli autores, atque adeo in Venerẽ ipsam rẽiicit. Frustra itaque tentata reconciliatione, Iupiter, vbi nullum videt esse cõtentionum finem, ne aut vxorem aut filiam lædere, se neutrarum partium studia sequuturũ pronũtiat, sed pro sua æquitate omnia fatis esse permissurũ. Interim Rutuli toris viribus ad oppugnationẽ redeũt: nõ minore animo obsessi se ad defensionẽ parãt. Dum hæc in Latio gerũtur, Æneas, rebus in Etruria ex animi sententia confectis, multorúmque populorum auxiliis adiunctis, triginta nauiũ classe ad suos reuehitur. Ibi Nymphas, paulo antè in eam formã ex nauibus suis transformatas, obuias habet: ex iis & de classis amissione & de suorũ periculo certior redditur. Inde in hostium vsque cõspectũ prouectus, copias suas exponit. Rutuli oppugnatione desistunt, occurrentésque ad littus, terra hostem prohibere conantur. Magno vtrinque detrimento pugnatur. Ibi Pallas, magna prius edita hostium strage, tandem à Turno occiditur. Cuius rei dolore percitus Æneas, magnos Rutulorum aceruos amico inferias mittit. Ascanius quoque, eruptione facta, suas cum patre copias coniungit. Quibus rebus permota Iuno, & pro Turno soli cita, impetrata à Ioue venia, præsenti eum periculo eripit, obiecta illi falsa Æneæ imagine. quam dum in nauim quandam

fugientem insequitur, vinculis à Iunone ruptis, vi tempestatis ad littora Ardeæ proxima deuehitur. Interim Mezētius Iouis monitu pugnæ succedens, magnum tam Troianorum quàm Etruscorum numerum prosternit: donec ab Ænea hastæ ictu vulneratus, & à Lauso filio protectus, ægrè se ad obligandum vulnus exacie recipit. Ibi Lausus quoque, dum patrem vleisci conatur, ab Ænea interficitur. Eius rei nuntio accepto, Mezentius conscenso equo in prælium redit: vbi dum filij mortē vindicare parat, eadem qua filius dextra concidit.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Æneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus:
Cæduntúrque duces: cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus.
Æneas perstat, Mezenti cæde piata,
Et lausum inuicta perimit per vulnera dextra:
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

ALIVD INCERTI AVTORIargumentum.

Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter, auxilijs instructus Troius heros
Aduenit: occurrunt Rutuli, atque in littore pugnant.
Occidit à Turno Pallas, victóque superbus
Æneæ eripitur. Mezentius interit acer.

ALIVD, MONOSTICHON.

Occidit Æneæ Decimo Mezentius ira.

ALIVD.

Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.

PAnditur interea domus omnipotentis olympi:
Cōciliúmq; vocat diuūm pater atq; hominum
Sidereā in sedē: terras vnde arduus omnes, [*rex*
Castraq; Dardanidū aspectat, populósq; Latinos.
Consident tectis bipatentibus: incipit ipse,
Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retro? tantúmq; animis certatis iniquis?

Omnia comple
ctētis, omnibúsque potientis, vt sit à Potior. T. Quidam leg. omniparētis: alij, omniparentis. Est autē Nęuij versus, nisi quòd ille scripserat, *altitonantis.*

2. pro cur, ex Ennio.

Abn. vt vicissim annuere dicitur, quum nutu (quo totum ol. tremefacit) sibi aliquid placere testatur.

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris:
Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos
Aut hos arma sequi ferrúmq; lacessere suasit?
Adueniet iustum pugnæ (ne accersite) tempus:
Quum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnũ atque Alpes immittet apertas.

Res rap. Bellum per feciales indicere. S. Al. *placitum.* vt & Ser. legit: & exp. placitum mihi.

Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit:
Nunc sinite, & placidum læti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
O pater, ô hominum diuûmque æterna potestas,
(Nãq; aliudq; sit quod iã implorare queamus?)
Cernis vt insultent Rutuli, Turnúsq; feratur
Per medios insignis equis? tumidúsq; secundo
Marte ruat? non clausa tegunt iã mœnia Teucros:
Quin intra portas atq; ipsis prælia miscent.

Al. *Fossæ.* Sed fossas legit. Prisc. vt sit *inundant* actiuè positum. Sic autẽ & Ser. quiexp. Implẽt, & inundare faciunt.

Aggeribus murorũ, & inundant sanguine fossas.
Æneas ignarus abest. nunquámne leuari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, necnon exercitus alter:
Atque iterũ in Teucros Ætolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem (credo) mea vulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.

Rest. Hoc mihi restat, vt iterum à Tydide vulnerer.

Dem. ar. Expectãda mihi sunt arma. Manet me seu impẽdet mihi casus ille ex armis mort.

Si sine pace tua atque inuito numine Troes
Italiam petiêre, luant peccata, neque illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa sequuti,
Quæ superi manésq; dabãt, cur nunc tua quisquã
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?

Pace pro venia.

Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventósq; furentes
Æolia excitos, aut actam nubibus Irim?

Iuno suprà, Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet: & superis immissa repentè

Alecto, medias Italûm bacchata per vrbes.
Nil super imperio moueor: sperauimus ista,
Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
"Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem:
Æneas sanè ignotis iactetur in vndis,
Et quamcunque viam dederit fortuna, sequatur:
Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos atq; Cythera,
Idaliæq; domus: positis inglorius armis
Exigat hîc æuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil vrbibus inde
Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Tótque maris vastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latiũ Teucri recidiuáq; Pergama quærũt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum quo Troia fuit? "Xanthũ & Simoenta
Redde oro miseris: iterúmque reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris. Tum regia Iuno
Acta furore graui, Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Æneam hominum quisquam diuûmque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis autoribus: esto,
Cassandræ impulsus furijs. num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenámue "fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? vbi hîc Iuno, demißáue nubibus Iris?

Dura. Ser. iũgit cum nomine cõiux: fortasse autẽ per dura excidia, fumantia. i. quæ adhuc fumant.

Intell. sedes certas peti quę antiquæ patrię imaginẽ habeãt, vt loci, portæ, fluuij idẽ nomẽ habentes in me moriã redigant eis belli Iliaci cõditionem atque fortunã. T.

Fid. Opem, vel auxiliũ. vt quũ dicitur, Dij vestram fidem. Don. in Ter.

Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atq; auertere prædas?
Quid, soceros legere, & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Æneam manibus subducere Graiûm,
Próque viro nebulam & ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem classem conuertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandũ est.
Æneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos Idaliúmq; tibi, sunt alta Cythera,
Quid grauidã bellis vrbẽ & corda aspera tentas?
Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europámq; Asiámque, & fœdera sõluere furto?
Me duce Dardanius Spartã expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, foui q; cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctíque fremebant
Cœlicolæ assensu vario: ceu flamina prima
Quum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit. eo dicente, deũm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther:
Tũ Zephyri posuere, premit placida æquora põtus.
Accipite ergo animis atq; hæc mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios cõiungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem:

Face atra, Bello sæuo. S.

Propter illud, *Scuta virũm fluuio pictáque innare carinas.*

Q. d. Scilicet *nefas est.* Vel cum interrog.

Fl. molles: quæ etiã sine inimicis possent perire. Ser. Rectius, *caducas.*

De Venere. S.

Ass. vario. Quia pars Veneri fauebat, pars Iunoni.

Hæc verba *eo dicente*, & sequ. vsque ad *Accip.* malim notis parenth. includi.

Quæ cuique est fortuna hodie, quã quisq; secat spẽ,
Tros Rutulúsue fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitísque sinistris.
Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem
Fortunámque ferent: rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes atráque voragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Hic finis fandi. sólio tum Iuppiter aureo
Surgit: cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Æneadûm vallis obsessa tenetur:
Nec spes vlla fugæ. miseríst ant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
Asius Imbracides, Hicetaoníusque Thymœtes,
Assaracíque duo, & senior cum Castore Tybris,
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus & Hæmon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partẽ exiguam montis, Lyrnesius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hiiaculis, illi certant defendere saxis:
Molirique ignem, neruóque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
(Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurũ,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo aut Oricia terebintho
Lucet ebur) fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimæ viderunt Ismare gentes

Sec. pro desecat, & proinde sumit. Qui enim quid desecat, sibi id sumit: quod & Gr. ἀποτέμνεσθαι dicunt. T.

Fuat, pro fuerit. Fut. temp. verbum defectiuũ. S.

Ex. opera. Sc. *F. v.* Quia scit quoc esse fatale, vt Æneas imperet in Italia. S.

Germ. Aut inter se germani filij Sarpedonis: aut Sarpedonis fratres. Ita Ser. Sed potius, Fratres vterini, & Sarpedonis ambo filij.

C. det. Sine galea: vt non pugnaturus. ob illud quod audiuit suprà, *Cætera parce p. bello.* S. *F. q.* Quæ est in medio annuli aurei.

Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
Maonia generose domo: vbi pinguia culta
Exercéntque viri, Pactolúsque irrigat auro.
Affuit & Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant. media Æneas freta nocte ſecabat.
Nanque vt ab Euandro caſtris ingreſſus Etruſcis
Regem adit, & regi memorat nomẽq; genúſque:
Quídue petat, quidue ipſe ferat: Mezentius arma
Quæ ſibi conciliet: violentáque pectora Turni
Edocet: humanis quæ ſit fiducia rebus
Admonet: immiſcétq; preces: haud fit mora, Tar-
Iungit opes. fœdúſq; ferit. ¨*tũ libera fatis* (chon
Claſſem conſcendit, iuſſis gens Lydia diuûm
Externo commiſſa duci. Æneia puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubiuncta leones:
Imminet Ida ſuper, profugis ¨*gratiſſima Tucris.*
Hîc magnus ſedet Æneas, ſecúmque volutat
Euentus belli varios: Palláſque ſiniſtro
Affixus lateri, iam quærit ſidera, opacæ
Noctis iter, iam quæ paſſus terráque marique.
Pandite nunc Helicona deæ, cantúſque mouete,
Quæ manus interea Tuſcis comitetur ab oris
Æneam, armétque rates, pelagóque vehatur.
Maſſicus ærata princeps ſecat æquora ¨*Tigri:*
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Cluſi
Quique vrbem liquêre Coſas: queis tela, ſagittæ
¨*Corytique leues humeris, & lethifer arcus.*
Vna toruus Abas. huic totum inſignibus armis
Agmen & ¨*aurato fulgebat Apolline puppis.*
Sexcentos illi dederat Populonia mater

Expertos

Lib. fat. cl. Intell. liberè licuiſſe militatum ire Etruſcis, nihil refragantibus fatis, quum Æneæ externo duci commiſſi eſſent. nam duce Etruſcone militarent in Mezẽtium, vatum effatis antè moniti fuerant. T. *Grat.* propter facta illicnauigia. S.

Nauis nomen.

Pharetræ.

Aur. ſ. A. p. Auratum Apoll. ſimulacrum habebat. D. Alij de imagine picta intell.

Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos,
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum diuûmq; interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes:
Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ
Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Ter centum adiyciunt (mẽs omnibus vna sequẽdi)
Qui Cærête domo, qui sunt Minionis in aruis:
Et Pyrgi veteres, intempestaq; Grauiscæ.
Non ego te, Ligurum ductor, fortissime bello,
Transierim, Cygne: & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ.
Crimen amor vestrum, formæq; insigne paternæ.
Nanque ferũt luctu Cygnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes, vmbrámq; sororum,
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem:
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxúmq; vndis immane minatur,
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis,
Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen,
Mantua dines auis. sed non genus omnibus vnũ:
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires.
Hinc quoque quingentos in se Mezẽtius armat,
Quos patre Benaco, velatis arundine glauca,

Peritissimè agnoscuntur.

Raptim ducit, S.

Per equũ equitandi peritiã vi detur intel. Ser. qui exp. *Eques optimus.* *Int.* Sine tempe rie. i. tranquillitate. Pestilẽtes. Nam Grauiscæ à graui aere sũt dictæ. S. ex Catone.

Sor. Phaethontis quæ mutatæ fuerunt in arbores.

Cum cantu cœlum petentem. Vel quòd est re uera in sidera relatus, vt videmus in sphæra, S.

Quia Mantua tres habuit tribus, quæ in quaternas curias diuidebantur. S.

In se armat. Odio sui in arma compellit.

Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
C. arb. Non dicit remis, sed arboribus, ad exprimendam nauis magnitudinẽ, quę plures habuit remorum ordines.
It grauis Auletes, centenáque arbore fluctum
Verberat assurgens: spumant vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pristin desinit aluus:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iámque dies cœlo conceſſerat, almáque curru
Noctiuago Phœbe medium pulsábat olympum:
Æneas (neque enim membris dat cura quietem)
Minister̃ se præbet velis. T. Ipse sedens clauúmque regit, velisque ministrat.
Atque illi medio in spatio, chorus ecce suarum
Occurrit comitum: nymphæ, quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphásque è nauibus esse
Iusserat. innabant pariter, fluctúsque secabant,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longè regem, lustrántque choreis:
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Pone sequens, dextra puppim tenet: ipsáque dorso
Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.
Tum sic ignarum alloquitur. Vigilásne deum gens
Æneas? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Perf. Qui cõtra fœdus bellum mouit. Nunc pelagi nymphæ, classis tua. perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus flammáque premebat,
Q. d. Maluisse-mus tibi seruire, quàm in nymphas commutari. Rupimus inuitæ tua vincula, téque per æquor
Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, æuúmque agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro fossíque tenetur
Tela inter media, atque horrẽtes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permistus Etrusco

Arcas eques. medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube: et clypeũ cape, quẽ dedit ipse
Inuictum Ignipotens, atque oras ambit auro.
Craſtina lux (mea si non irrita dicta putaris)
Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.
Dixerat, & dextra discedens impulit altam,
(Haud ignaras modi) puppim: fugit illa per vndas,
Ocyor & iaculo & ventos æquante sagitta.
Inde aliæ celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur,
Alma parens Idæa deũm, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, biiugiq; ad fræna leones:
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibúsque adsis pede diua secũdo.
Tantum effatus: & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctémque fugarat.
Principio socijs edicit, signa sequantur:
Atque animos aptent armis, pugnæq; parent se.
Iámq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem. clamorem ad sidera tollunt
Dardanidæ è muris: spes addita suscitat iras,
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant,
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.
At Rutulo regi ducibúsq; ea mira videri
Ausonijs: donec versas ad littora puppes
Respiciunt, totúmque allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristísque à vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes:

Or. Extremitates.

Moderationis. quippe quæ fuerat nauis. S.

Leones ad fræna. i. domiti leones. Nam quæ animalia frænos recipiunt, domita sunt. T.

Pr. familiare efficias. S.

Reuo. Aperta. vt inuolutum dicitur quod clausum est. S.

Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubrè rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur, & "læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora præripere, & venientes pellere terra.
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro,
Quod votis optastis, adest perfringere dextra:
"In manibus Mars ipse, viri. nunc coniugis esto
Quisque suæ tectique memor: nunc magna referto
"Facta, patrũ laudes. vltro occurramus ad undã,
Dum trepidi, egressúsque labant vestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.
Hæc ait: & secum versat, quos ducere contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Æneas socios de puppibus altis
"Pontibus exponit. multi seruare recursus
"Languentis pelagi, & "breuibus se credere saltu:
"Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
Quà vada nõ sperat, nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subitò proras: sociósque precatur,
Nunc ô lecta manus validis incumbite remis:
Tollite, ferte rates: inimicam "findite rostris
Hanc terram, sulcúmque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali "puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumantésque rates aruis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ. sed non puppis tua Tarchon.
Nanque inflicta vadis "dorso dum pendet iniquo,
Anceps, sustentata diu, fluctúsque fatigat,

Læuo. Siniſtro. Vel potiùs, aliquid ſiniſtrum & infelix portẽdente.

Præſentes iam ſunt hoſtes, ita vt manu cum illis confligere poſſitis. Iam vobis facta eſt manum conſerendi poteſtas. Al. *viriũ.*

Al. *Facta patrũ, laudes.* Vel, *laudéſque.*

Scalis nauiũ. S. *Lang.* Tranquilli. *Breuibus* autẽ, vadis. *Per remos,* ſcaphis. S.

Militari felle dictum eſt, vt etiam terra ipſa quodammodo ſentiat hoſtis aduentum. S. Al. *puppes.*

Arenæ durioris tumulo.

Soluitur, atque viros medys exponit in vndis:
Fragmina remorum quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahítque pedes simul vnda relabẽs.
Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
Signa canunt: primus turmas inuasit agrestes
Æneas, omen pugnæ: strauítque Latinos,
Occiso Therone viriũ qui maximus vltro
Æneam petit: ouit gladio, pérque ærea scuta,
Per tunicam squalentẽ auro, latus haurit apertũ.
Inde Lycam fert, exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo Nec longè Cisseа durum,
Immanémque Cyam, sternentes agmina claua,
Deiecit letho. nihil illos Herculis ærma,
Nil validæ iuuêre manus: genitórque Melampus,
Alcidæ comes, vsque graues dum terra labores
Præbuit. ecce Pharo, voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamanti sistit in ore.
Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytiũ infelix noua gaudia Cydon:
Dardania stratus dextra, securus amorum
Qui iuuenum tui semper erãt, miserande iaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies. septem numero, septenáque tela
Coniciunt: partim galea clypeóque resultant
Irrita, deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. sdum Æneas affatur Achatem,
Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterãt quæ in corpore Graiũ
Iliacis campis. tum magnam corripit hastam,
Et iacit: illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rum

Quia sicut nũc, sic vbique vincet Æneas. S.

Loricam splendentem auro. *Haurit* autẽ hîc pro ferit. S.

Legitur & *Pharon*. Ser. vtranque lect. agnoscit: & *clamanti* legit vtrobique non *clamantis*.

Huic frater subit Alcanor, fratrémq; ruentem
Sustentat dextra: traiecto missa lacerto
Retroacto. S. Al. *transiecto.* *Protinus hasta fugit, seruátque cruenta tenorem:*
Currendi modum. S. *Dexteráque ex humero neruis moribũda pepẽdit.*
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petiit: sed non & figere contra
Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ.
Hîc Curibus, fidens primæuo corpore, Lausus
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa, paritérq; loquentis
Vocem animamq; rapit, traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
Tres quoque Threïcios, Boreæ de gente suprema,
Et tres quos Idas pater & patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. occurrit Halesus,
Auruncæq; manus: subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Obnixa om. Mare mari, nubes nubibus, venti vẽtis. Legitur & *Obnixi*, vt refera tur ad ventos. S. *Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra:*
Haud aliter Troianæ acies, aciésq; Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, densúsq; viro vir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia late
Intulerat torrens, arbustáque diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestres
Latinis seq. *Seq.* Aciter insequenti. *Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci,*
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
Quò fugitis socij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictáq; bella,

Spémq; meã, patriæ quæ nunc subit æmula laudis,
Fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostes Fugæ.
Est via, quà globus ille virûm densissimus vrget:
Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit. Hoc vult patria vt per cędes hostium reuertamur.
Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste
Mortales: totidem nobis animæq; manúsque.
Ecce, maris magno claudit nos obice pontus: Al. *magna.* Item *magni.*
Deest iam terra fugæ: pelago Troiámne petemus?
Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.
Obuius huic primùm fatis adductus iniquis
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pōdere saxum,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium quà spina dedit: hastámq; receptat
Ossibus hærentẽ. quem non super occupat Hisbon, Nō occupat desuper. Ideo autē desuper, quia Pallas ad euellēdam hastam fuerat inclinatus. S.
Ille quidem hoc sperans. nam Pallas ante ruentẽ,
Dum furit, incautum, crudeli morte sodalis,
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit. Nam eundē Pallas antè excipit. id est dolo interimit. S.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolũ, thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis, *Tum.* Et naturaliter tumido, & quia furebat. S.
Daucia, Laride Tymbérque, simillima proles,
Indiscreta suis: gratúsq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis:
Te decisa suum Laride dextera quærit:
Semianimésq; micant digiti, ferrúmque retractant.
Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor & pudor armat in hostes.
Tum Pallas biugis fugientem Rhœtea præter Quominus periret. S.
Traycit: hoc spatium tantúmque moræ fuit Ilo.
Ilo nanque procul validam direxerat hastam:
Quã medius. Rhœteus intercipit, optime Theutra,
Te fugiens, fratrémque Tyren: currúque volutus

Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optatò ventis æstate coortis
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subitò mediis extenditur vnà
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ouantes:
Non aliter sociûm virtus coit omnis in vnum,
Téque iuuat Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, séq; in suà colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretáque, Demodocúmq;:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum. saxo ferit ora Thoantis,
Ossáq; dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor celarat Halesum:
Vt senior letho canentia lumina soluit,
Iniecere manum Parcæ, telísq; sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit antè precatus,
Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Halesi:
Hæc arma exuuiásque viri tua quercus habebit.
Audyt illa deus. dum texit Imaona Halesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde viri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina. primus Abantem
Oppositum interimit, pugnæ nodúmq; morámque.
Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci:
Et vos ô Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibúsq; & viribus æquis:
Extremi addensent acies: nec turba moueri
Tela manúsq; sinit. hinc Pallas instat & vrget,
Hinc contrà Lausus. nec multum discrepat ætas:
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus

Acies Vulc. quasi flammæ sint Vulcani exercitus. Ser. exp. vis ignea.

Post scutum se clausit. S. Totũ se scuto commu nitt propter vim plurimorum. D.

Iugulo vulnus minantem. Al, *cauens.*

Spoliat, exp. Ser. afferens ex Plauto, *Ego hũc hominem detexã pallio.*

Quos Græci perdere nequiuerunt. Teucros autẽ intell. quos secũ duxit Æneas. S. *Add.* cõiug. secundæ.

Haud tamen inter se magni regnator olympi:
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum, qui volucri curru medium secat agmen.
Vt vidit socios, Tempus desistere pugna:
Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
Debetur. cuperem, ipse parens spectator adesset.
Hæc ait: & socij cesserunt æquore iussi.
At Rutulûm abscessu iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno: corpúsq; per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni,
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut letho insigni: sorti pater æquus vtrique est.
Tolle minas. Fatus medium procedit in æquor:
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis: pedes apparat ire
Comminus, vtq; leo, specula quum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum missæ sore credidit hastæ,
Ire prior Pallas, siquà fors adiuuet ausum
Viribus imparibus: magnúmq; ita ad æthera fatur,
Per patris hospitiũ, & mensas quas aduena adisti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victorémq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem: magnúmque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymásq; effudit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis,
Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis

Sub maioribus hostibus. vt nõ intell. vtrunque sub eodẽ hoste.

Pater, quem cu pis spectatorem adesse, æquo ani mo feret quic quid acciderit.

Eò processisse vt hasta posset contingi. Venis se intra iactũ ha stæ, ita vt ea posset feriri.

Cogantur inui ta hoc spectacu lum ferre.

Iupiter Hercu lem.

Fam. Dicit ideo esse amandam virtutem, vt vi tæ breuitas fa ma & gloriæ me ritis possit au geri. S.

Tot nati cecidere deûm, quin occidit vnà
Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum
Fata vocant, metásque dati peruenit ad æui.
Sic ait, atque oculos Rutulorum reicit aruis.
At Pallàs magnis emittit viribus hastam:
Vaginá que caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans, humeris surgunt quà tegmina summa,
Incidit: atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hîc Turnus ferro præfixum robur acuto
Quũ diu librasset. *In Pallanta, diu librans, iacit: atque ita fatur,*
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot æris,
Quum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
An. pro anima. S. *Vna eadémq; via sanguis q; animús que sequũtur.*
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quædam edit. post Asistẽs, habent, *sic ore pro fatur.* Sed hæc verba pro nothis habentur. *Quem Turnus super assistens,*
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, q; quid solamẽ humãdi est,
Constabunt. *Largior. haud illi stabunt Æneia paruo*
Hospitia. Et læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum: rapiens iminania pondera baltei,
Insculptum Danaidum nefas. *Impreßúmque nefas: (vna sub nocte iugali*
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamíque cruenti:)
Quia propter hunc periturus est balteum, quem nunc se sustuliſſe lætatur. S. *Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.*
Quo nunc Turnus ouat spolio gaudétq; potitus:
Nescia mens hominum fati, sortísque futuræ,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.

Turno tempus erit, magno quum optauerit emptũ
Intactum Pallanta, & quum spolia ista diémque
Oderit. at socij multo gemitu lacrymísque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum rediture parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Quum tamẽ ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Æneæ: tenui discrimine lethi
Esse suos, tempus' versis succurrere Teucris.
Proxima quaq; metit gladio, latúmq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena primus
Tunc adiit, dextræq; datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens,
Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris,
Captiuóque rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam quum tenderet hastã,
Ille astu' subit, ac tremebunda superuolat hasta:
Et genua amplectens effatur talia supplex,
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serues natóque patríque.
Est domus alta: iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti
Infectíque mihi. non hîc victoria Teucrûm
Vertitur: haud anima vna dabit discrimina tanta.
Dixerat. Æneas contrà cui talia reddit,
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis' parce tuis: belli' commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus, galeam læua tenet: atque reflexa

Hos duos versus alij à poeta, alij à sociis reportantibus cadauer, dici volunt. Decus autem, propter hæc, *Quum tamẽ ingentes Rut.* &c. *Versis* in fugam, Fugatis.

Subsedit. S.

Parce pro Serua, vt S. & D. *Comm.* Vicissitudines & ignoscendi facultatem. S. Humanitatẽ poscis quæ inter partes solet aliquando præstari: sed istã mihi tuus ille Turnus sustulit & inhumanitatem plenã morte Pallantis docuit. D.

Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.
Nec procul Æmonides, Phœbi Triuiæq; ſacerdos,
Infula cui ſacra redimibat tempora vitta:
Totus collucens veſte atque inſignibus armis.
Quem congreſſus agit campo, lapſúmque ſuperſtãs
Immolat, ingentíque vmbra tegit. arma Sereſtus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
Inſtaurant acies Vulcani ſtirpe creatus
Cæculus & veniens Marſorum montibus Vmbro.
Dardanides contrà furit. Anxuris enſe ſiniſtram
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vímq; affore verbo
Crediderat, cœlóque animum fortaſſe ferebat:
Caniciémque ſibi & longos promiſerat annos.
Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem Nympha crearat,
Obuius ardenti ſeſe obtulit: ille reducta
Loricam clypeíque ingens onus impedit haſta.
Tum caput orantis nequicquam, & multa parãtis
Dicere, deturbat terræ: truncúmque repentè
Prouoluens, ſuper hæc inimico pectore fatur,
Iſtic nunc metuende iace. non te optima mater
Condet humi, patrióve onerabit mẽbra ſepulcro.
Alitibus linquêre feris: aut gurgite merſum
Vnda feret, piſcéſque impaſti vulnera lambent.
Protinus Antheũ & Lycã, prima agmina Turni,
Perſequitur, fortémq; Numam, fuluúmq; Camertẽ,
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidûm, & tacitis regnauit Amyclis.
Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenáſque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribúſque arſiſſe: Iouis quum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes:

Imm. quaſi victimam, vt ille cõſueuerat. nam hoc verbo adſacerdotis nomẽ allufit. S.

Siga. infeſtam fortaſſe fuiſſe ei Nemeſim, aduerſari ſolitam ſuperbis: eiúſq. inſolẽtiam prouocaſſe deorum inuidiam, quæ ei exitij cauſa fuerit & peſtis. T.

Haſta Æn. trãſuerberatus fuit clypeus, & ita penetrata lorica vt in ea hæreret. Ita l. & cl. impediebãtur. Reducta autẽ, quia lacertos retro reducunt, haſtam mittere parantes. T.

Sic toto Æneas desæuit in æquore victor,
Ut semel intepuit mucro. quin ecce Nyphei
Quadriiuges in equos aduersáque pectora tendit:
Atque illi longè gradientem & dira frementem
Vt videre, metu versi, retróque ruentes,
Effundúntq; ducem, rapiúntq; ad littora currus.
Interea biiugis infert se Lucagus albis
In medios, fratérque Liger: sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Æneas tanto feruore furentes:
Irruit, aduersáque ingens apparuit hasta.
Cui Liger,
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis & æui
His dabitur terris. Vesano talia latè
Dicta volant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostẽ.
Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos, proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei: tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Æneas dictis affatur amaris,
Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hostibus vmbræ:
Ipse rotis saliens iuga deseris. Hæc ita fatus
Arripuit biiugos. frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
Per te, per qui te talem genuêre parentes,
Vir Troiane, sine hãc animã, & miserere precãtis.
Pluribus oranti Æneas, Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.

Longis gressibus seu passibus.

Protento, Extẽto.

Obiecisti mihi quòd sim & à Diomede & ab Achille conuersus in fugam: te verò nec equorũ tarditas prodidit (quod mihi contigit) nec aliqua vmbra e qui tui sunt ceriti. S.

Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri
More furens. tandẽ erũpunt & castra relinquunt
Ascanius puer & nequicquam obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter vltro,
O germana mihi atque eadem gratissima coniux:
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes: non viuida bello
Dextra viris, animúsq; ferox, patiénsq; pericli.
Summissum animum præ se ferens. Vel sum missa voce. *Cui Iuno summissa, Quid, ô pulcherrime coniux,*
Sollicitas ægram & tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quámq; esse decebat,
Vis in amore foret: non hoc mihi nanque negares,
Omnipotens: quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Eũ latenter Æneæ exæquat, qui vbique cultor deorum inducitur. S. *Nunc pereat, Teucrisq; pio dei sanguine pœnas.*
Ille tamen nostra deducit origine nomen:
Pilumnúsq; illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu multisque onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter sic fatur olympi,
Si mora præsentis lethi tempúsque caduco
Vis me hoc ita statuere. Sc. *Oratur iuueni, méque hoc ita ponere sentis,*
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Q. d. Vndique iã in mortẽ truditur: hoc tãtũ vacat spatiũ. S. *Hactenus indulsisse vacat: sin altior istis*
Sub precibus venia vlla latet, totúmque moueri
Mutariue putas bellum, spes pascis inanes.
Venia, Veniæ impetratio. Sin preces istæ tendunt ad impetrandã aliam veniam. i. vt aliud indulgeam. *Cui Iuno illacrymãs, Quid si, quod voce grauaris,*
Mẽte dares, atque hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego veri
Veritatis sum ignara. S. *Vana feror. quòd vt ô potius formidine falsa*
Ludar: & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Hæc vbi dicta dedit, cœlo se protinus alto
Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras:

Iliacámque aciem & Laurentia castra petiuit.
Tum dea nube cauа tenuem sine viribus vmbram,
In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis, clypeúmq; iubásque
Diuini assimulat capitis, dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressúsq; effingit euntis.
Morte obita quales fama est volitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatque virum telis, & voce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentémque eminus hastam
Coniicit: illa dato vertit vestigia tergo.
Tum verò Ænean auersum vt cedere Turnus
Credidit, atq; animo spem turbibus hausit inanem,
Quò fugis Æneadæ thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quæsita per vndas.
Talia vociferans sequitur, strictúmq; coruscat
Mucronem: nec ferre videt sua gaudia ventos.
Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato,
Quà rex Clusinis aductus Osinius oris.
Huc sese trepida Æneæ fugientis imago
Coniicit in latebras. nec Turnus segnior instat,
Exuperátq; moras, & pontes transilit altos.
Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,
Auulsámque rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Æneas absentem in prælia poscit:
Obuia multa virûm demittit corpora morti.
Tunc leuis haud vltrà latebras iam quærit imago,
Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ:
Quum Turnum medio interea fert æquore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratúsque salutis,
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit,

Expecta dū seruata pactorū fide optatā ducas vxorem. D.

Nec animaduertit vanum esse suum gaudium. Pro crepidini. S.

Ne deprehensō dolo rediret ad prelium. S. *Ill.* Al. (non rectè) *Ille autem Æneam* &c. Artis per quam inuaserat. S.

Ingratus salutis, vtpote ignarus rerum. Nullam gratiam habens pro illis quę in eius salutem facta erāt: vtpote qui ea nesciret.

Omnipotens genitor, tantón' me crimine dignum
Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?
Quò feror? vnde abij? quæ me fuga, quémue redu-
Laurentéſne iterũ muros aut caſtra videbo? [cet?
Quid manus illa virûm qui me medq; arma ſequu
Quóſq; (nefas) omnes infanda in morte reliqui? [ti?
Et nunc palantes video, gemitúmq; cadentum
Accipio. quid agã? aut quæ iam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos ô potius miſereſcite venti:
In rupes, in ſaxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, ſæuiſq; vadis immittite ſyrtes:
Quò neque me Rutuli, neq; conſcia fama ſequatur.
Hæc memorãs, animo nũc huc nũc fluctuat illuc,

Quem pro Qualem.

Sic loquutus eſt Cæſar, De bello Gall. lib. 7, Se ipſi acutiſſ. vallis induebant. Malè igitur Ser. putat vel per abuſionem vel per hypall. eſſe dictum.

An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrûmq; iterũ ſe reddat in arma.
Ter conatus vtranque viam: ter maxima Iuno
Continuit, iuuenémq; animo miſerata repreſſit.
Labitur alta ſecans, fluctúque aſtúque ſecundo,
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens,
Succedit pugnæ, Teucróſque inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus vni,
Vni odiſque viro telíſque frequentibus inſtant.
Ille, velut rupes vaſtum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furijs, expoſtáque ponto,
Vim cuncta atq; minas perfert cœlique mariſque,

Reddat in arma, pro reddat armis.

Al. manet.

Ipſa immota manens: prolem Dolichaonis Hebrũ
Sternit humi: cum quo Latagũ, Palmúmq; fugacẽ.
Sed Latagum ſaxo atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciémque aduerſam: poplite Palmum
Succiſo volui ſegnem ſinit: armáque Lauſo

Donat

Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
Necnõ Euantem Phrygium, Paridísque Mimãta
Æqualem, comitémq;: ⁘ vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & ⁘ face prægnans
Cisseis regina Parin creat. vrbe paterna
⁘ Occubat, ⁘ ignarum Laurens habet ora Mimãta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper (multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multósque palus Laurentia) sylua
Pastus arundinea, postquã inter retia ventum est,
Substitit, infremuítq; ferox, & ⁘ inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci propiúsue accedere virtus,
Sed iaculis tutísque procul clamoribus instant:
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius ⁘ iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè & vasto clamore lacessunt.
⁘ Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & ⁘ tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquẽs profugus hymenæos:
Hunc vbi miscentem longè media agmina vidit,
Purpureum pennis & pactæ coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,
(Suadet enim vesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capreã, aut ⁘ surgentem in cornua ceruũ,
Gaudet hians immane, comásq; arrexit, & hæret
Visceribus super accumbens: lauit improba teter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes:
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum, expirans, infractáq; tela cruentat.
At que idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide vulnus:

Vna q.n. Qui vna eádemque nocte natus fuerat qua Paris.
Quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somniis, S.
Occ. Paris.
Ign. pro Ignoratum. vt test. etiã Gell. Sic Nescius. pass.
Inhorr. Quia setas tum erigũt. Quibus iræ est: vt dicitur, Esse odio. Non est animus vlli eorũ quibus est ira.
Ille au. Hic vers. & sequens sua sede videntur moti, vt doceo in epist.
Ter. Scuto.
Capite arduo, Sc.

Obuius aduersoque occurrit, seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus & hasta,
Pars belli haud temnēda, viri, iacet altus Orodes.
Conclamant socij, lætum pæana sequuti.
Ille autem expirans, Non me, quicunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata
Prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mista Mezentius ira,
Nūc morere: ast de me diuūm pater atq; hominūm rex
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoum obtrūcat, Sacrator Hydaspē,
Partheniúmque Rapo, & prædurū viribus Orsen:
Messapus Cloniúmq; Lycaoniúmq; Ericaten:
Illum, infrænis equi lapsu tellure iacentem:
Hūc, peditem pedes, & Lycius processerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis auita
Deycit. Atronium Salius, Saliúmq; Nealces,
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus & mutua Mauors
Funera: cædebant pariter paritérque ruebant
Victores victíque: neq; his fuga nota nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sauit.
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo: quàm magnus Orion,
Quum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, viam scindēs, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,

Insidiis, vel dolo.

Al. *virūm*. vt sit, *haud temnenda virūm*.

Asperrimi, qui frænorum sperneret regimē. S. *Proc.* dimicaturus contra Mess. sed Val præueniens eum occidit.

Haud exp. Fortasse pro Non degenerans à vir. auita. Sed tamen aliter.

Long. Iactu longè fallentis sagittæ: vt sit ἓν διὰ δυοῖν. Ita Ser. quem sequi nolim, sed hęc separare: & *longè fall. sagitta* intelligere, quæ fallit veniendo ex remotiore loco quàm vnde ventura putaretur.

Ingreditúrq; solo, & caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contrà Æneas, speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat: manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, & "mole sua stat:
Atq; oculis spatium emensus quàtum satis hastæ,
"Dextra mihi deus, & telum quod missile libro,
Nunc adsint. "voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Æneæ. Dixit, stridentémque eminus hastam
Iecit: at illa volans clypeo est excussa: procúlq;
Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
Herculis Anthorem comitē, qui missus ab Argis,
Hæserat Euandro, atque Itala consederat vrbe.
Sternitur infelix "alieno vulnere: cœlúmque
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Æneas hastam iacit: illa per orbem
Ære cauum triplici, per "linea terga, tribúsque
Transiit intextum "tauris opus, imáque sedit
Inguine. sed vires haud pertulit. ocyus ensem
Æneas, viso Tyrrheni sanguine, lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lacrymæq; per ora volutæ.
Hîc mortis duræ casum, tuáque optima facta
Siqua fidem tanto est "operi latura vetustas,
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, ínq; ligatus
Cedebat, clypeóque inimicum hastile trahebat:
"Proripuit iuuenis, seséque immiscuit armis.
Iámque assurgentis "dextræ, plagámque ferentis
Æneæ subiit mucronem: ipsúmque morando
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur,

Virtute sua cōfisus stabat. Ita D. non rectè.

Dex. Hinc suprà *Conceptor diuûm Mezentius.*

Voueo. Consecro & dico. S.

Alienum vocat vulnus, quod accepisset telo intentato alij: videlicet Æneæ. *Len. ter.* Lino enim tegebātur scuta, vt posset inhærere pictura. S.

Tauris. Tergoribus taurorū. *Op. tanto,* à pieta te profecto. vt mox, *Eallit te incautū pietas tua.* Quidam malè de carm. Virg. intell.

Al. *Prorupit.*

Al. *dextram.* vt ordo verb. sit, Subiit dextram Æn. iam assurgentis, & & mucr. f. pl. Sic mox, *Vt pro me hostili paterer sub cedere dextra.*

Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaque coniiciunt, proturbántq; eminus hostem
Missilibus: furit Æneas, tectúsq; tenet se.
Ac velut effusa siquando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris: vt possint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus vndique telis
Æneas, nubem belli, dum detonet, omnem
Sustinet: & Lausum increpitat, Lausóq; minatur,
Quò moriture ruis? maiorág; viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iámque altius iræ
Dardanio surgunt ductori: extremáq; Lauso
Parcæ fila legunt. validum nanq; exigit ensem
Per medium Æneas iuuenem, totúmq; recondit.
Transit & parmam mucro, leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:
Impleuítque sinum sanguis, tum vita per auras
Concessit mœsta ad manes, corpúsq; reliquit.
At verò vt vultum vidit morientis & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextrámq; tetendit:
Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
Quid tibi nunc miserande puer pro laudibus istis,
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus, habe tua: téq; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Æneæ magni dextra cadis. Increpat vltro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Quòd plenã de tãto hoste victoriam reportare non possit. D.

Hypall. pro Exerceri per diẽ.

Detonet, p Violentus impetus hostium remittatur. Al. dũ detinet omnes. Vel, -nubem belli dum detinet, omnes Sust.

L. colligunt.

Parmam, leuia arma, non clyp. S. At Don. hæc separat.

Æn. Quasi hoc moriẽti aliquod solatium afferat magni alicuius viri dextra cadere, quàm gregarij militis.

Interea genitor Tyberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis, corpúsque leuabat,
Arboris acclinis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circùm iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam.
Multa super Lauso rogitat, multósq; remittit
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Caniciem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ
Quem genui? tuáne hæc genitor per vulnera seruor,
Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix, nunc altè vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio sceptrísque paternis.
Debueram patriæ pœnas odiísque meorum
Omnes per mortes animam sontem ipse dedisse:
Nunc viuo, neq; adhuc homines lucémq; relinquo.
Sed linquam. Simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur: & quanquam vis alto vulnere tardat,
Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit,
Rhœbe diu (res siqua diu mortalibus vlla est)
Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta
Et caput Æneæ referes, Lausíque dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. neq; enim, fortissime, credo

Al. *lauabat.*

Acclinis lege, nõ *accliuis*. Qui error & apud Hor. Est autem pro Acclinatus. *C. f.* Sustinens se arboris trũco. S. Adiutus arb. tr. reficiebat lassata colla. Ita D. nisi potius scripsit *Adnixus*.

Omn. per. m. Per omnia mortis genera. Q. d. Debueram me cui libet periculo, sine vllius mortis metu, obiicere. Al. dedissem. vt interpung. post gen. meorum. *Dei.* Deiecto animo.

Si virtuti est adiectus euentus. Sc.

Iussa aliena pati & dominos dignabere Teucros,
Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
Membra: manúsq; ambas iaculis onerauit acutis,
Ære caput fulgens, cristáq; hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistóque insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.
Atque hîc Æneam magna ter voce vocauit,
Æneas agnouit eum, lætúsq; precatur,
Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo:
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.
Ille autem, Quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc via sola fuit qua perdere posses.
Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli.
Desine. iam venio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. Dixit, telúmque intorsit in hostem.
Inde aliud super atq; aliud figitque, volátque
Ingenti gyro: sed sustinet aureus vmbo.
Ter circum astantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens: ter secum Troïus heros
Immanem ærato circumfert tegmine syluam.
Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua,
Multa mouens animo, iam tandem erũpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusúmq; equitem super ipse sequutus
Implicat: eiectóque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troésque Latiníque.
Aduolat Æneas, vaginâque eripit ensem:
Et super hæc, Vbi nunc Mezentius acer, & illa
Effera vis animi? Contrà Tyrrhenus, vt auras

Exc. tergo. equi se præbentis & admouentis. At Don. Exceptus, tãquã è superiore loco, quũ ascẽdere nõ posset.

Pud. Quòd iam victus sit.

Æneas (agnouit enim) l. In vet. codic. inquit Pier.

Ad vulnus infligendum protẽta.

Propter illa Æn. *Sic pater ille deûm f.*

In læuam partẽ circumibat, vt dextrã Æn. partem circunueniret, quæ nuda erat. S. P. *in.* Pedes contra equitem.

Cadens in faciẽ, S.

Suſpiciens hauſit cœlum, mentémque recepit,
Hoſtis amare, quid increpitas, mortémq; minaris?
Nullum in cæde nefas: nec ſic ad prælia veni,
Nec tecũ meus hæc pepigit mihi fœdera Lauſus. Non cum hoc pacto à te Lauſus receſsit, vt vitam requirã. S.
Vnũ hoc per, (ſiqua eſt victis venia hoſtibus) oro,
Corpus humo patiare tegi. ſcio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc (oro) defende furorem,
Et me conſortem nati concede ſepulcro.
Hæc loquitur, iugulóq; haud inſcius accipit ẽſe m: Oſtendit illum præbuiſſe iugulum.
Vndantíque animam diffundit in arma cruore.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. XI.

ARGVMENTVM.

Occiſo Mezentio, victor Æneas Marti trophæũ erigit. Pallantis mortui corpus magno pompæ apparatu ad Euandri vrbem remittit: vbi ſummo & patris & ſuorum omniũ luctu excipitur. Interim oratores à Latinis miſsi dierum x i i inducias impetrant: quo temporis ſpatio vtrique ſuorum cadauera perquirunt, ſupremóque ſepulturæ honore proſequuntur. Eodem quoque tempore Venulus, quem ſub belli initium legatum ad Diomedem miſerant Latini, ad ſuos rediẽs, auxilia ſibi denegata renuntiat. Ea ſpe deſtitutus Latinus, concilio conuocato, de ſumma belli conſultat, legatóſque de pacis conditionibus ad Æneã mittendos cẽſet. Ibi Drances & Turnus, pro inueterato inter ipſos odio, ſe mutuis cõuitiis proſcindũt. Interim Æneas bipartitò diuiſis copiis, leuis armaturæ equites planis itineribus ad vrbẽ præmittit: ipſe cũ reliquo exercitu per loca ſyluis montibúſque impedita ad editiorẽ oppidi partẽ contẽdit. Cuius rei nuntio Laurentũ perlato, conſiliũ dimittitur: parantúrque ea quæ ad vrbis defenſionẽ putãtur pertinere. Turnus, cognito per exploratores Æneę cõſilio, bifariã & ipſe ſuas copias partitur. Equitibus Meſſapum & Camillã præficit, eóſque hoſtium equitibus opponit: ipſe cũ peditibus anguſtias, quà neceſſariò Æneæ ad vrbẽ iter erat, breuiori itinere occupat, atque ibi in ſubſidiis ſubſiſtit. Interim equeſtre prælium committitur, diúque dubio vtrinq; cuẽtu pugnatur. Ibi Camilla, magna prius edita hoſtium ſtrage, dum Chloreũ Cybeles ſacerdotem,

armorũ eius pulchritudine capta incautius insequitur, ex insidiis ab Arunte hasta traiicitur. Quam tamen sacrę virginis cędem Aruns non diu tulit inultam. Nam & ipse paulo pòst ab Opi Dianę ministra sagitta trasectus, offensi numinis pœnas persoluit. Camillę nece consternati Rutuli, fugam arripiunt. Troiani vrbis oppugnationem parant. Eius calamitatis nuntio ab Acca Camillę comite ad Turnum perlato, relictis quas obsederat angustiis, suis auxilio accurrit. Eodem subsequitur & Æneas: & quoniam imminente iam nocte prælium committi non poterat, vtrique positis castris ante vrbem considunt.

ALIVD MODESTINI IVRISconsulti argumentum.

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum:
Exanimúmque patri natum Pallanta remittit:
Iura sepulturæ tribuit tempúsque Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæ'a virùm passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances & Turnus, leges æquante Latino,
Concurrunt dictis. Æneas imminet vrbi.
Pugnatur: vincunt Troes: cadit ictta Camilla.
Deinde duces castris donec cessere minantur.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Occasis proprium pars vtraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinus,
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Æneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

ALIVD, MONOSTICHON.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla.

ALIVD.

Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.

OCeanũ interea surgens aurora reliquit. (dis
Æneas (quãquã & sociis dare tẽpus humã-
Vrgent. S. F. Pallantis. *"Præcipitant curæ, turbatáque" funere mens est)*
Vota deũm" primo victor soluebat eoo.
Primo eoo. i. simulatque sol ortus fuit. *Ingentem quercum decisis vndique ramis*
Constituit tumulo: fulgentiáque induit arma,

Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens. aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossúmque locis: clypeúmque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (nanque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes,
Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto,
Quod superest. hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ: manibúsq; meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis murósque Latinos.
Arma parate, animis & spe præsumite bellum:
Ne qua mora ignaros (vbi primùm vellere signa
Annuerint superi, pubémque educere castris)
Impediat, segnésq; metu sententia tardet.
Interea socios inhumatáque corpora terræ
Mandemus: qui solus honos Acherõte sub imo est.
Ite, ait: egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus. mœstámq; Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas: quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Sic ait illacrymans, recipítque ad limina gressum:
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit: sed non felicibus æquè
Tum comes auspicijs charo datus ibat alumno.
Circùm omnes, famulûmq; manus, Troianáq; tur-
Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ. (ba,
Vt verò Æneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt.
Pectoribus: mœstóque immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis & ora

Vaginam eburneam. S.

Talis est, S. Vide num rectius, *hic est.* vt hîc sit aduer. Al. *parate animis*, pro parate animos armis, per hyppall.

Sociorũ corpora inhumata.

Ex Ennio.

Immaturo. Ante diem.

Ibat. pro ierat.

Æneę ancillulę. nã omnes honestas mulieres in Sicilia reliquerat, excepta Euryali matre. S.

Vt vidit, leuíque patens in pectore vulnus
Cuspidis Ausoniæ, lacrymis ita fatur obortis,
Téne, inquit, miserande puer, quum læta veniret,
Inuidit fortuna mihi? ne regna videres,
Nostra, neque ad sedes victor veherêre paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, quum me complexus eũtem
Mitteret in magnũ imperium: metuénsq; moneret
Acres esse viros, cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
Fors & vota facit, cumulátque altaria donis:
Nos iuuenem exanimum, & nil iã cœlestibus vllis
Debentem, vano mœsti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi:
Hæc mea magna fides. at non Euandre pudendis
Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. hei mei quantum
Præsidium Ausonia & quantum tu perdis Iule.
Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintq; patris lacrymis: solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructóque toros obtentu frondis inumbrant.
Hîc iuuenem agresti sublimẽ in stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violæ seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, necdũ sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus, virésq; ministrat.
Tum geminas vestes ostróque auróque rigentes

Forſet. quidam leg. coniunctè. Vtroque modo profortaſſe. Sed affertur & tertia lectio *Forſit.*

Nil. deb. cœl. Quia qui mortui ſunt, nõ amplius diis ſuperis obnoxij ſunt, ſed inferis.

Deflere, fletum abſoluerẽ. vt Debellare, Defungi. &c.

Obtentis frondibus.

Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Harum unam iuueni, supremum mœstus honorẽ,
Induit: arsuráque comas obnubit amictu.
Multáq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos & tela, quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas:
Indutósq; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus, positis insignibus, Æthon
It lacrymans, guttísq; humectat grandibus ora.
Hastam alij galeámq; ferunt. nam cætera Turnus
Victor habet. tũ mœsta phalãx Teucríq; sequũtur,
Tyrrheníq; duces, & uersis Arcades armis.
Postquam omnis longè comitum processerat ordo,
Substitit Æneas, gemitúq; hæc addidit alto,
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata vocant. salue æternùm mihi maxime Palla,
Æternúmq; vale. Nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressúmq; in castra ferebat.
Iámque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, ueniámque rogantes:
Corpora per campos ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
Nullum cum victis certamen & æthere cassis:
Parceret hospitibus quondam socerísque vocatis,

Quam laboris non pigeret. Sc.

Vnam induit iuueni, altera caput eius velauit.

Quem cæsi funderent. Iubet truncos ferre ducũ spolia. vt trophæa, duces ipsos dixerit. S.

Duc. quasi quicõsternatus nimio dolore ire non poterat. S.

Sine phaleris.

Lugentum more, mucronem hastæ non cuspidem contra terram tenẽtes. S.

Beneficium. S.

Tumulum subire.

Quos bonus Æneas, haud aspernanda precantes,
Prosequitur venia: & verbis hæc insuper addit,
Quænam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacémne exanimis & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum sedémq; dedissent:
Nec bellum cum gente gero. rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
Æquius huic Turno fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis:
Vixet cui vitam deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, & miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Æneas. olli obstupuere silentes:
Conuersíq; oculos inter se atque ora tenebant.
Tum senior, sempérque odiis & crimine Drances
Infensus iuueni Turno sic ore vicissim
Orsa refert, O fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iustitiæne prius mirer, belline laborum?
Nos verò hæc patriam grati referemus ad vrbem:
Et te, siqua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxáque subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc: vnóq; omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies: & pace sequestra
Per syluas Teucri mistíque impunè Latini
Errauere iugis. ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus:
Robora nec cuneis & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Mallem legit Don. Legitur etiam sine *&*. *Ve.* pro Venissē.

Huic morti, δεικτικῶς: quasi ostendat eos iacentes. S. Vixisset. *Mis.* quasi aliena culpa pereūtibus.

Cælo pro iis qui in cælo sunt. i. diis. S. Dat huic verbo construct. Græci θαυμάζω. vt subaud. causa: sicut Gr. ἕνεκα. Si voluntatē nostram fortuna comitetur. *Fat.* propter illud, *Nisi fata l. sed. dedissent.* Media. S. Al. *icta.*

Et iam fama volans tanti prænuntia luctus,
Euandrum Euandriq; domos & mœnia complet,
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetusto
Funereas ¨rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
Contrà turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina. quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus vrbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
Sed venit in medios. pheretro ¨Pallante reposto,
Procũbit super, atq; hæret lacrymánsq; geménsq;:
Et via vix tandem vocí laxata dolore est,
Non hæc ô Palla dederas promissa parenti,
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus erã quantũ noua gloria in armis
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, bellíque propinqui
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum
Vota, precésq; meæ. túque ô sanctissima coniux,
Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.
Contrà ego viuendo ¨vici mea fata, superstes
Restarem vt genitor. Troum socia arma sequutũ
¨Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem:
Atq; hæc pompa domũ me, non Pallanta, referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ. quòd si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus antè,
Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio dignor te funere Palla, [quàm
Quàm pius Æneas, & quàm magni Phryges, &
Tyrrheníq; duces, Tyrrhenũm exercitus omnis.

Rap. Raptim & festinanter tulerunt.

Al. *Pallanta.*

Sic Ouid. *Nec me flere, diu, nec potuisse loqui.*

Vici mea f. Naturalem ordinem vita lõgiore superaui. qui est, vt sint parentibus superstites filij. Est & alia expos. Vide Ser.

Obr. & dediss. si nõ vicisse mea fata. Q.d. alioqui obr.

Magna trophæa ferũt, quos dat tua dextera letho.
Tu quoque nunc stares immanis trũcus in armis,
Esset par ætas & idem si robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quòd vitam moror inuisam, Pallante perempto,
Dextera causa tua est, Turnum gnatóque patríq;
Quam debere vides. meritis vacat hic tibi solus
Fortunæq; locus. non vitæ gaudia quæro,
Nec fas: sed gnato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.
Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon
Constituere pyras: huc corpora quisque suorum
More tulere patrum, subiectíq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatúsque ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma:
It cœlo clamórque virûm, clangórque tubarum.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni, galeas, ensésque decoros,
Frænáque, feruentésq; rotas: pars munera nota,
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circà mactantur corpora morti:
Setigerósque sues raptásque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. tum littore toto
Ardentes spectant socios, semustáque seruant
Busta. neque auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cœlum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim

Ma. Hic versus à nonnullis exẽpl. abest.

Sicut isti duces de quibus hæc sunt trophæa. vt suprà, *Indutósque iubet tr.* &c. v. 83.

Spes quã de virtute tua concipio: quæ Turni cęde natũ meũ & me vlcisci debet. Non enim aliud supereſt quod virtus tua vel fort. pręstare posit.

Mis. mort. vt alibi, ex his Homeri verbis, δ' εἰλοῖ σι βροτοῖσι.

Fer. Nimio cursu.

N. s. Quibus se defendere nequiuerunt. vel, ita se defendere vt mortem propulsarent.

Multa virûm terræ infodiunt: auectáque partim
Finitimos tollunt in agros, vrbíque remittunt.
Cætera, confuſæq; ingentem cædis aceruum,
Nec numero nec honore cremãt. tunc vndiq; vaſti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:
Mœrentes altum cinerem & confuſa ruebant
Oſſa focis, tepidóque onerabant aggere terræ.
Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
Hîc matres, miſeræq; nurus, hîc chara ſororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turníq; hymenæos,
Ipſum armis ipſúmq; iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ & primos ſibi poſcat honores.
Ingrauat hæc ſæuus Drances: ſolúmque vocari
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum.
Multa ſimul contrà variis ſententia dictis
Pro Turno: & magnum reginæ nomen obumbrat:
Multa virum meritis ſuſtentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce ſuper mœſti magna Diomedis ab vrbe
Legati reſponſa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impenſis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuiſſe preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipſe Latinus.
Fatalem Æneam manifeſto numine ferri
Admonet ira deûm, tumulíque ante ora recẽtes.
Ergo concilium magnum, primóſque ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluúntque ad regia plenis
Tecta viris. ſedet in medijs & maximus æuo,

Al. ſtragis. Id eſt, Cumulum cadauerum permixtorum.

Rueb. Eruebant è cineribus. S. Hypall. i. oſſa tepida. S.

Auget hęc quibus inuidia Turno cõcitabatur.

Ob. Turnum. i. tuetur, defendit. Metaph. ab arb. Amor reginę ad fauorem popularem plurimum proderat Turno. S.

Fatis aduectũ.

Cæſorum in pugna.

Al. rex max.

Et primus sceptris, haud læta fronte, Latinus.
Atque hîc legatos Ætola ex vrbe remissos
Quæ referant, fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit,
Vidimus ô ciues Diomedem, Argiuáq; castra:
Atque iter emensi casus superauimus omnes,
Contigimúsq; manum qua concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen patriámq; docemus:
Qui bellũ intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore,
O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadétque ignota lacessere bella?
Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea quæ muris bellãdo exhausta sub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miserãda manus. scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad littus abacti,
Atrides Protei Menelaus aduso; columnas
Exulat, Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.
Regna Neoptolemi referam, versosq; penates
Idomenei? Libycóue habitantes littore Locros?
Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuũm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetit: deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse deos patrijs vt redditus oris
Cõiugũ optatũ & pulchram Calydona viderem?

Nunc

Iapygia pars Apuliæ, in qua est mõs Garganus. S.

Quietos alioqui & amãtes pacis.

Iuuenes omnes luimus quæ sunt statutæ sceleribus. Ita Ser. qui addit legi etiã, sceleris omnis. *Vel.* Etiam Pr. *Versos.* Euersos & dirutos: aut in aliena iura conuersos. Ita Ser. qui & cum voce regna subaudit euersa.

Asia. Quum Agamem. Asiam deuicisset, remãsit in insidiis adulter, qui eum interficeret. Legitur & deuictã. *Assedit.* vt Subsedit sit Ex insidiis occupauit: vel, dolo possedit.

Inuidisse. Refrãne inuidisse deos &c. ex præcedentibus.

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:
Et socij amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibúsq; vagantur, aues (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implẽt.
Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, quum ferro cœlestia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram.
Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini lætorue malorum.
Munera quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Æneam. stetimus tela aspera contra,
Contulimúsq; manus: experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo prætereà tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris Æneaq; manu victoria Graiûm
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Hic pietate prior. coeant in fœdera dextræ,
Quà datur: ast armis concurrant arma, cauete.
Et responsa simul quæ sint, rex optime regum,
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati: variúsque per ora cucurrit
Ausonidûm turbata fremor: ceu, saxa morantur
Quum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinaq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierũt,
Præfatus diuos solio rex infit ab alto,
Antè equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius: non tempore tali

Nam Diom. nõ uas sedes in Apulia captauit, amisítque socios, in sui nominis aues conuersos. nec historiæ fidem mutauit, vt Ser. autumat. Parrh. ex Lycophr.

Sper. pro timẽda. Ser.

Stetim. Et comminus & è longinquo inter nos bella tractauimus. S.

In Græciam venissent Troiani, & quæ nunc victoria gaudet, lugeret quòd victa esset. Vocauit autẽ lib. 7, Argos Inachios At Dardanus & Dardanius.

Quà d. Quacunque ratione datur. Quibuscũque datur conditionibus: etiã iniquis.

Clau. Saxorum obiectione præcluso.

Pr. diuos. Quoniam apud antiquos, antequã verba in senatu vel concione facerent, deos precabantur. T.

Cogere concilium, quum muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictíque viris gerimus: quos nulla fatigant.
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem siquam accitis Ætolûm habuistis in armis,
Ponite. sperate sibi quisq; sed, hæc quàm angusta, vide-
Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina, [tis.
Ante oculos intérq; manus sunt omnia vestras.
Nec quenquam incuso. potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsq; Sicanos.
Aurunci Rutulíque serunt, & vomere duros
Exercent colles: atq; horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum: & fœderis æquas
Dicamus leges, sociósque in regna vocemus.
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines aliámq; capessere gentem
Est animus, possúntque solo decedere nostro:
Bis denis Italo texamus robore naues,
Seu plures complere valent. iacet omnis ad vndã
Materies: ipsi numerúmq; modúmq; carinis
Præcipiunt: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacísque manu prætendere ramos:
Munera portantes eborísque, auríque talenta,
Et sellam regni trabeámq; insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni

Originem ducente à diis. S.

Al. *bello.*

Q.d. Quum ipsi cernatis, non est quòd vobis narrem.

Toto corp. Totis imperij viribus.

Thu. Tyberino. vt alibi dicit Thuscum Tyberim.

Cõcedat in pretium am. & pari inter nos societate versemur. i. vt sit neuter inferior. S. Al. *poscúntque.*

Pro trabibus ex quibus naues fiunt. S.

Quidam interpungunt ante accus. talenta.

In med. In commune.

"Obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris:
Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis autor.
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis ô bone rex. cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi, sed dicere "nussant.
Det libertatem fandi, "flatúsq; remittat,
Cuius "ob auspicium infaustum morésque siniſtros
(Dicã equidẽ, licet arma mihi mortémq; minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totámque videmus
"Consedisse vrbem luctu: dum Troïa tentat
Castra, fugæ fidens, & cœlum "territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis "ducique iubes, vnum, optime regum,
Adijcias: nec te vllius violentia vincat,
Quin gnatam egregio genero digníque hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quòd si tantus habet mentes & pectora terror,
Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso:
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proycis? ô Latio caput horum & causa malorum.
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis (& esse
Nil moror) en supplex venio: miserere tuorum:
Pone animos, & pulsus abi. sat funera fusi
Vidimus, ingentes & "desolauimus agros.
Aut (si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis, & si adeò dotalis regia cordi est)

Non veniente recta & aperta via, sed ex occulto & quasi ex insidiis. *Mel.* potentior.

Muss. Verẽtur ab jis qui insussurrant vel obmurmurant quod cum metu dicunt.

Fla. Superbiam. Altera autẽ exp. Ser. inepta.

Ob ausp. Q.d. Si malis tuis ominibus non egre derẽtur, possent forsitan superare virtute.

In luctũ esse demersam. S. Alij, lacere prę luctu.

Terr.c. Desidetandi significatione. i. Cœlum deósque terrere velle videtur. T. Al. *dicique iubes*, vt pertineat ad naues & agrum: quæ verbis offerenda sint.

Vt suprà, *& latos vastant cultoribus agros.*

A.v.

Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostẽ.
Scilicet, vt Turno contingat regia coniux,
Tãquam animę viles. *Nos, animæ viles, inhumata infletáq; turba,*
Sternamur campis: etiam tu, si qua tibi vis,
Si patrij quid Martis habes, illum aspice cõtrà,
Qui vocat.
Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum: rumpítque has imo pectore voces,
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc quum bella manus poscũt: patribúsq; vocatis
Primus ades. sed non replenda est curia verbis,
Dist. Arcet, Repellit. Propiè, Extra tenet. S. *Quæ tutò tibi magna volant, dum distinet hostem*
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Vt solitum est tibi. *Proinde tona eloquio, solitum tibi: méque timoris*
Argue tu Drance. tot quando stragis aceruos
Tot q. Hæc per ironiam, vel potius cum aperta irrisione, propter ea quæ pr. *Teucrorum tua dextra dedit, paßímque trophæis*
Insignis agros, possit quid viuida virtus,
Experiare licet. nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis: circumstant vndique muros.
Cãpos legit Ser. *Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors*
An tibi M. An semper te Martium esse virũ iactabis, quũ nihil aliud quàm loqui de bello aut à bello fugere soleas? *Ventosa in lingua pedibúsque fugacibus istis*
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquã meritò fœdissime pulsum
Arguet? Iliacò tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine & Euandri totam cum stirpe videbit
Aut quis. Don. legit *Haud* & *arguet*, absque interr. *Procubuisse domũ, atque exutos Arcadas armis?*
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub tartara misi,
Inclusus muris, hostilique aggere septus.
Cum st. Ob Pallantem filium eius occisum. Drancis verba sunt v. 362. *Nulla salus bello? (capiti cane talia demens*
Dardanio, rebúsque tuis) proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victæ, contrà premere arma Latini.

Nũc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremi-
Nunc & Tydides, & Lariſſæus Achilles: (ſcunt,
Amnis & Adriacas retro fugit Auſidus vndas.
Vel quum ſe pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquam animã talẽ dextra hac (abſiſte moueri)
Amittes: habitet tecum, & ſit pectore in iſto.
Nunc ad te & tua, magne pater, conſulta reuertor.
Si nullam noſtris vltra ſpem ponis in armis.
Si tam deſerti ſumus, & ſemel agmine verſo,
Funditus occidimus, neq; habet fortuna regreſſum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
(Quãquam ô ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios, fortunatúſque laborum,
Egregiúſque animi, qui, nequid tale videret,
Procubuit moriens, & humũ ſemel ore momordit)
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilióque vrbes Italæ populíque ſuperſunt:
Sin & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine, ſunt illis ſua funera, párque per omnes
Tempeſtas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies variúſque labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit & in ſolido rurſus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi?
At Meſſapus erit, felix q; Tolumnius, & quos
Tot populi miſere duces. nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum & florentes ære cateruas.
Quòd ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt,
Idque placet, tantúmque bonis communibus obſto:

Q. d. etiamſi Diom. auxilium nobis denegarit, non tamen omnino deſerti ſumus.

Non fruſtra laboraſſe videtur. Sc.

Exp. Ser. Citò, Cõfeſtim. i. qui tota mortis celeritate defunctus. Sed retineri poteſt propria eius ſignificatio.

Al. *mutata*. Sed hę duæ voces *alterna reuiſens* propius accedũt ad Græcam ἀλλοπρόσαλλος. Pro *parua* Seruius *tarda* videtur. Exponit enim, Latina pubes celerrimè victorum adipiſcetur.

Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Vt tanta quicquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem,
Factáque Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet. vobis animam hanc, soceróque Latino,
Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus,
Deuoueo. solum Æneas vocatì & vocet, oro.
Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat: siue est virtus & gloria, tollat.
Illi hæc inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Æneas acièmque mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisque vrbem terroribus implet,
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenámque manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi, concussáque vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus.
Flent mœsti, mussántq; patres: hîc vndique clamor
Dissensu vario magnus se tollit in auras:
Haud secus atque alto in luco quum fortè caterua
Consedere auium, piscosóve amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Imò, ait, ô ciues, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. Nec plura loquutus
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis:
Duc, ait: & Rutulos equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment, turrésq; capessant:
Cætera, quà iusso, mecum manus inferat arma.
Omnes in muros tota discurritur vrbe.

Spe tantæ laudis, quã consequar si solus cæteris omnibus salutem peperisse dicar.

Vel m. pr. Ach. Etiamsi alterũ Achillem se exhibeat. Etiamsi non minora prę stet quàm Achilles. At Ser. perperam (vt opinor) Pręstare aliquẽ & alicui, eadem signif.

Pot. Nec Drances potius quàm ego.

Hic Ser. exp. Querun tur. Vide ann. in vers. 345.

Desides, Pigri. Vel simpliciter, Sedentes in concilio.

In armis. i. armatos, inquit Ser. qui *Mess.* vult esse antiquũ vocat. aut nom. pro voc.

Nisi dicatur, *Mess & Coras eq.* diffundite, pro diffundant.

Iusse pro Iussero.

Concilium ipse pater & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt.
Multáque se incusat, qui non acceperit vltro
Dardanium Æneam, generúmq; asciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa sudésque
Subijciunt. bello dat signum rauca cruentum
Buccina. tunc muros varia cinxere corona
Matronæ puerique: vocat labor vltimus omnes.
Necnõ ad templum summásque ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens: iuxtáque comes Lauinia virgo,
Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine voces,
Armipotens belli præses Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis: & ipsum
Pronum sterne solo, portísque effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:
Jámque adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surásque incluserat auro,
Tẽpora nudus adhuc: lateríque accinxerat ensem.
Fulgebátque alta decurrens aureus arce:
Exultátque animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis, vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campóque potitus aperto,
Aut ille in pastus armentáque tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectísque fremit ceruicibus altè
Luxurians: ludúntque iubæ per colla, per armos.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portísque ab equo regina sub ipsis
Desiluit. quam tota cohors imitata, relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur,

Pro multum. vt Gr. plurali πολλὰ vtuntur aduerbialiter. Sic alibi.
Præf. Ante portas fossas faciũt. S.
Quia pilẽtis vehebantur matronæ ad tẽpla. vt lib. 8. v. 666.
Temp. Nondum galeatus.
Qual. Homerica cõparatio, quã Ennius iam mutuatus erat.
Descendit cum arte quadam & facili cõcinnóque motu.

Si fortis sibi quicquã debet fidere: siquid spei in sua fortitudine debet ponere.

Turne, sui meritò si qua est fiducia forti,
Audeo & AEneadûm promitto occurrere turmæ,
Solâque Tyrrhẽnos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.

Cuius terribilis erat aspectus.

Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine fixus,
O, decus Italiæ, virgo, quas dicere grates,
Quásve referre parem? sed nunc (est omnia quãdo
Iste animus supra) mecum partire laborem.
AEneas (vt fama fidem missíq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma

Quat. Quidam exp. vt perturbarent insidias.

Præmisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem.

Furta. Insidias.

Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,

Fauc. Itinera angusta inter duos montes. S.

Vt biuias armato obsidam milite fauces:
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis.
Tecum acer Messapus erit, turmæq; Latinæ,

Simul cum illis cape. vt *Con* sit cõiunctiua particula. S.

Tyburtíq; manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociósq; duces: & pergit in hostem.

Seruius quoque legit *valles*, antiquè dictum, metri causa. Al. quàsem.

Est curuo anfractu valles, accommoda fraudi
Armorúmq; dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinque latus: tenuis quò semita ducit,
Angustæq; ferunt fauces, aditúsque maligni.

Quò se tutò recipere potest exercitus.

Hanc super, in speculis summóque in vertice mõtis
Planities ignota iacet, tutique receptus:
Seu dextra læuáqu evelis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitque locum, & syluis incedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim.
Vnam ex virginibus sociis sacráque caterua
Compellabat, & has tristes Latonia voces

Ore dabat, Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & noſtris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias. neq; enim nouus iſte Dianæ
Venit amor, ſubitáque animum dulcedine mouit.
Pulſus ob inuidiam regno, viréſque ſuperbas,
Priuerno antiqua Metabus quũ excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli
Suſtulit exilio comitem, matríſque vocauit
Nomine Caſmillæ, mutata parte, Camillam.
Ipſe ſinu præ ſe portans iuga longa petebat.
Solorum nemorum: tela vndiq; ſæua premebant,
Et circunfuſo volitabant milite Volſci.
Ecce, fugæ medio ſummis Amaſenus abundans
Spumabat ripis (tantus ſe nubibus imber
Ruperat) ille innare parans, infantis amore
Tardatur, charóque oneri timet. omnia ſecum
Verſanti, ſubitò vix hæc ſententia ſedit.
Telum immane manu valida quod forte ferebat
Bellator, ſolidum nodis & robore cocto,
Huic natam, libro & ſyluestri ſuberæ clauſam.
Implicat, atq; habilem mediæ circumligat haſtæ.
Quam dextra ingenti librans, ita ad æthera fatur,
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia virgo,
Ipſe pater famulam voueo. tua prima per auras
Tela tenens ſupplex hoſtem fugit: accipe, teſtor,
Diua tuam, quæ nunc dubijs committitur auris.
Dixit, & adducto contortum haſtile lacerto
Immittit. ſonuere vndæ: rapidum ſuper amnem
Infelix fugit in iaculo ſtridente Camilla.
At Metabus, magna propius iam vrgẽte caterua,
Dat ſeſe fluuio, atq; haſtam cum virgine victor
Gramineo, donum Triuiæ, de cæſpite vellit.
Non illum tectis vllæ non mœnibus vrbes

Mut. Innuere videtur. Camillam à Caſmilla deduci, detracta litera. Sic Camœnæ, quæ priſcis Lat. Caſmenæ. T.

Longa, longè poſita, remotiora, vt S. exp.

Vel potius, *Verſanti ſubiìò, vix h.*

Quòd haſtæ igni durari conſueuerint.

Cõſecro in tuũ miniſterium. S.

Nec in vrbes, nec in priuatas domos admiſſus eſt.

Præ feritate. Vt ferus erat, non consensisset. Si qui eũ voluisset suscipere, eorũ consortia fugisset.

Accepere: (neq; ipse manus feritate dedisset)
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hîc natam in dumis, intérque horrentia lustra,
Armentalis equæ mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Pastoralẽ vitã. *Arm.* Indomitę. Ideo seq. *lacte ferino.*
Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculáq; ex humero paruæ suspendit & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Thraciam, à fluuio Strymone.
Strymoniámq; gruem aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Æternum telorum & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Chara mihi comitúmq; foret nunc vna mearum.
Al. *Vrgemur.*
Verùm age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
Labere Nympha polo, finésq; inuise Latinos,
Pro committetur. S.
Tristis vbi infausto committitur omine pugna.
Hæc cape, & vltricem pharetra deprome sagittã:
Quia dixerat sacrum. S.
Hac quicunq; sacrum violarit vulnere corpus,
Tros Italúsue, mihi pariter det sanguine pœnas.
Post ego nube caua miserandæ corpus & arma
Inspoliata feram tumulo, patriáq; reponam.
Dixit: at illa leues cœli demissa per auras
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Etruscíq; duces, equitúmque exercitus omnis,
Compositi numero in turmas. fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis

Huc obuersus & huc. tum latè ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
Necnon Messapus contrà, celeresque Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ,
Aduersi campo apparent: hastâsq; reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
Aduentúsq; virûm, fremitúsq; ardescit equorum.
Iámque intra iactum teli progressus vterque
Substiterat: subito erumpunt clamore, frementésq;
Exhortantur equos: fundunt simul vndique tela
Crebra, niuis ritu: cœlúmque obtexitur vmbra.
Continuò aduersis Tyrrhenus & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primíque ruinam
Dant sonitu ingenti: præfractáq; quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt. excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies: versíq; Latini
Reyciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.
Troes agunt, princeps turmas inducit Asylas.
Iámque propinquabant portis: rursúsq; Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penúsque datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulósq; superiacit vndam
Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro atque æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, littúsque vado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egere ad mœnia versos,
Bis reiecti armis respectant terga tegentes:
Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
Implicuere inter se acies, legitq; virum vir,
Tum verò & gemitus moriẽtũ, & sanguine in alto

Intell. Horret hastis ferreis.
Terribilis est.
Ardẽt autẽ i. resplendent. Versus Ennij irrisus à Lucillio. S.
Red. Habitũ ostendit hominis in procinctu hastam tenentis, & manu retrorsum ducta eam librantis, paratísque mittere. T.
Præcipitatur.
Retro agunt.
Iacit vndam super scop. S. Curuatione & flexu vndarum. S.
Per hypall. pro Labens ipse per vadum. S.
Deligit. D.

Armáque, corporáque, & permisti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi: pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire)
Hastam intorsit equo, ferrúmq; sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altáque iactat,
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura:
Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolam,
Ingentémque animis, ingentem corpore & armis
Deijcit Herminium: nudo cui vertice fulua
Cæsaries, nudíque humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicátque, virũ transfixa, dolorẽ.
Funditur ater vbique cruor: dant funera ferro
Certantes. pulchrámque petũt per vulnera mortẽ.
At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.
Et nunc lentа manu, sparsens hastilia densat,
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ:
Illa etiam, siquando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuersо fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larináque virgo,
Culláque, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisque bonas bellique ministras.
Quales Threïciæ quum flumina Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circũ Hippolyten, seu quum sе Martia curru
Pentheſilea refert: magnóque vlulante tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre: cuius apertum

Ex vulneris genere fugientem ipsum intel. esse percussum. S.

Arma Hostilia tela.

Al. -*duplicátque virum transfixa dolore.* Id est, Duplici dol. virum cumulat. vt Ouid. dixit, *Duplicatáque vulnere cæco est.* Pier. Legitur etiam *viri & dolorem.* Suspendendum Exultat. vt Am. intelligas, quasi Am. S.

Pro lenta Don. *læta.* Quidam putant *lenta hast. & validam hip.* dixisse quasi omni telorum genere aptè & militariter vteretur.

Fug. spicula pro ipsa fugiens. S. *Dia.* Generosa, vt exp. Ser. Sed legitur & *dura:* quo dixit modo, *Durum à stirpe genus.*

M. aut bellicosa, aut Martis filia *Eumeum* leg. Ser. & Don. sicut & aliqui vet. cod.

Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humũ, moriénsq; suo se in vulnere versat.
Tũ Lirin Pagasúmq; super: quorũ alter habenas
Suffosso reuolutus equo dum colligit, alter — Al. *Suffuso.* Vtrũque Ser. agnoscit. Dum se ad sustentationem ruẽtis inclinat.
Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem,
Praecipites paritérque ruunt. his addit Amastrum
Hippotaden: sequitúrque incumbens eminus hasta
Tereáq; Harpalycúmq;, & Demophoonta, Chromímque. — Et vult vtrumque tanta celeritate esse percussum, vt vnũ ictum putares.
Quótque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygij cecidere viri. procul Ornitus armis
Ingentibus, & equo venator Iapyge fertur. — I. Appulo.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco — Lorica. nã propriè est tegmen de loro factum.
Pugnatori operit: caput, ingens oris hiatus
Et malæ texere lupi, cum dentibus albis:
Agrestísque manus armat: sparus, ipse cateruis — Sp. telũ rusticũ in modũ pedis recuruum.
Vertitur in medijs, & toto vertice supra est.
Hũc illa exceptũ (neq; enim labor agmine verso)
Traijcit, & super hæc inimico pectore fatur,
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret. nomen tamẽ haud leue patrum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
Protinus Orsilochũ, & Butem, duo maxima Teucrorum corpora: sed Buten aduersum cuspide fixit (crũm
Loricam galeámq; inter, quà colla sedentis — Sessoris, Equitis.
Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
Orsilochũ fugiens, magnúmque agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequitúrque sequentem. — Sinisterior, breuiore circulo. S.
Tum validam pérq; arma viro pérq; ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.

Incidit huc subitóque aspectu territus hæsit
Apenninicolæ bellator filius Auni,
Quosomnes esse fallaces, tradidit Varro, Orig. lib. 2. Ser.
Haud Ligurũ extremus, dum fallere fata sinebãt.
Isque vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neque instantem reginam auertere, cernit:
Consilio versare dolos ingressus & astu,
Incipit hæc, Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæq; accinge pedestri.
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa, furens, acrique incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribúsque assistit in armis,
Ense pedes nudo puráque interrita parma.
At tuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
(Haud mora) conuersísq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, frustráque animis elate superbis.
Fallax, Mobilis. S.
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu: fræníq; aduersa prehensis
Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensámque tenet, pedibúsq; euiscerat vncis:
Tum cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.
Negligentibus. S.
At non hæc nullis hominum sator atque deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes cedentiáque agmina Tarchon
Fertur equo, variúsque instigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans: reficítq; in prælia pulsos.

"Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper "inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina vertit.
Quo ferrum? quidue hæc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes nocturnáque bella:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes, & plenæ poculamensæ.
Hic amor, hoc studiũ, dum sacra secundus aruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus, equum in medios, "moriturus & ipse,
Concitat, & Venulo aduersum se "turbidus infert:
Direptúmq; ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor, cunctíque Latini
Conuertêre oculos. volat igneus æquore Tarchon
Arma virúmq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Quà vulnus lethale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus "exit.
Vtque volans altè raptum quum fulua draconem
Fert aquila, implicuítq; pedes, atq; vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectíque horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tyburtũ ex agmine Tarchõ
Portat ouans. ducis "exemplũ euentúmq; secuti
Mæonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima, tentat.
Quà se cunque furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat:
Quà victrix redit illa, pedémq; ex hoste reportat,

Qualis, vel Quãtus metus, qui vos fœminam etiã timere cõpellit. S.

In. Stulti, vt exp. Ser. Verùm vox seq. *ignauia*, non videtur admittere hãc expos.

Morit. Eo consilio vt se morti offerret. i. mortis discrimina adiret.

Turb. Terribilis, vt Ser. exp.

Euitat, vt alibi. S.

Al. *euentum exẽplúmque*. Sed alteram lect. habent vet. & rectius. Par. n. est (vt Pier. admonet) rem prius aggredi quàm quid inde eueniat, spectare possis.

Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iámque hos aditus, omnémq; pererrat
Vndiq; circuitũ, & certã quatit improbus hastam.
Forte sacer Cybelo Chloreus, olímq; sacerdos,
Insignis longè Phrygijs fulgebat in armis:
Spumantémq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida. tũ croceã chlamidémq; sinúsq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troïa, captiuo siue vt se ferret in auro,
Venatrix: vnum ex omni certamine pugnæ
Caca sequebatur, totúmq; incauta per agmen,
Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidijs quum tandem tempore capto
Conïicit, & superos Aruns sic voce precatur,
Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens. non exuuias pulsæue tropheum
Virginis, aut spolia vlla peto. mihi cætera laudem
Facta ferent: hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,

Al. *satus Cybele.* Sed sacer Cybelo habent aliqui vet. & ita Don. & Ser. vt sit nomen monetis pro numine quod in eo colitur. Verùm apud Ser. mendũ est in exempl. *Impl. i.* in modũ plumæ, seu similitudinem.

Impatienti. Alij exp. vehemẽti vel vehemẽtiss.

Al. *Cõcitat.* quod Pier. magis probat: quia nonnisi multo pòst ait, *Ergo vt missa manu s. d. hasta per auras.*

Acer. Pyra. *Med.* De sacerd. ambulantib s supra ignem, vi de Plin. & Silĩ.

Exuuias occisæ, pulsæ troph. S. *Patrias r. ingl. vrbis,* Pier. affert ex omn. suis vet. lib. Est autẽ vrbis pro vrbes.

Non

Non dedit: ínque Notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt missa manu sonitũ dedit hasta per auras,
Conuertere animos acies, oculósq; tulere
Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec auræ
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli:
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominámq; ruentem
Suscipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia, mistóque metu: nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóue iuuenco,
Conscius audacis facti: caudámque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluásque petiuit:
Haud secus ex oculis sese turbidus abstulit Aruns,
Contentúsque fuga, mediis se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic expirans, Accam, ex æqualibus vnam,
Alloquitur (fida ante alias quæ sola Camillæ,
Quicum partiri curas) atque hæc ita fatur,
Hactenus Acca soror potui: nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circúm.
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer,
Succedat pugnæ, Troianósq; arceat vrbe.
Iámque vale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens. tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore: lentáque colla
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:

Auras pro auræ antiquo more, legunt Asper & Seruius.
Exert. Amazonũ more.
Hæs. Ita infixa est, vt non elaberetur.
Al. *magnóque.*
Pauit. Quę timorem indicat. pro Ipse pauitãs. S.
Turb. Vehementer perturbatus.
Alij *telo* legunt, & intell. vulnere. S.
Partiri cur. Subsolebat.
Potui pugnare, vel viuere. S.
Succ. Animus bellatricis ostẽditur, quæ non se dolet lucem sed bella relinquere. S.

Vitáque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,
Tyrrhenique duces, Euandrique Arcadis alæ.
At Triuiæ custos iamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectátq; interrita pugnas.
Vtque procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi mulctatam morte Camillam,
Ingemuítq;, dedítque has imo pectore voces,
Heu nimium virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte: neq; hoc sine nomine lethũ
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacáque ilice tectum.
Hîc dea se primùm rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Auruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,
Cur (inquit) diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni: capias vt digna Camillæ
Præmia. túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornúque infensa tetendit:
Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruóque papillam.
Extemplo teli stridorem aurásque sonantes

Cla. Troianorũ cla. Camillę morte exultantium.

Cr. Crudelior fit, cæde multorum. S.

Tùne. Dolet eũ mortis genere nobilitari. Arcum.

Cap. Extremitates arcus.

Don. legit. Hoc *tibi des.* Malim *gestasse:* licet multo plura exempl. habeant *gessisse.*

Nisu. Conamine. Sed intell. eam totis viribus in volatu vsam esse.

Celeritas iaculantis exprimitur.

Audiit vnà Aruns, hæsitque in corpore ferrum.
Illum expirantem socij atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt:
Opis ad ætherium pennis aufertur olympum.
Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:

Deserti significari. S.

Disiectique duces, desolatique manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros lethúmq; ferētes
Sustentare valet telis, aut sistere contrà:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedúmq; putrē cursu quatit vngula cāpū.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis: & è speculis percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes,
Hos inimica super misto premit agmine turba.
Nec miseram effugiunt mortē: sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs atque inter tuta domorum
Confixi expirant animas. pars claudere portas,
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes. oritúrq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, ínque arma ruentū.
Excluſi, ante oculos lacrymantúmq; ora parentum,
Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,
Voluitur: immissis pars cæca & concitā frænis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Mōstrat amor verus patriæ) vt videre Camillā,
Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro,
Stipitibus ferrum sudibúsque imitantur obustis,
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
Intere a Turnum in syluis sæuissimus implet

Lax. Non intentos, sed iam solutos. S.

Sic paulo pòst, *fumantes puluere campos.* Ex densō autem & spisso puluere (quē vocat turbidū atra cal.) ostendit magnum fugientium numerum.

Tuta. Id est, quę alioquī visa erant tuta.

Aper. Dare aditum.

Præc. In quas patebat præcipitium.

Ar. Irruit in portas, tanquam aries, bellica machina.

Sic alibi *obice:* sed alij scr. & illic & hîc *obice.*

Trep. Festinæ. aut, in mortem ruentes. S.

Pro m. Pro defensione mœnium.

Syl. Vbi latebat ad insidias.

Nuntius: & iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam:
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse: metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campúmq; tenebat,
Quum pater Æneas, saltus ingressus apertos,
Exuperátque iugum, syluáque euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totóque feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Æneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiáq; agmina vidit:
Et sæuum Ænean agnouit Turnus in armis,
Aduentúmq; pedum flatúsque audiuit equorum:
Continuò pugnas ineant, & prælia tentent:
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

Impetum facere. vt, *Ingruit Æneas armis.* At D. Imminere.
Met. periculum ipsis mœnibus iam impẽdere.
Fur. Dolore amens.
Camp. Planitiẽ, relictis montibus & syluis.
Apert. Insidiis carentes. S.
Sæuum. Ser. exp. fortem.
Vall. & qui tuẽtur, & qui obsident. S.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. XII.

ARGVMENTVM.

Attritis duobus aduersis prælijs Latinorum viribus, animisque eorum fractis, Turnus, vbi omnem spem suam in seipso sitam videt, frustra dissuadẽte Latino, reginâque multis eũ cum lacrymis nequicquam retinente, singulari certamine cum Æneâ dimicare statuit: eiúsque rei Æneam, per quendam ex suis, Idmonem nomine, facit certiorem. Accipit conditionem Æneas, solennique vtrinque sacramento fœdus sancitur. Id Iunonis impulsu à Iuturna Nympha, Turni sorore, in falsa Cameretis imaginem conuersa, perturbatur: primúsque omnium Tolumnius augur falso augurio certam suis victoriam promit-

tens, vnum ex Gylippi filiis hasta traiicit. Æneas quoque, dum subiti tumultus causam ignorans, suos reuocare conatur, ab in certo autore sagitta vulneratus, prælio excedere cogitur. Qua re intellecta, Turnus magnam sibi rei bene gerendæ occasionē oblatam ratus, ingētem hostium stragem edit. Interim Venus, decerpto ex Ida Cretensi dictamo herba, filio suo medetur. Refectis viribus Æneas, Ascanium paucis suo exemplo ad virtutē cohortatus, suis auxilio accurrit, Turnúmque nominatim ad pugnam deposcit. Verùm quum Turnus sui copiam non faceret (Iuturna enim quæ excusso Metisco auriga, currū eius moderabatur, in diuersam semper partem habenas deflectens, cōgredi eos non patiebatur) oppugnandæ vrbis consilium capit: admotóque ad mœnia exercitu, in propugnacula proximáque ædificia ignem coniicit. Ibi Amata, quum Turnum occisum ar bitraretur, doloris impatiētia laqueo vitā finit. His rebus Turno per Sagem nuntiatis, quum eò rem deductam videret vt sibi necessariò dimicandum esset, nisi perpeti mallet sociorū vrbem se inspiciente in hostium potestatem peruenire, vltro Æneam ex præscripto fœderis ad singulare certamen prouocat. Ea pugna superior Æneas, quum victi hostis precibus iam penè ad misericordiam flecteretur, conspecto in humeris eius balteo, quem occiso Pallanti Turnus detraxerat, repentè ira accēsus, gladio per pectus adacto, eum vita spoliat.

ALIVD MODESTINI IIVRISconsulti argumentum.

Turnus, iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris omnia victis.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum campo congressus, vtrinque
Circunfusa acie, vita spoliauit & armis.

ALIVD INCERTI AVTORIS argumentum.

Troianis Rutulísque placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Dictamno: Rutulíque luunt periuria victi.
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

ALIVD, MONOSTICHON.

Duodecimo Turnus diuinū occidit armis.

ALIVD.

Vltimus imponit bello Turni nece finem.

Infr. Antea sem per infractos, & inuictos.
Prom. Quia dixerat, *Ibo animis cõtrà*, l. 11, v. 438.

Latr. Venatoris: quòd sit in insidiis latronũ more.
Gl. Crescit.
Turb. Cui opponitur, *Sedato corde*, mox, de Latino.

Al. *cedátque.*

Cas. Casuum varietatem se timere dicit, ne de eius virtute desperare videatur. S.

An. Omni attẽtione percipe. S.
Diuíque. Propter Faunum & vates. S.
Vincla & religionis & fœderis.

TVrnus vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis: vltro implacabilis ardet,
Attollítque animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo: gaudétque comãtes
Excutiens ceruice toros, fixúmq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accensò gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit,
Nulla mora in Turno: nihil est quòd dicta retractẽt
Ignaui Æneadæ, nec quæ pepigere recusent.
Congredior: fer sacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam,
Desertorem Asiæ (sedeant, specténtq; Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.
Olli sedato respondit corde Latinus,
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere, atq; omnes metuentẽ expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu: necnõ aurúmq; animúsq; Latino est.
Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris,
Nec genus indecores. sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri:
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: ídq; omnes diuíque hominésq; canebãt:
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi,
Promissam eripui genero, arma impia sumpsi.

Ex illo, quime casus, quæ Turne sequantur
Bella, vides: quantos "primus patiare labores.
"Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.
Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si, Turno extincto, socios sum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cætera dicet
Italia, ad mortem si te ("fors dicta refutet)
Prodiderim, natam & connubia nostra petentem?
"Respice res bello varias: miserere parentis
Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea longè
Diuidit. Haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exuperat magis, "ægrescitq; medendo.
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore,
Quam pro me curã geris, hãc precor optime pro me
Deponas: lethúmque sinas pro laude "paciſci.
Et nos tela, pater, ferrúmque haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea "tegat, & vanis sese occulat vmbris.
At regina noua pugnæ conterrita sorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrymas, per siquis Amatæ
Tangit honos animum (spes tu tunc vna senectæ,
Tu requies miseræ: decus imperiúmq; Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunque manent isto certamine casus,
Et me Turne manent. simul hæc inuisa relinquam
Lumina, nec generum Æneam captiua videbo.
"Accepit vocem "lacrymis Lauinia matris

Pr. Exp. Ser. præcipuus.
Bis. Primùm occiso Mezentio, deinde occisa Camilla.
Fors d.r. Fortuna reddat vanæ hæc quæ dixi.
Resp. Ne eum ignauiæ videatur arguere. vt s.-atque omnes metuentẽ expẽdere casus.
Ægr. Inde eius ægritudo crescebat, vnde se ei Latinus remedium sperabat afferre. S.
Pac. Scal. exp. eligere.
Teg. Vt in bello Troiano.
Capt. Nec captiua tamdiu ero, donec videam Æn.
Accepit vocem matris, perf. g. lacr.

Per hypall. pro Cui ignis animi subiecit rubo-rem. S.

Flagrantes perfusa gena, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.
Ardet in arma magis: paucisque affatur Amatã,
Ne quaso, ne me lacrymis neue omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
Neque. Mihi nõ vtrum velim liberum est, sed pugnam detrectare non possum. vt, si est oppetendum, differre non possim. T.
O mater. neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer, Quum primũ crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit,
Nõ Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quie-scant
Et Rutulûm, nostro dirimatur sanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc vbi dicta dedit, rapidúsq; in tecta recessit,
Poscit equos: gaudétq; tuens ante ora frementes,
Ad decus, Ad ornamentum.
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithya,
Qui candore niues anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigæ, manibúsq; lacessunt
Pectora plausa canis, & colla comantia pectunt.
Albo, auri comparatione. S.
Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
Circumdat loricam humeris: simul aptat habendo
Ad habendum: vt congruè possint inhærere. S.
Ensémque clypeúmque, & rubræ cornua cristæ.
Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.
Per *col.* exprimi Ser. ait hastæ magnitudinem.
Exin, quæ in medijs inuenti adnixa columnæ
Ædibus astabat, valídam vi corripit hastam,
Actoris Arunci spolium: quassátque trementem,
Quassat & tremere facit. S.
Vociferans, Nunc, ô numquam frustrata vocatus
Hasta meos, nũc tempus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,

Loricámque manu valida lacerare reuulſam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines,
"Vibratos calido ferro, myrrháq; madentes.
His agitur furijs, totóque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti quum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventóſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea "maternis ſæuus in armis
Æneas "acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum ſocios mœſtique metum ſolatur Iuli,
"Fata docens: regique iubet reſponſa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Poſtera vix "ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies, quumprimum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, lucémque elatis naribus efflant:
Campum ad certamen magnæ ſub mœnibus vrbis
Dimenſi Rutulíque viri Teucrique parabant:
In medióque focos, & dys "communibus aras
Gramineas. aly "fontémq; ignémque ferebant,
Velati "lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Auſonidûm, pilatáque plenis
Agmina ſe fundunt portis. hinc Troïus omnis
Tyrrhenúſque ruit varijs exercitus armis:
Haud ſecus inſtructi ferro quàm ſi aſpera Martis
Pugna vocet. necnon medijs in millibus ipſi
Ductores auro volitant oſtróque decori:
Et genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſylas
Et Meſſapus, equûm domitor, Neptunia proles.
Vtque dato ſigno ſpatia in ſua quiſque receſſit,
Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.

Vnguentatos. & *Vibr. c. f.* Criſpatos calamiſtro. S.

Mat. Quę mater ei à Vulcano impetrauerat.

Ac. M. Irritat ſe ad futura certamina, vt exp. Ser. Sed malim excitat ſe.

Fata d. Docens fata velle vt victo Turno ea loca Teucri obtineant.

Summ. mont. Id eſt, montium cacumina. Legitur etiam *ſummo*: quod nõ placet.

Comm. diis, quorum ſimulacra in gram. aris erant poſituri: quòd eorum religione cõmuniter vtraque pars fœdus eſſet percuſſura. T.

Fontẽ pro aqua poſuit, à toto partem. S.

Lino. Pro *lino* affertur alia lectio, *limo*: de qua conſule Ser.

Tum ſtudio effuſæ matres, & vulgus inermum,
Inualidíque ſenes, turres & tecta domorum
Obſedere: alij portis ſublimibus aſtant.
At Iuno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur,
(Tũc neq; nomẽ erat neq; honos aut gloria mõti)
Proſpiciens tumulo, campum ſpectabat, & ambas
Laurentum Troúmque acies, urbémq; Latini.
Extemplo Turni ſic eſt affata ſororem,
Iuturna fons eſt in Italia ſaluberrimus iuxa Numicũ fluuium. S. — *Diua deam, ſtagnis quæ fluminibúſq; ſonoris*
Præſidet (hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate ſacrauit)
An. vt Hom. ſæpe, ἐμῷ κεχαρισμένῳ θυμῷ. — *Nympha, decus fluuiorũ, animo gratiſſima noſtro,*
Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile,
In diuinitatis parte. S. — *Prætulerim, cœlíque libens in parte locarim,*
Diſce tuum (ne me incuſes) Iuturna dolorem.
Quatenus vel inquantumpermiſit. — *Quà viſa eſt fortuna pati, Parcaq; ſinebant*
Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi:
Cedere pro Succedere. — *Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:*
Parcarúmque dies & vis inimica propinquat.
Concur. Concurſurum eſſe. Vel hoc dicit vt dea, cernens etiam futura. S. — *Non pugnã aſpicere hãc oculis, nõ fœdera poſſum.*
Tu pro germano ſiquid præſentius audes,
Perge: decet. forſan miſeros meliora ſequentur.
Vix ea, quum lacrymas oculis Iuturna profudit,
Térque quatérq; manu pectus percuſſit honeſtum.
Non lacrymis hoc tempus (ait Saturnia Iuno)
Accelera, & fratrem. ſiquis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus.
Autor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis.
Pompa, Ambitu. S. — *Interea reges (ingenti mole Latinus*
Quadriugo vehitur curru, cui tempora circum

Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen, bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris: puráque in veste sacerdos
Setigeræ fœtum suis, intonsámque bidentem
Attulit, admouítque pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem,
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterísque altaria libãt.
Tum pius Æneas stricto sic ense precatur,
Esto nunc Sol testis & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno,
Iã melior, iam diua, precor: túq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontésque fluuiósque voco, quæq; atheris alti
Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem:
Cedet Iulus agris, nec pòst arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferróue hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
(Vt potius reor, & potius dij numine firment)
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra deósque dabo: socer arma Latinus habeto.
Imperium sólenne socer, mihi mœnia Teucri
Constituent, vrbíque dabit Lauinia nomen.

Cæl. A Vulcano fabricatis.

Setig. Romano more. vt, *-cæsa iungebant fœdera porca.*

Int. Quiculam nondum tõsam. *Frug.* Nam farre & sale cultri & victimæ aspergebantur. S.

Quoniam infesta erat Troianis, precatur vt animum mutet in Troianos, & eis bona esse velit. Q. d. Ad te redeas, & te deam esse memineris: cuius proprium est non nocere. T.

Quasi Mars sit eorum qui victoriã obtinẽt, quoniam illorũ esse videtur quibus fauet. *Nostrũ* i. nobis fauentẽ & secundum T.

Sic prior Æneas, sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram:
Hæc eadem Ænea, terram, mare, sidera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianúmque bifrontem,
Vimque deûm infernam, & diri sacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediósque ignes, & numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis nec fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet: non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens, cœlúmve in tartara sóluat:
Vt sceptrũ hoc (dextra sceptrũ nam fortè gerebat)
Nũquam frõde leui fundet virgulta nec vmbras,
Quum semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuítque comas & brachia ferro:
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribúsque dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis,
Conspectu in medio procerum. tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
Eripiunt, cumulántq; oneratis lancibus aras.
At verò Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum, & vario misceri pectora motu.
Tum magis, vt propius cernunt non viribus æquis.
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Pubentésque genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simulac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda:
In medias acies, formam assimulata Camerti:
(Cui genus à proauis ingens, clarúmque paterna
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis)
In medias dat sese acies, haud nescia rerum:

Lat. Vtrumque sexum Latoniæ sobolis. S.

Tango. Quum ad aram, bellum in Titanas suscepturi dij iurassent, obtinuit vt postea religio iurisiurandi, eius tactu & ignis testatione sanciretur. *T.* ex Theone schol. Arati.

Vel terra, vel arbore, vt, *Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.* Æ. dec. orichalco. S.

Infin. pro indicatiuis, videbatur & misceb. Vel, Videri cœpit, & pect. cœperunt misceri. *Pr.* diligentius. *Non vir. æquis,* sub. eos cõgressuros.

Rumoréſque ſerit varios: ac talia fatur,
Non pudet ô Rutuli cunctis pro talibus vnam
Obiectare animam? numeróne an viribus æqui
Nõ ſumus? en omnes et Troes & Arcades hîc sũt,
Fatáliſque manus, infenſa Etruria Turno:
Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus. *Si congred. alterni.* Vel, Si ſecũdus quiſque noſtrũ congrediatur.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet fama, viuúſque per ora feretur:
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus aruis. Tanquam de viuo omnes loquẽtur. S.
Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis
Iã magis atq; magis: ſerpítq; per agmina murmur.
Ipſi Laurentes mutati, ipsíque Latini,
Qui ſibi iam requiem pugnæ rebúſque ſalutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdúſq; precantur
Infectum, & Turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat ſignum cœlo: quo non præſentius vllum Quidã exp. Magis in tempore oblatum, ideóque ad animos turbandos efficacius. Al. *præſtãtius.*
Turbauit mentes Italas, monſtróq; fefellit.
Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra,
Littoreas agitabat aues, turbámq; ſonantem
Agminis aligeri, ſubitò quum lapſus ad vndas
Cygnum excellentẽ pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali: cunctæq; volucres Redeunt cum clamore: ſicut in exercitu ſolet fieri. S.
Conuertunt clamore fugam (mirabile viſu)
Ætheráq; obſcurant pennis, hoſtémq; per auras
Facta nube premunt: donec vi victus & ipſo
Pondere defecit, prædámq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio, penitúſq; in nubila fugit.
Tum verò augurium Rutuli clamore ſalutant, Venerantur. vt dicitur ſalutare deos.
Expediúntq; manus. primúſq; Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis (inquit) quod ſæpe petiui.
Accipio, agnoſcóq; deos. me me duce ferrum

Interpretatur augurium, & confirmat id ad præsens negotium pertinere. S.

Corripite ô Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat, inualidas vt aues, & littora vestra
Vi populat. petet ille fugam, penitúsque profundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas,
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat. simul hoc, simul ingẽs clamor, et omnes
Turbati cunei, calefactáque corda tumultu.
Hasta volans, vt fortè nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contrà, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gylippo:
Horum vnum ad medium, teritur qua sutilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet:
Egregium forma iuuenem & fulgentibus armis,
Transadigit costas, fuluáque extendit arena.
At fratres, animosa phalanx, accensáque luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrũ
Corripiunt, cæcíque ruunt. quos agmina contra
Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus inundãt
Troes, Agylliníque, & pictis Arcades armis.
Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
Deripuere aras. it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Craterásque focósq; ferunt. fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrænant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem regísque insigne gerentem
Tyrrhenum Auleſten, auidus confundere fœdus,
Aduersó proterret equo. ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris
In caput, ínque humeros. at feruidus aduolat hasta

Certa. Ineuitabilis.

Vnum transad. costas, pro vnius costas.

Cæc. Salutis improuidi.

Inund. More vndæ fluunt. S.

Curr. Equos. vt alibi, *-neque audit currus habenas.*

Subijciunt in eq. Super equos iaciunt. S.

Diadema habẽtem. S.

Messapus, telóque orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit: atque ita fatur,
"*Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis.*
Concurrunt Itali, spoliántque calentia membra.
Obuius ambustum torrem Corineus ab ara
Corripit: & venienti Ebuso plagámq; ferenti
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
"*Nidorémque ambusta dedit. super ipse sequutus*
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impreßóque genu nitens, terræ applicat ipsum.
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primáque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superimminet: ille securi
Aduersi frontem mediam mentúmq; reducta
Disicit, & sparso latè rigat arma" cerebro.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Æneas dextram tendebat inermem
"*Nudato capite, atq; "suos clamore vocabat.*
Quò ruitis? quæve ista" repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges. mihi ius concurrere soli.
Me sinite, atque auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce, viro stridens alis allapsa sagitta est:
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, casúsne deúsne,
Attulerit. pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Æneæ iactauit vulnere quisquam.
Turnus vt Æneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatósq; duces, subita spe feruidus ardet:
Poscit equos atque arma simul, saltúque superbus

Hoc hab. Lethali percussus est vulnere. vt Terent. Captus est, habet. S. At Don. exp. Bene se habet res. Rectius ille. *N.* putorem, vt Ser. aut erit catachresis.

Al. *cruore.*

Nud.c. vt posset agnosci. S. Vtrumque exercitum iam suũ vocabat. vt talis fuerit eius clamor, Cur in vos inuicẽ ruitis mei? S. *Rep.* Al. *Recens.*

Mol. Regit, vt exp. Ser. qui vult esse acyrologiam.

Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Multa virûm volitans dat fortia corpora letho.
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi quum flumina concitus Hebri

Sanguine gaudens. αἱμοχαρὴς, vt S.

Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furētes
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrúmq; volāt: gemit vltima pulsu
Thraca pedum: circúmque atræ Formidinis ora,
Iræq; Insidiæq; dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus

Miserabiliter cæsis, Ser. Verùm Seruio hîc non assentior: & per parenthesin interiectum potius existimo.

Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
Sanguineos, mistáque cruor calcatur arena.
Iámque neci Sthenelúmque dedit, Thamyrímque,
Polúmque:
Hunc, cōgressus, & hūc: illū, eminus: eminus ambos
Imbrasidas, Glaucū atq; Ladē: quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia, paribúsq; ornauerat armis,
Vel conferre manum, vel equo præuertere ventos.
Parte alia, media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auū referens, animo manibúsque parentē,
Qui quondā castra vt Danaûm speculator adiret,
Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.

Tydides. Diomedes. Pr. Pœna.

Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio: nec equis aspirat Achillis.

Nec est consequutus equos Achillis. Sc.

Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto,
Antè leui iaculo longum per inane secutus,
Sistit equos biuges, & curru desilit: atque
Semianimi lapsoque superuenit: & pede collo
Impresso, dextræ mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo: atque hæc insuper addit,
En, agros,

En, agros, & quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens. hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten, coniecta cuspide, mittit:
Chloreáq3, Sybarímq3, Daretáq3, Therſilochúmq3,
Et sternacis equi lapſum ceruice Thymœten.
Ac velut Edoni Boreæ quum ſpiritus alto
Inſonat Ægæo, ſequitúrq3 ad littora fluctus,
Quà venti incubuere, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunq3 viam ſecat, agmina cedunt,
Conuerſæq3 ruunt acies. fert impetus ipſum,
Et criſtam aduerſo curru quatit aura volantem,
Non tulit inſtantem Phegeus, animíſque frementē:
Obiecit ſeſe ad currum, & ſpumantia frænis
Ora citatorum dextra detorſit equorum.
Dum trahitur, pendétq3 iugis, hunc lata retectum
Lancea conſequitur, rumpitq3 infixa bilicem
Loricam, & ſummum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem & procurſu concitus axis
Impulit, effudítque ſolo: Turnúſque ſequutus,
Imam inter galeam, ſummi thoracis & oras,
Abſtulit enſe caput, truncúmq3 reliquit arena.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Æneam Mneſtheus, & fidus Achates,
Aſcaniúſque comes, caſtris ſtatuêre cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide greſſus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere: auxilióque viam, quæ proxima, poſcit:
Enſe ſecent lato vulnus, telique latebram
Reſcindant penitus, ſeſéque in bella remittant.
Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis

Tent. ferro. Lacesſere.

Ferocis, qui facilè ſternit ſedē tem. Ita Ser. At Scal. exp. calcitronis. *Ed.* Thracij.

Ruunt in fugā.

Cit. Pro concitatorum.

Leuiter attingit.

Procur. Impetu. vt exp. Ser. quī etiam admonet vnam eſſe pattē orationis: ne quis legat *procurſu.*

Altern. Paſſus alterius vulnerati pedis haſtili ſuſtentantem & fulcientē. T. *Sæuit.* quia non poteſt in bella procedere. S.

Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium citharámq; dabat, celeresque sagittas.
Ille, vt depositi proferret fata parentis, 395
Scire potestates herbarum vsumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat, acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Æneas, magno iuuenum & mœrentis Iuli
Concursu, lacrymisque, immobilis. ille retorto 400
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis,
Nequicquam trepidat: nequicquã spicula dextra
Sollicitat, prensátque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil autor Apollo 405
Subuenit: & sæuus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiúsq; malum est. iam puluere cœlũ
Stare vident. subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt mediis: it tristis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentũ. 410
Hîc Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæsere sagittæ. 415
Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc fuscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans: spargítque salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis, 420
Ignorans: subitóque omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis:
Iámque sequuta manum nullo cogente sagitta
Excidit, atque nouæ rediere in pristina vires.

Depos. Desperati par. De cuius vita desperabatur. *Proferret* autem, Protraheret, Produceret.

Trep. quidam exponũt Festinat. Vide num, Trepidè administrat.

Nulla v. Nullus euentus rationẽ præstat. S.

Stare. Plenum esse. S.

Al. *subeúntque eq.*

Ind. Qui natus erat ex vulnere indignè illato, scil. perinsidias. S.

Al. *Dictamum.* Sed à Donato legitur & ita hic versus, *Ipsa manu genitrix Cretæa c. ab Ida.*

Pub. Adultis, vel florentibus. Aut potius, Villosa pube lanuginosis. Talia enim folia ei attribuit Dioscor. T.

Arma citi properate viro: quid ſtatis? Iapis
Conclamat: primúſq; animos accendit in hoſtes,
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proueniunt: neque te Æneæ mea dextera ſeruat:
Maior agit deus, atq; opera ad mviora remittit. *Deus.* Apollo, inuentor medicinæ. S.
Ille, auidus pugnæ, ſuras incluſerat auro
Hinc atq; hinc: odítq; moras, haſtámq; coruſcat. Criſpare alibi dicit Hom. πάλλειν. T.
Poſtquã habilis lateri clypeus, loricáque tergo eſt,
Aſcanium fuſis circum complectitur armis:
Summáque per galeam delibans oſcula, fatur,
Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem,
Fortunam ex alijs. nunc te mea dextera bello Sub. opta. S. Eſt autem hîc Sophoclemimitatus: apud quem Aiax talia filio dicit.
Defenſam dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito, mox, quum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exẽpla tuorũ,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit, portis ſeſe extulit, ingens Portis caſtrorũ, quæ altæ erant propter aggerẽ & foſſam.
Telum immane manu quatiens. ſimul agmine dẽſo
Anteúſque Mneſtheúſque ruunt: omniſq; relictis
Turba fluit caſtris. tum cæco puluere campus
Miſcetur, pulſúq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere Turnus,
Videre Auſonij: gelidúſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor. prima ante omnes Iuturna Latinos
Audijt, agnouítque ſonum: & tremefacta refugit.
Ille volat, campóque atrum rapit agmen aperto. *Atrum.* Puluere nube coopertũ. S.
Qualis vbi ad terras abrupto ſidere nimbus
It mare per medium (miſeris heu præſcia longè
Horreſcunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragémque ſatis, ruet omnia latè. *Ruet.* Eruet, Euertet.
Ante volant, ſonitúmque ferunt ad littora venti) *Rhœt.* Troianus, à Rhœteo promõtorio Troiæ. S.
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis

Densantur, vt in cuneorũ modum compositi dimicent. S.

Agglomerãt, ferit ense graue Thymbræus Osirim:
Archetiũ Mnestheus, Epuloñe obtrũcat Achates,
Vsentémq; Gyas. cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cœlum clamor: versiq; vicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

Al. *aduersos.* & in seq. *Nec p. congr. nec equo.* Sed *auersos* magis probatur: vt dicat, eum nec terga dãtes sternere voluisse, nec armis paribus congressos, nec qui ferirẽt comminus, insequi: sed Tur. *Virago.* Mulier quæ virile implet officium. S.

Ipse neque auersos dignatur sternere morti,
Nec pede congressos æquo, nec tela ferentes
Insequitur: solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, & longè lapsum temone relinquit:
Ipsa subit, manibúsq; vndantes flectit habenas,
Cũcta gerẽs, vocémq; & corpus & arma Metisci.
Nigra velut magnas domini quum diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parua legens, nidísq; loquacibus escas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidóque volans obit omnia curru:
Iámq; hîc germanum iámq; hîc ostendit ouantem:
Nec conferre manum patitur: volat auia longé.
Haud minus Æneas tortos legit obuius orbes,
Vestigátque virũ, & disiecta per agmina, magna
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedúmque fugam cursu tentauit equorum,
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu, quid agat? vario nequicquam fluctuat æstu:
Diuersæq; vocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, vti læua duo fortè gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.

Pabula parua. Quoniam & muscas.

Magnis, vt quidem vult Ser. afferens locum illum, *vacua atria lustrat Saucius.*

T. orb. Obliquas & implicitas vias. S.

Dis. Dissipata aduẽtu Æneæ. S.

Substitit Æneas, & se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summásque excussit vertice cristas.
Tum verò assurgunt iræ, insidiisq; subactus
Diuersos vbi sensit equos currúmque referri,
Multa Iouem & læsi testatus fœderis aras:
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis, sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarúmq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nũc tot acerba deus, qs carmine cædes
Diuersas, obitúmq; ducum, quos æquore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nũc Troïus heros,
Expediat? tantón' placuit concurrere motu,
Iuppiter, æterna gentes in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudum
Transadigit costas & crates pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycũ, fratrémq; Diorẽ,
Congressus pedes, hunc, venientem, cuspide longa,
Hunc mucrone ferit: currúque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon Tanaímq; neci, fortémque Cethegum,
Tres vno congressu, & mœstum mittit Onytem,
Nomen Echionium, matrísque genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten
Arcada: piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérque domus: nec nota potentum
Munera, conductáque pater tellure serebat.
Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis

Se coll. Ita sese texit vt nulla parte posset ferir. S. Idẽ *apicem* exp. galeæ eminentiam, vbi cristę. Gr. conum.

Quis. Q. d. Nec Musa nec Apollo sufficiunt.

Al. *morantem.* vt vno eum vulnere confectum ostendat. P. Al. *crude ense.* Sed cum altera lectione magis cõuenit locus ille, *crudum per costas exigat ensem.*

Tristẽ natura, Seuerum. quem Gr. ἀγέλαστον dicunt: S. *Ech.* Thebanũ.

Mun. Obsequia, quę pauperes diuitibus loco munerũ soluunt. ſ.

Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currũt,
Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Æneas Turnúsq; ruunt per prælia. nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranũ hic, atauos & auorũ antiqua sonãtem
Nomina, per regésque actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
Excutit, effundítq; solo: hunc lora & iuga subter
Prouoluere rotæ, crebro super vngula pulsu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo animísq; immane frementi
Occurrit, telúmque aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graiûm fortissime Creteu
Eripuit Turno: nec dij texêre Cupentum
Ænea veniente sui. dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoque Laurentes viderunt Æole campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo.
Occidis, Argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles.
Hîc tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.
Totæ adeò conuersæ acies, omnésq; Latini,
Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acérque Serestus,
Et Messapus, equûm domitor, & fortis Asylas,
Thuscorúmque phalanx, Euandríq; Arcadis alæ:
Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.
Hîc mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret vt ad muros, vrbíque aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.

Pop. Postquam populando & vastando sibi iter fecit. Ita enim malo quàm cũ aliis, Populatus quicquid sibi in itinere occurrit.

Rump. n. v. P. Ex Lucr. lib. 3, de leonibus.

Al. *Ingenti.*

Al *fuso.*

Aliud ex alio ostẽditur, videlicet corporis magnitudo. S. Mors quæ meta est. Sic Hom. θανάτοιο τελευτή.

Consiliũ, vel voluntatem.

Contra vrbem.

Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,
Huc atque huc acies circumtulit, aspicit vrbem
Immunem tanti belli, atque impunè quietam.
Continuò pugnæ accendit maioris imago.
Mnesthea Sergestúmq; vocat, fortémq; Serestum,
Ductores: tumulúmq; capit, quò cætera Teucrûm
Concurrit legio. nec scuta aut spicula densi
Deponunt: celso medius stans aggere fatur,
Nequa meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat:
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
(Ni frænum accipere & victi parere fatentur)
Eruam: & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Nostra pati? rursúsque velit concurrere victus?
Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, fœdúsque reposcite flammis.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densáque ad muros mole feruntur.
Scalæ improuisò, subitúsq; apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primósq; trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Æneas, magnáque incusat voce Latinum:
Testatúrque deos, iterum se ad prælia cogi:
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidis inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsúmq; trahunt in mœnia regem:
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Incluſas vt quum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumóque impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra

Imp. Quæ debuit pœnas luere propter fœdus ruptum.

Iupp. pro nobis est religio, quã læserunt Rutuli. S. Hic est modus, hæc via imponendi fatis finem. Sc.

Ob inc. Repentinum imperium nullam vobis aferat moram.

Fœd. Flammas fœderis innouemus vrbis incẽdio.

Ita Ser. qui vult *reposcite* hîc esse Innouate & reuocate. Sed malim accipere quasi dicatur, Flãmæ faciant vt ratio vobis reddatur fœderis.

Test. Apud Don. *Testatúrque deos, se inuitum ad prælia cogi.*

Hostes fieri. S.

Saxo cauo & latebroso. T.

Ater odor, quia in fumo odor. *Cæco mur.* quia clausæ apes.

Discurrunt, magnísque acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis, tum murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,

Al. *Incendi.* Pro quo quidã leg. *inscendi* Sed Ser. agnoscit *incessi*, exponens inuadi.

Incessi muros, ignes ad tecta volare,
Nusquã acies cõtrà Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore,

Sic alibi, *caput horum & causa malorum.* sed hic addit, *crimen.*

Se causam clamat crimémque caput q; malorum:
Multáque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ,

Antiqua lectio *floreos* habuit, i. florulentos, pulchros. & est sermo Ennianus. S. Erit autem synizesis.

Filia prima manu flauos Lauinia crines
Et roseas laniata genas, tum cætera circum
Turba furit: resonant latè plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem.
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus,

Infelix nuntia. i. infelicitatis.

Coniugis attonitus fatis, vrbísque ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans:
Multáque se incusat, qui non acceperit antè

D. mentes, pro Despondẽt animum, Desperãt. vt cõtrà spes erigit mentes.

Dardanium Æneam, generúmq; ascíuerit vltro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus atque minus successu lætus equorum.

Aura att. Quia naturale est vt à qua parte vẽtus flat, inde clamor audiatur. S. *Arr.* Ad audiendũ sollicitas. S. Consilij inops. Vel, Consternatus.

Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectáſq; impulit aures
Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur.
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quíue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait, adductíque amens subsistit habenis.

Atque huic, in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ, currúmque & equos & lora regebat,
Talibus occurrit dictis, Hac Turne sequamur
Troiugenas, quà prima viam victoria pandit.
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt:
Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior pugnæ, nec honore recedes.
Turnus ad hæc,
O soror, & dudum agnoui, quum prima per artem
Fœdera turbasti, téque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequicquam fallis dea sed quis olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spõdet fortuna salutẽ?
Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem
Murranum (quo non superat mihi charior alter)
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Occidit infelix ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore & armis.
Excindíne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnũ fugiẽtẽ hæc terra videbit?
Vsque adeóne mori miserum est? vos ô mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ,
Descendã, magnorũ haud vnquã indignus auorũ.
Vix ea fatus erat, medios volat (ecce) per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora: ruítque, implorans nomine Turnum,
Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.
Fulminat Æneas armis, summásque minatur
Deiecturum acies Italûm, excidióque daturum:

Nec num. Nec pauciores interrimes, nec minor te quàm Æneam gloria comitabitur.

Superat. Superstes est. Vel viuit.

Q. d. Fortasse vi ueret: nisi ideo voluisset occũbere, ne nos victos videret. S.

Dr. dicta, lib. II *-dum Troïa tenet Castra fugæ fidens.*

Nescia, apud Macr.

Indign. Constructio Gr. id est quã habet vox ἀνάξιος, quæ signif. indignum.

Iámque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
Dubitat, vt Ser. exp. *In te oculos referunt. ¨ muſſat rex ipſe Latinus,*
Quos generos vocet, aut quæ ſeſe ad fœdera flectat.
Præterea regina tui fidiſſima, dextra
Occidit ipſa ſua, lucémque exterrita fugit. 660
Soli pro portis Meſſapus & Acer Atinas
Suſtentant aciem: circum hos vtrinque phalanges
Stant denſæ, ſtrictiſque ſeges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deſerto in gramine verſas.
Var. Multiplici nuntio. S. Vel potius, Obſtupuit confuſus variis reb' quas ſibi ante oculos ponit. *Obſtupuit¨ varia confuſus imagine rerum* 665
Turnus, & obtutu tacito ſtetit. æſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtóque inſania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conſcia virtus.
Tenebræ mẽtis diſc. *Vt primũ diſcuſſæ¨ vmbræ, & lux reddita mẽti eſt,*
Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit 670
Curru. A parte totũ. Paulo póſt – *& è curru ſaltũ dedit.* *Turbidus, éque¨ rotis magnam reſpexit ad vrbem.*
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimq; tenebat,
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe,
Vt trahi poſſet ad ea loca quibus hoſtis inſtabat. S. *Subdiderátque¨ rotas, pontéſq; inſtrauerat altos.* 675
Iam iam fata, ſoror, ſuperant: abſiſte morari:
Quò deus, & quò dura vocat fortuna, ſequamur.
Certũ mihi eſt. Decreui. *¨ Stat cõferre manũ Æneæ: ſtat, quicquid acerbi eſt,*
Morte pati. nec me indecorem germana videbis
Amplius: hunc (oro,) ſine me furere antè furorem. 680
Dixit, & è curru ſaltum dedit ocyus armis:
Pérque hoſtes, per tela ruit: mœſtámq; ſororem
Deſerit, ac rapido curſu media agmina rumpit.
Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps
Quum ruit auulſum vento: ſeu turbidus imber 685
Proluit, aut annis ſoluit ſublapſa vetuſtas:
Montis pars. *Actu* autem, impulſu. S. *Fertur in abruptum magno¨ mons improbus ¨ actu,*
Exultátque ſolo, ſyluas, armenta viróſque

Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
Sanguine terra madet, strídentq; hastilibus aurę:
Significátque manu, & magno simul incipit ore,
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini.
Quæcunque est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spatiúmque dedere.
At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros & summas deserit arces:
Præcipitátque moras omnes: opera omnia rumpit,
Lætitia exultans: horrendúmque intonat armis:
Quãtus Athos, aut quãtus Eryx, aut ipse, coruscis
Quum fremit ilicibus quantus, gaudétque niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras
Iam verò & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Conuertêre oculos Itali: quíque alta tenebant
Mœnia, quíque imos pulsabant ariete muros:
Armáque deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse viros, & cernere ferro.
Atque illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis atque ære sonoro:
(Dat gemitum tellus) tum crebros ensibus ictus
Congeminant. fors & virtus miscentur in vnum.
Ac velut ingenti Sila, summóue Taburno,
Quum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussánt iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quẽ tota armenta sequãtur:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuáque obnixi infigunt: & sanguine largo

Iustius. Sic Horatius, *Verum est* pro Iustum est, Æquum est, vel Par est.

Celeritate supe rat omnes moras. Sc. Aut quãtus ipse pater Apenn. quum fremit cor. il.

Al. *viros, decernere ferro.* Al. & *decer. f.* vt per synalœpham excludatur syll. posterior nominis

Incipiũt pugnare. Sc. Præpos. augeet sonum, & duos designat. Sc. *Sila*, monte Brutiorum, qui hodiéque nomen retinet. Pier. *Muss.* Verbũ factitium, nõ absonum à boum voce, vt apud Aristoph. est versus ex μυ μυ. Se.

Colla armósq; lauãt: gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat põdere lethũ.
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit, exclamant Troes, trepidique Latini:
Arrectæq; amborum acies. at perfidus ensis
Frangitur, in medióque ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat. fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum dextrámq; aspexit inermẽ.
Fama est, præcipitem, quum prima in prælia iũctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: postquã arma dei ad Vulcania ventũ est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
Vndique enim densa Teucri incluſere corona:
Atq; hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Æneas (quanquam tardante sagitta
Interdum genua impediũt, cursúmque recusant)
Insequitur: trepidíq; pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti siquando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ,
Venator cursu canis & latratibus instat.
Ille autem insidijs & ripa territus alta,
Mille fugit refugítq; vias: at viuidus Vmber
Hæret hians: iam iamq; tenet, similísq; tenenti

Liberet. vt, Dammabis tu quoque votis. S. Quidam exp. Qui damnetur labore, & duro labori addictus sit.

Paterno ense.

Mortali manu factus. Ab artif. mortali fabricatus. Sic v. 797.

Mortali vulnere, quidam exp. A mortali illato.

Vulnere illato sagitta. C. Inepta sunt. ad currendũ. Sc.

De linea quę vario plumarum nexu discolor, terret apros, lupos, vrsos: sed potissimum ceruos. Sic & alibi. T.

Increpuit malis, morsúq; elusus inani est.
Tum verò exoritur clamor, ripæq; lacúsque
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quẽque vocans: notúmq; efflagitat ensem.
Æneas mortem contrà præsénsque minatur
Exitium, si quisquam adeat: terrétque trementes,
Excisurum vrbem minitans, & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidémque retexũt
Huc, illuc. nec enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.
Fortè sacer Fauni foliis oleaster amaris
Hîc steterat, nautis olim" venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, &" votas suspendere vestes:
Sed stirpem Teucri" nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
Hîc hasta Æneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat" fixam, & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluítque manu conuellere ferrum
Dardanides, telóque sequi quem prendere cursu
Non poterat. tum verò amens formidine Turnus,
Faune, precor, miserere, inquit: túq; optima ferrum
Terra tene: colui vestros si semper honores,
Quos contrà Æneadæ bello fecere profanos.
Dixit: opémque dei" non cassa in vota vocauit.
Nanque diu luctans, lentóq; in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Æneas. dum nititur acer, & instat,
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit, fratríq; ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere,
Accessit, telúmque alta ab radice reuellit.

Ob antiquitatem.

Voto promissas. Al. malè leg. *notas*. S. Sine intuitu religionis.

Fixam Ser. iungit cũ seq. Plenum est (inquit) quam radix fixã tenebat. Apud Don. legimus *Detulerat mollẽ, & l. rad. t.*

Non cassa. Quę non carent efficacia, Sc.

Arm. Quasi cũ armis animi simul illis redierint. Nam (inquit Ser.) antea armorum inopia animi vtriusque torpebãt.

Olli sublimes, armis animisq; refecti,
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
Assistunt contrà, certamine Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem.
Quæ iam finis erit, coniux? quid denique restat?
Indigetem Æneam scis ipsa & scire fateris
Deberi cœlo, fatisque ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?

Al. *Mortalem & diuum.* quòd Iuturna, quũ dea esset, Æneam adhuc mortalẽ vulnerauerat. Ita dictum vt, *est mollis flamma medullas.* Sc.

Mortalin' decuit violari vulnere diuum?
Aut ensem (quid enim sine re Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibúsque inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. terris agitare vel vndis

Potuisti, permittentibus fatis.

Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere hymenæos:
Vlterius tentare veto. Sic Iuppiter orsus:
Sic dea submisso contrà Saturnia vultu,
Ista quidem quia nota mihi tua magne voluntas
Iuppiter, & Turnum & terras inuita reliqui.
Nec tu me aëria solam nunc sede videres

Quidlibet pati. prouerbialiter.

Digna indigna pati: sed flammis cincta sub ipsa
Stare acie, traherémq; inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri

Superst. exponitur metus: malim tamen non simpliciter exponere Metus, sed Superstitiosus metus. Respexit ad Sat. qui in Italia regnauerat. S.

Suasi, & pro vita maiora audere probaui:
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis,
Vna superstitio superis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnásque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:

Quum iam connubijs pacem felicibus (esto)
Component, quumiam leges & fœdera iungent:
Ne vetus indigenis nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrósque vocari:
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
Sit Latium, sint Albani per secula reges:
Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occiderítque sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum rerúmque repertor,
Es germana Iouis, Saturníque altera proles:
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus?
Verum age, & inceptum frustrà summitte furorẽ:
Do quod vis: & me victúsque volénsq; remitto.
Sermonem Ausonij patrium morésque tenebunt:
Vtque est, nomen erit: commisti corpore tantùm
Subsident Teucri, morem ritúsque sacrorum
Adiciam: faciámque omnes vno ore Latinos.
Hinc genus, Ausonio mistũ quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis.
Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit.
Interea excedit cœlo, nubémq; reliquit.
His actis, aliud genitor secum ipse volutat:
Iuturnámque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ:
Quas & tartarean Nox intempesta Megæram
Vno eodémq; tulit partu: paribúsque reuinxit
Serpentum spiris, ventosáq; addidit alas.
Hæ Iouis ad sólium sæuique in limine regis
Apparent, acuúntq; metum mortalibus ægris:
Siquando lethum horrificum morbósq; deũm rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnam celerem demittit ab æthere summo

Sit Rom. p. Si fataliter imminet vt à Troianis origo Romana descendat, *Tro.* Troiani Italorum nomen accipiãt, vt Rode Italis non de Troianis videãtur progeniti. S.

Ir. Alij sine interrog. Sed apta est huic loco in terr. q.d. Itáne voluis sub pect. &c.

Summ. Pro dimitte. Missum facito.

Subs. Remanebunt, Latebũt, Latinorum scilicet multitudine. S.

Appar. Videtur, exp. Ser. Sed altera expos. rectior, quam addit, Præstò sunt ad obsequium.

Vt Iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret

Iuppiter, ¨inque omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat, celeríque ad terram turbine fertur:
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus siue ¨Cydon, telum immedicabile, torsit
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
¨Talis se fata Nocte tulit, terrásque petiuit.
Postquã acies videt Iliacas, atque agmina Turni,
¨Alitis in paruæ subitò collecta figuram:
Quæ quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ¨ad ora
Fértq; refértque sonans: clypeúmq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At procul vt diræ stridorem agnouit & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam ¨miseræ superat mihi? qua tibi lucẽ
Arte morer? talín' possum me opponere ¨monstro?
Iam iam linquo acies. ne me terrete timentem
Obscœnæ ¨volucres: alarum verba noſco,
Lethalémque sonum. nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis. hæc pro virginitate reponit?
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nũc certè, & misero fratri comes ire per vmbras,
¨Iã mortalis ego. haud quicquã mihi dulce meorũ
Te sine frater erit. ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, manésque deam demittat ad imos.
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.

Cretẽsis. at lib. 10, propr. nomẽ priore longa.

Taliter collecta: ex nimia scilicet furiæ magnitudine. S. *Alitis*. Noctuam vel bubonem, intelligit, inquit Don. At Seruius, Noctuã non bubonem. Al. *Ob ora.*

Al. *duræ*. quam lectionem sequitur Ser. exponẽs Immiti.

M. augurio ex Iouis volũtate venienti.

Inuidiosè dixit, vt de plur. quũ vnica esset.

Si iam mort. essem, finire possẽt. dol. Al. *Immortalis ego? haud q.* &c. Al. cũ interr. post *ego*, & post *erit*: præsertim si legatur *aut* pro *haud*.

Æneas instat contrà, telúmque coruscat
Ingens arboreum: & sæuo sic pectore fatur,
Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retractas?
Non cursu, sæuis certãdum est comminus armis.
Verte omnes tete in facies, & cõtrahe quicquid
Siue animis siue arte vales: optã ardua pennis
Astra sequi, clausúmque caua te condere terra.
Ille, caput quassans, Non me tua feruida terrent
Dicta, ferox: dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
Saxũ antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus:
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens & cursu concitus heros.
Sed neque currentem se nec cognoscit euntem,
Tollentémve manu saxúmq; immane mouentẽ.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum.
Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquã auidos extẽdere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires: nec vox nec verba sequuntur:
Sic Turno (quacunque viam virtute petiuit)
Successum dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varij: Rutulos aspectat & vrbem,
Cunctatúrq; metu, telúmque instare tremiscit:
Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem:
Nec currus vsquam videt, aurigámq; sororem,

Æn. ingens coruscat telũ arb. S ne sint duo epitheta.

Collige.

Ferox vult Ser. iungi cũ hostis atque ita inclu dẽda essent parenth. quæ sunt interiecta. Sed dura esset hæc traiectio.

Festina. vel re vera trepida: quia seq. *Sed neque curr.*

Euacuatus est impetus ipsius, spatio longiore. Ita Ser. quĩ dist. post *euasit:* alij post *totum.*

Cunctanti telum AEneas fatale coruſcat,
Sortitus fortunam oculis: & corpore toto 92
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus. volat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens, oráſque recludit
Lorica, & clypei extremos ſeptemplicis orbes 92
Per medium ſtridens tranſit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Conſurgunt gemitu Rutuli, totúſque remugit
Mons circum, & vocē late nemora alta remittūt.
Ille, humilis ſuppléxque, oculos dextrámque pre 93
cantem
Protendēs, Equi dē merui, nec deprecor (inquit)
Vtere ſorte tua. miſeri te ſiqua parentis
Tangere cura poteſt, oro (fuit & tibi talis
Anchiſes genitor) Dauni miſerere ſenectæ:
Et me, ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis, 93
Redde meis. viciſti, & victum tendere palmas
Auſonij videre: tua eſt Lauinia coniux.
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
AEneas, voluens oculos, dextrámque repreſſit.
Et iam, iámq; magis cunctantē flectere ſermo 9
Cœperat, infelix humero quū apparuit ingens
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atque humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſæui monumenta doloris 9
Exuuiáſque hauſit: furijs accenſus, & ira
Terribilis, Tú ne hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas

Quidā fort. exp. Forte oblatam oportunitatem. Alij intell. colli maſſe. Ser. exp. Oculis eligit locum ād feriendum, quē fort. deſtinauerat vulneri.

Pro tonitru: ſine quo fulmen nunquam mitti tur. S.

Al. *lor. clypeique extr. ſ. o. Et med.* rectius.

Interfice hoſtē tuum, in quem ſors tua tibi dat poteſtatem.

Me redde meis, aut ſaltem meū corpus ſepelien dum, vbi interfeceris.

Al. mentem.

Infelicitatis cauſa mox futurus. Pro ingens autē leg. & alto, ne duo ſint epitheta.

Immolat, & pœnã scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus. at illi soluuntur frigore membra,
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Ad suæ mortis & rupti fœderis vltionem, te, tanquam hostiam, immolat. S.

P. VIRGILII MARONIS VITA,

autore

TIBERIO DONATO.

PVBLIVS VIRGILIVS MARO parentibus modicis fuit,& præcipuè patre Marone: quẽ quidam opificem figulum: plures, Magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt. quem quum agricolationi reiq; rusticæ & gregibus præfecisset socer, syluis coemundis & apibus curandis reculam auxit. Natus est, Cn. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso, primùm COSS. Iduum Octobrium die, in pago qui Andes dicitur: qui est à Mantua non procul. Prægnans mater Maia, quum somniasset enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, & excreuisse ilico in speciem maturæ arboris, refertæ variis pomis & floribus; cerneret: sequenti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit, atque in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt, infantem, vt fuit editus, nec vagisse, & adeò miti vultu fuisse vt haud dubiam spẽ prosperioris genituræ iam tũ indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodẽ statim loco depacta, ita breui coaluit, vt multo antè fatas populos adæquarit: quæ, arbor Virgilij ex eo dicta, atque consecrata est, summa grauidarum & fœtarũ religione, suscipientium ibi & soluentium vota.

Initia ætatis, id est, vsque ad septimum annum, Cremonæ egit: & XVII. anno virilem togam cepit, illis consulibus iterum quibus natus erat. Euenitque vt eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanũ, & inde paulo pòst Neapolim transiit: vbi quum literis & Græcis & Latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura omníque studio indulsit medicinæ & mathematicis. Quibus rebus quum ante alios eruditior peritiórque esset, se in vrbem cõtulit: statímque magistri

ſtabuli equorum Auguſti amicitiam nactus, multos variósque morbos incidentes equis curauit. At Auguſtus in mercedem ſingulis diebus panes Virgilio, vt vni ex ſtabularijs, dari iuſsit. Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cęſari dono fuit miſſus: qui omniũ iudicio ſpem portendebat virtutis & celeritatis immenſæ. Hunc quum aſpexiſſet Maro, magiſtro ſtabuli dixit natum eſſe ex morboſa equa, & nec viribus valiturum, nec celeritate: idque verum fuiſſe inuentum eſt. Quod quum magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet, duplicari ipſi in mercedem panes iuſsit. Quum item ex Hiſpania Auguſto canes dono mitterentur, & parentes eorum dixit Virgilius, & animum celeritatémque futuram. Quo cognito, mandat iterum, Virgilio panes duplicari.

Dubitauit Auguſtus Octauiíne filius eſſet, an alterius: idque Maronẽ aperire poſſe arbitratus eſt, quia canum & equi naturam parentéſque cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat, & ſolum rogat an ſciat quiſnam eſſet, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui (inquit Maro) te Cæſarẽ Auguſtũ, & fermè æquã cum diis immortalibus poteſtatem habere ſcio, vt quem vis felicẽ facias. Eo animo ſum (reſpondit Cæſar) vt, ſi verum pro rogatu dixeris, beatum te felicémque reddam. Vtinam (ait Maro) interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Auguſtus, Putant alij me natum Octauio: quidam ſuſpicantur alio me genitum viro. Maro ſubridens, Facilè (inquit) ſi impunè licentérque, quæ ſentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Cæſar iureiurando, nullum eius dictum ægrè laturum: imò nonniſi donatum ab eo diſceſſurum. Ad hæc, oculos oculis Auguſti infigens Maro, Facilius (ait) in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philoſophis cognoſci poſſunt: in homine nequaquam poſsibile eſt. Sed de te coniecturam habeo ſimilem veri, vt quid exercuerit pater tuus, ſcire poſsim. Attentè expectabat Auguſtus quidnam diceret. At ille, Quantum ego rem intelligere poſſum, piſtoris filius es: inquit. Obſtupuerat Cæſar, & ſtatim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius, Audi (inquit) quo pacto id coniicio. Quum quædam enuntiarim prædixe-

rimque quæ intelligi sciríque nonnisi ab eruditissimis summísque viris potuissent, tu princeps orbis iterum & iterum panes in mercedem dari iussisti, quod quidem aut pistoris, aut nati pistore officium erat. Placuit Cæsari facetia. At deinceps, inquit, non à pistore, sed à rege magnanimo dona feres. Illúmque plurimi fecit, & Pollioni cõmendauit.

Corpore & statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valetudine varia. nam plerunque ab stomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sæpius eiecit. Cibi viníque minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse: sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verùm inter omnes maximè dilexit Cebetem, & Alexandrum, quem secunda Bucolicorum eclogæ Alexim appellat: donatum sibi ab Asinio Polli one. Vtrunque non ineruditum dimisit: Alexandrũ, grammaticum, Cebetem verò & poetam. Vulgatum est, consueuisse eum cũ Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat, ipsum postea minoribus natu narrare solitum, inuitatum quidem se à Vario ad cõmunionem mulieris: verum se pertinacissimè recusasse. Cætera sanè vita, & ore & animo, tã probum fuisse constat, vt Neapoli Parthenias vulgò appellaretur: ac, siquando Romæ (quò rarissimè commeabat) viseretur, in publico sectantes, demonstrantésque se, subterfugeret in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto, non sustinuit accipere. Possedit propè centies sestertiũm ex liberalitatibus amicorũ. Habuítque domũ Romæ in Exquiliis iuxta hortos Mæcenatianos: quanquam secessu Campaniæ Siciliæque plurimùm vteretur. Quæcunque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat: quos iam grandis amisit: ex quibus, patrem oculis captum: & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera studia (vt suprà diximus) medicinæ quoque, ac maximè mathematicæ operam dedit. Egit & causam vnam omnino, nec amplius quàm semel. Sermone tardissimum ac penè indocto similem fuisse, Melissus tradidit.

Poeticam puer adhuc auſpicatus, in Baliſtam ludi gladiatorij magiſtrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, diſtichon fecit,

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus:
Nocte die tutum carpe viator iter.

Deinde Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras: & Culicem, quum eſſet annorum quindecim: cuius materia talis eſt: Paſtor fatigatus æſtu, quum ſub arbore obdormiſſet, & ſerpens ad illum proreperet è palude, culex prouolauit, atque inter duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuò culicem contriuit, & viſum ſerpentem interemit: ac ſepulcrum culici ſtatuit, & diſtichon fecit,

Parue culex, pecudum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

Scripſit etiam (de qua ambigitur) AEtnam. Et mox, quũ res Romanas inchoaſſet, offenſus materia, & nominum aſperitate, ad Bucolica tarnſiit: maximè vt Aſinium Pollionem, Alphenum Varium, & Cornelium Gallum celebraret: quia in diſtributione agrorum, qui poſt Philippenſem victoriam veteranis, Triumuirorum iuſſu, trans Padum diuidebantur, indemnem ſe præſtitiſſent. Deinde Georgica in honorem Mæcenatis edidit, quum ſibi vixdum noto opem tuliſſet aduerſus Claudij veterani milites, vel (vt alij putant) Arij centurionis violentiam: à quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouiſsimè autem AEneidem aggreſſus eſt, argumentum varium & multiplex, & quaſi amborum Homeri carminum inſtar: præterea nominibus ac rebus, Græcis Latiniſque commune: & in quo (quod maximè ſtudebat) Romanæ ſimul vrbis & Auguſti origo contineretur. Quum Georgica ſcriberet, traditur quotidie meditatos manè plurimos verſus dictare ſolitus, ac per totum diem retractando ad pauciſsimos redigere: nõ abſurdè carmẽ ſe vrſæ more parere dicens, & lãbendo demũ effingere. AEneida proſa prius oratione formatã, digeſtámq; in x I I. libros, particulatim cõponere inſtituit, vt quidam tradũt. Alij eius ſententiæ ſunt vt exiſtimẽt eum, ſi diutius vixiſſet, quatuor & viginti libros vſq; ad Auguſti tempora ſcripturum: atque alia quidem pereurſurum,

Augusti verò gesta diligentissimè exequuturum. quippe qui,dum scriberet,nequid impetū moraretur,quædā imperfecta reliquit:alia leuissimis versibus scripsit,quos per iocū pro tigillis vel tibicinibus interponi à se dicebat, ad sustinendum opus,donec solidæ columnæ aduenirent.

Bucolica triennio,Asinij Pollionis suasu,perfecit.Hic transpadanam prouinciam regebat: cuius fauore, quum veteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanorum agri distribuerentur,suos Virgilius nō amisit.Facta enim distributione,suos Claudio seu Ario datos recuperauit.Hunc Pollionem maximè amauit Maro: & dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad cœnam,captus pulchritudine & diligentia Alexādri Pollionis pueri,eum dono accepit. Huius Pollionis filium C.Asinium,& Cornelium Gallum, oratorem clarum,& poetam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionem in Latinum: & libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit.Hic primò in amicitia Cæsaris Augusti fuit, postea in suspicionem coniurationis contra illum adductus,occisus est. Verùm vsqueadeò hunc Gallum Virgilius amarat,vt quartus Georgicorum à medio vsque ad finem eius laudem contineret: quem postea, iubente Augusto,in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septennio Neapoli. AEneida partim in Sicilia,partim in Campania vndecim annis confecit. Bucolica eo successu edidit,vt in scena quoque per cantores crebra pronuntiatione recitarentur. Ac quum Cicero quosdam versus audisset,& statim acri iudicio intellexisset non communi vena editos,iussit ab initio totam eclogā recitari:quam quū accuratè pernotasset, in fine ait, MAGNAE SPES ALTERA ROMAE. quasi ipse linguæ Latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secunda. Quæ verba postea AEneidi ipse inseruit.

Georgica,reuerso ab Actiaca victoria Augusto,atque reficiendarum virium causa Atellæ commoranti, per continuum quatriduum legit: suscipiente Mæcenate legendi vicem,quoties interpellaretur ipse vocis offensione.Pronuntiabat autem maxima cum suauitate, & lenociniis miris. Seneca tradidit,Iulium Montanum poetam

solitum dicere, inuolaturũ se quædam Virgilio, si & vocem posset,& os,& hypocrisim. eosdem enim versus,eo pronunciante,bene sonare:sine illo inarescere,q uasi mutos. AEneidos vixdum cœptæ tanta extitit fam a,vt Sext. Propertius non dubitarit sic prædicare,

Cedite Romani scriptores,cedite Graij:
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus verò,quum iam fortè expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus atque minacibus per iocum literis efflagitaret vt sibi de AEneide (vt ipsius verba sunt) vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret:negauit se facturum Virgilius.Cui tamẽ multo pòst, perfecta demum materia, tres omnino libros recitauit: secundum videlicet, quartum & sextum.Sed hunc præcipuè ob Octauiam:quæ quum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, *Tu Marcellus eris*, defeciisse fertur:atque ægrè refocillata,dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus, sed neque frequenter, & ferme illa de quibus ambigebat, quò magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium, & libertum eius,exactæ iam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando eũ duos dimidiatos versus compleisse ex tempore:& huic *Misenum AEolidem* adiecisse, *quo non præstantior alter.* Item huic, *AEre ciere viros*, simili calore iactatum, subiunxisse, *Martémque accendere cantu.*statimque sibi imperasse vt vtrunque volumini adscriberet. Bucolica Georgicáque emendauit.

Anno verò quinquagesimo secundo, vt vltimam manum AEneidi imponeret, statuit in Græciã & Asiam secedere, triẽnióque continuò omnem operam limationi dare: vt in reliqua vita tantùm philosophiæ vacaret. Sed quum aggressus iter, Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romam reuertenti, vnà cum Cæsare redire statuit. At quum Megara, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret,languorem nactus est:quem non intermissa nauigatio auxit, ita vt grauior in dies, tandem Brundusium aduentarit. vbi diebus paucis obiit, decimo Calend.Octobris,Cn.Plautio, & Q.Lucretio, COSS. Qui quum grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe & magna instãtia petiuit, crematurus AEneida. quibus ne-

gatis, testamento comburi iussit, vt rem inemendatam imperfectámque. Verùm Tucca & Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, nequid adderent quod à se editum non esset: & versus etiam imperfectos, siqui erant, relinquerent. Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissimè vixerat: ac extrema valetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon,

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. cecini pascua, rura, duces.

Translata igitur iussu Augusti eius ossa (prout statuerat) Neapolim fuere: sepultáque via Puteolana, intra lapidem secundum. suóque sepulchro id distichon, quod fecerat, inscriptum est. Hæredes fecit ex dimidia parte, Valerium Proculum, fratrem ex altera parte: ex quarta Augustum: ex duodecima Mæcenatem: ex reliqua L. Valerium, & Plotium Tuccam, qui eius AEneidem post obitum (prout petiuerat) iussu Cæsaris emendauerunt. Nam nullius omnino sententia crematu AEneis digna visa fuit. de qua re Sulpitij Carthaginiensis extant huiusmodi versus,

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ canerent ducem:
Tucca vetat, Variúsque simul: tu maxime Cæsar
Non sinis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamos igni,
Et penè est alio Troia cremata rogo.

Extant & Augusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi, quorum initium est,

Ergóne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnáque doctiloqui morietur musa Maronis?

Et paulo pòst,

Sed legum seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctésque diésque labores
Hauserit vna dies. Et ea quæ sequuntur.

Nihil igitur autore Augusto Varius addidit, quod & Maro præceperat; sed summatim emendauit: vt qui

versus etiam imperfectos, siqui erāt, reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt: ob difficultatem, quòd omnia ferè apud eum hemistichia (præter illud, *Quem tibi iam Troia peperit*) sensum videntur habere perfectum. Nisus grammaticus audisse se à senioribus dicebat, Varium duorum librorū ordinē cōmutasse, & qui tum secundus erat, in tertium locū transtulisse: etiā primi libri correxisse principium, his demptis versibus,

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, vicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virúmque cano.

Obtrectatores Virgilio nunquā defuerunt. nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modò Eclogas, sed insulsissimè παρῳδήσας. quarum prioris initium est,

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Sequentis,

Dic mihi Damœta, cuium pecus? ánne Latinum?
Non, verùm AEgonis nostri sic rure loquuntur.

Alius, recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, sere nudus:* subiecit, *habebis frigore febrem.*

Est & aduersus AEneida liber Carbilij Pictoris, titulo AEneidomastix. M. Vipranius eum à Mæcenate suppositū, appellabat nouæ κακοζηλίας repertorem: dicebatq; neq; tumidū esse, neq; exilē, sed communibus verbis opus illud confeciſſe. Herennius vitia eius tantùm contraxit, Perilius Faustinus furta. Sunt & Q. Octauij Auiti volumina, quibus annotatur, quos & vnde versus transtulerit. Asconius Pedianus, libro quem contra obtrectatores Virgilij scripsit, pauca admodū ei obiecta proponit: & potissimùm, quòd non rectè historiam contexuit, & quòd pleraque ab Homero sumpsit. Sed hoc crimen sic defendere assuetum ait, cur non illi quoque eadem furta tentarent. Verùm intellecturos, facilius esse Herculi clauam, quàm Homero versum surripere. Et tamen destinasse secedere, vt omnia ad satietatem maleuolorum decideret. Refert etiam Pedianus, benignum, cultorémq; omnium bonorum atque eruditorum fuisse

& vsqueadeo inuidiæ expertem, vt siquid eruditè dictum inspiceret alterius, non minus gauderet acsi suum fuisset. neminem vituperare: laudare bonos: ea humanitate esse, vt, nisi peruersus, maximè quisque illum non diligeret modò, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac sibi. Illúdq; Euripidis antiquũ sæpe vsurpabat, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, communia esse amicorum omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit, vt quum inter se plurimùm inuidia arderent, illum vnà omnes colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser verò, quoniam Antonij partes sequutus est, illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. Gloriæ verò adeò contemptor fuit, vt quum quidam versus quosdam sibi adscriberent, eáque de re docti haberentur, non modò ægrè non ferebat, imò voluptuosum id sibi erat. Quum enim distichon, quod laudem felicitatémque Augusti continebat, fecisset, valuísque non nominato autore insixisset (id erat huiusmodi:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.)

diu quæritãs Augustus cuiúsnam hi versus essent, eorum autorem non inueniebat. Bathyllus verò, poeta quidam mediocris, tacentibus aliis, sibi adscripsit. Quamobrem donatus honoratúsque à Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdẽ valuis affixit quater hoc principium, *Sic vos non vobis*. Postulabat Augustus vt hi versus complerentur. quod quum frustra aliqui conati essent, Virgilius præposito disticho sic subiunxit,

Hos ergo versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro verò exaltatior. Quum is aliquando Ennium in manu haberet, rogaretúrque quidnam faceret, respondit se aurũ colligere de stercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis nõ multum ornatis.

Interrogati Augusto quo pacto feliciter ciuitas gubernaretur, Si prudentiores, inquit, temone tenuerint, & boni malis præponantur: itaque optimi suos habeant honores: nulli tamen aliorum iniusti quicquam fiat. At Mæcenas, Quid, inquit, Virgili, satietatē homini non affert? Omniū rerum, respondit, aut similitudo, aut multitudo stomachum facit, præter intelligere. Idem interrogauit quo pacto quis altam felicémque eius fortunam seruare posset. Cui Maro, Si, quantum honore ac diuitiis aliis præstantior sit, tanto liberalitate & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere, nullam virtutem commodiorē homini esse patientia, ac nullam asperam adeò esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quā sententiam in quinto AEneidos inseruit,

Nate Dea, quò fata trahunt retrahúntque, sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Quum quidam eius amicus Cornificij in eum maledicta & inimicitias sibi narraret, Quam putas, inquit, esse huiusce maleuolentiæ causam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eum amo. An, inquit, Hesiodi sententiæ non meministi, vbi ait, architectum architecto inuidere, & poetam poetæ? De malis (inquit) Græcus ille intellexit. nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude & gloria vindictam in manu habeo. Maiore enim cura virtuti intendam: atque quo elegantior ego fiam, eo vehementius inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam, orator, & poesim mediocriter doctus, cui multiplex variúmque ingenium erat: quique omnium omnia dicta reprehendere conabatur: non vt verum dignosceret (quod Socrates facere consueuit,) sed vt eruditior videretur. Hic Virgilium, vbicunque conuenire dabatur, maledictis salibúsque vexabat. Quare ille sæpe aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verùm quam Augusto audiente elinguem illum diceret, & causam etiam suam, si linguam haberet, defendere nequire: Tace (inquit) rabula. Nam hæc mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustum fecit, & Mæcenatem: & ea tuba, quum volo, loquor, quæ vbique & diutissimè audietur. Tu loquacitate non modò aures hominum, sed mu-

ros rumpis. Augustus verò Filistum graui vultu increpauit. Tunc Maro, Si tempus Cæsar (inquit) tacendi hic sciret, rarò loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi quum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis prosit. Nam qui contēdit, & an contentionis finis vtilis sit nō nouit, stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus est, venit in mentem an conduceret tyrannidem omittere, & omnem potestatem annuis consulibus, & Senatui Remp. reddere. in qua re diuersæ sentētiæ consultos habuit Mæcenatem & Agrippam. Agrippa enim, vtile sibi fore, etiamsi honestum non esset, relinquere tyrannidem, longa oratione contendit: quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuersæ sententiæ variis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua repub. tyrannum facere. Tum ille, Omnibus fermè (inquit) rempub. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit, & ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorum iniustitiam, in magna suspicione magnóque timore viuere: sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarent plurimum, ciuitati id vtile esset, si in eo vno omnis potestas foret. Quare si iustitiam (quod modò facis) omnibus in futurū, nulla hominum facta compositione, distribues: dominari te & tibi conducet & orbi. Beneuolentiam enim omnium ita habes, vt deum te & adorent & credant. Eius sententiam sequutus Cæsar, principatum tenuit. Audiuit à Siloне precepta Epicuri: cuius doctrinæ socium habuit Varium. Quanuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maximè videatur, ipse tamen fuit Academicus. Nam Platonis sententias omnibus aliis prætulit.

Nvnc, quoniam de autore summatim diximus, de ipso iam carmine dicendum videtur: quod bifariam tractari solet, hoc est, & ante opus, & in ipso opere. Ante opus: titulus, causa, intentio. Titulus, in quo quæritur cuius sit. Causa, vnde ortum sit, & quare hoc potissimùm sibi adscribendum poeta præsumpserit. Intentio, in qua cognoscitur quid efficere conetur poeta. In ipso opere sanè

tria ſpectantur: Numerus, ordo, explanatio. Quanuis igitur multa ψευδογραφα, id eſt, falſa inſcriptione ſub alieno nomine ſunt prolata, vt Thyeſtes, tragœdia huius poetæ, quam Varius edidit pro ſua, & alia huiuſcemodi: tamen Bucolica liquidò Virgilij eſſe minimè dubitandum eſt: præſertim quum ipſe poeta, tanquam hoc metuens, in principio AEneidos ſua eſſe teſtatus ſit: ſic dicens,

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena. & reliqua.

Idem in fine Georgici carminis,

Carmina qui luſi paſtorum, audáxque iuuenta
Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici, & rectè appellari, vel hoc ſolum indicium ſuffecerit, quòd hoc eodē nomine apud Theocritum cenſeantur. Verùm ratio quoque demonſtranda eſt. Tria ſunt paſtorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi ſunt, αἰπόλοι dicuntur à Græcis, iidem à nobis caprarij: paulo honoratiores, qui ποιμένες, id eſt, opiliones, dicuntur: honeſtiſsimi & maximi, βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomen imponi, quàm ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſsimus inuenitur?

Cauſa dupliciter inſpici ſolet: ab origine carminis, & à voluntate ſcribentis. Originem autem Bucolici carminis alij ob aliam cauſam ferunt. Sunt enim qui à Lacedęmoniis paſtoribus Dianæ primùm carmē hoc redditum dicant: quum eidem deæ propter bellū, quod toti Græciæ illo tempore Perſæ inferebant, exhiberi per virgines de more ſacra non poſſent. Alij ob Oreſte circa Siciliam vago id genus carminis Dianæ redditum loquuntur, per ipſum atque paſtores: quo tempore de Scythia cum Pyla de fugerat, ſurrepto numinis ſimulacro, & celato in faſce lignorum. Vnde Faſcelidem Dianam perhibent nuncupatam, apud cuius aras Oreſtes per ſacerdotē eiuſdem numinis Iphigeneiam ſororem ſuam à parricidio fuerat expiatus. Alij, Apollini Nomio, paſtorali ſcilicet deo, quam tēpeſtate Admeti boues pauerat. Alij, Libero, Nympharum ſcilicet & Satyrorum & id genus numinum principi, quibus placet ruſticum carmen. Alij, Mercurio Daphnidis patri, paſtorum omniū principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipſum poetam. Alij in honorem

Panos scribi putant peculiariter, pastoralis Dei. Alij item in honorem Sileni, Syluani, atque Faunorum. Quæ quũ omnia dicantur, illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere à priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat: & ideo velut aurei sæculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci: & merito Virgilium, processurum ad alia carmina, non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella suscepta. Quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, quum pastores primò, deinde agricolas canit, & ad vltimum bellatores.

Restat vt quæ causa voluntatem attulerit poetæ Bucolica potissimùm scribendi, consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est: aut ordinem temporum est sequutus erga vitã humanam, vt suprà diximus: aut tres modos eloquutionum, quos χαρακτῆρας Græci vocant. ἰσχνὸν, qui tenuis: ἀδρὸν, qui validus: μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat, Virgilium, qui in omni genere prævaluerit, Bucolica primùm, Georgica secundùm, AEneida tertiùm voluisse conscribere. Aut ideo potius primò Bucolica scripsit, vt in eiusmodi carmine (quod & paulo liberius, & magis varium quàm cætera est) facultatẽ haberet captandæ Cæsaris indulgentiæ, recuperandique agri, quem amiserat. Ob hanc causam, die tertio Iduum Martiarum, C. Cæsare interfecto, quum Augustũ Cæsarẽ penè puerum veterani milites, non abnuente Senatu, sibi ducem constituissent, exorto ciuili bello, Cremonenses cum cæteris eiusdem studij, aduersarios Augusti Cæsaris adiuuerunt. Vnde factum est vt quum victor Augustus in eorũ agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium, Mãtuani quoque (in quibus erat Virgilius) maximam partem suorum finium perdiderint: eò quòd vicini Cremonensibus fuerant. Sed Virgilius, Augusti familiaritate suóque carmine fretus, centurioni Ario obstitere ausus est. Ille statim, vt miles, ad gladium manũ admouit. Quúmque se in fugã proripuisset poeta, non prius persequendi finis fuit, quàm se in fluuiũ Virgilius conieciisset. Sed postea Mæcenate & Polli one & ipso Augusto fauen-

sto, fauentibus, agros suos recepit.

Intentio libri, quam σκοπὸν Græci vocant, imitatione Theocriti poetæ constituitur, qui Siculus & Syracusanus fuit. Est etiam intentio, in laudem Cæsaris, & principum cæterorum, per quos in sedes suas rediit, omnia deduci. Vnde vt & delectationem & vtilitatem finis contineret, secundum præcepta cuncta confecit.

Quæri solet cur non plures quàm decem Eclogas conscripserit. quod nequaquam mirandum videbitur ei qui considerauerit ætatem scenarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non potest proferri: præsertim quum ipse poeta (circumspectior Theocrito, vt ipsa res indicat) videatur metuere ne illa Ecloga quæ Pollio inscribitur, minus rustica videatur: quum ipsam sic præstruat ipse, dicens, *Sicelides Musæ, paulo maiora canamus.* Et item similiter in aliis duabus facit. Illud tenendum esse prædicimus in Bucolicis Virgilij, neque nusquam, neque vbique aliquid figuratè dici, hoc est, per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæsaris, & amissos agros, hæc Virgilio conceduntur: quum Theocritus (quem hic noster toto studio imitari conatur) simpliciter omnino conscripserit.

Quod autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarũ manifestus est. nam decem sunt, ex quibus propriè Bucolicæ septem esse creduntur. nam tres vltimæ propriè Bucolicæ dici nõ debent, Pollio scilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, & priuatam gratulationem de agro: & dicitur Tityrus. Secunda, amorẽ pueri: & dicitur Alexis. Tertia, certamen pastorum, & dicitur Palæmon. Quarta, genethliacum: & dicitur Pollio. Quinta, epitaphium: & dicitur Daphnis. Sexta, Metamorphosim: & dicitur Varius, aut Silenus. Septima, amores diuersorum sexuum: & dicitur Corydon. Octaua, Pharmaceutria: & dicitur Damon. Nona cõtinet Poetæ conquestionem de amisso agro: & dicitur Mœris. Decima, desiderium Galli: & dicitur Gallus.

Quod ad ordinem spectat, illud scire debemus, in prima tantùm & vltima Ecloga poetam voluisse ordinem seruare: quoniam in altera principium constituit, vt in Georgicis ait, *Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.* In

altera ostendit finem: quippe qui dicat, *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.* Verùm inter ipsas Eclogas pastoralem conscriptúmque ordinem nullum esse, certissimum est. Sed sunt qui dicant initium Bucolici carminis non Tityrum esse: sed illam, *Prima Syracosio dignata est ludere versu.* Supereſt explanatio: ad quã antequam veniamus, dixerim, tenue esse Bucolicum carmen, & vsqueadeo ab heroico charactere distare, vt versus quoque huius carminis suas quasdam cæsuras habeant, & suis legibus distinguantur. Nam quum tribus probetur metrum, cæsura, scansione, modificatione: non erit Bucolicus versus, nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit, & tertius trochæus fuerit, & cæsura, & quartus pes, dactylus magis quàm spondæus, partem orationis terminauerit, quintus & sextus pes ex integris dictionibus fuerit. quod Virgilius à Theocrito sæpe seruatum, victus operis difficultate, neglexit: in solo principio, incertum industria an casu, has cæsuras seruauit. Nam *Tityre* dactylus partem orationis absoluit: *tu patu, la recu* tertium trochæum, quanuis de composita dictione concluſit: *bans sub*, quartum spondæum pro dactylo. Quũ autem subiunxit, *tegmine fagi*, terminatis partibus orationis integrum comma perfecit. Cuius rei diligẽtiam licet in Theocriti fermè omnibus versibus admirari. Qui verò suprà dicta acri iudicio diligẽtérque considerarit, facilè intelliget, quæ in Georgicis intentio, quíque finis fuerit, nec minus etiã in AEneide. Poematis styli genera tria sunt. aut enim actiuum, vel imitatiuum, quod Græci δραματικὸν appellant: in quo personæ loquentes introducuntur sine poetæ interloquutione: vt sunt Tragœdiæ & Comœdiæ. δρᾶν enim Græcè agere dicitur. quo genere scripta est prima, Tityre tu patulæ: & nona, Quò te Mœri pedes? Aut enarratiuum, quod Græci διηγηματικὸν appellant: in quo poeta ipse loquitur sine interpositione personæ: vt tres primi Georgicon libri: item Lucretij carmina. Aut commune, vel mistum, quod Græci μικτὸν appellãt, vbi & poeta ipse loquitur, & introductæ personæ: vt est Virgilij AEneis.

EX SEBAST. CORRADI PROLEGOMENIS IN Commentarium quo primum Virgilij Æneidos librum explicauit.

VIRGILII vitam multi, sed admodum negligenter, scripserūt. Quod à nemine hactenus animaduersum miramur: quin dolemus interdum, Virgilium & Ciceronem linguæ Latinæ principes, & in scribendo diligentissimos omnium, rerum suarum scriptores tã negligentes habuisse. Sed aliàs de Cicerone: nunc aliqua quæ de Virgilio paulo negligentius scripta sunt, ipsi nos paulo diligentius & accuratius considerabimus: deinde pauca quædam quæ sunt à cæteris omissa, nos addemus.

Vt igitur à Suida Οὐεργίλιος Græcè, sic à multis Vergilius Latinè scribitur: quasi verò qui primus Vergilius est dictus, à Vergiliis stellis vel à vere sit appellatus. Et si non desunt qui dictum à verendo suspicentur: & Vergilium scriptum in veterum monimentis se vidisse testantur: nec eis credunt qui nomen hoc à virga deductum putant, vel potius somniant. Certè Virgilij matrem nescio quid de virga somniasse scribunt. Et sanè non videtur iis esse credēdum: quum multo antè Romæ Virgilij essent, vt in Ciceronis libris, & in veterum monimentis videre licet: & Seruius Virgilium poetam natum Virgilio patre testetur: quod simile vero vel ex eo videri potest, quòd tum mos esset vt filij (præsertim primo loco nati) non solùm nomina, sed etiam prænomina patrum sequerentur: vt M. Tullius Cicero, M. Tullij Ciceronis filius est appellatus. Pater autem Virgilius vel colonus deduci, vel ciuitate donatus, nomen alicuius Virgilij sequi potuit. Pierius certè noster, postquam quæ dici contra solent, leui brachio (quod aiunt) confutauit, Virgilium scribendum esse facilè conuincit, siue sit à virga, siue à virēdo (vt quidam putant) dictus. Nec enim desunt qui mordicus illud teneant, à virga dictum: in qua sententia fuit Cæcilius Minutianus, Apuleius, & Caluus ille qui car-

men hoc scripsit,

Et vates cui virga dedit memorabile nomen.

Nos, qui nō libenter in leuissimis hisce rebus versari solemus, si modò credimus huic poetæ nomen hoc præter morem ob aliquam causam impositum, Antonio Thylesio, præceptori nostro, potius assentimur: qui putabat à virginali (sic enim loquebatur) modestia & verecundia, Virgilium dictum fuisse. Hanc ego sententiam eò libentius sequor, quòd poeta (vt Ausonius, vitæ scriptor, & Seruius affirmant) ex moribus etiam Græcè cognomen accepit. Nam Parthenias est appellatus. Hinc in libris manu scriptis penè omnibus, illa est inscriptio, P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS LIBER.

Et sanè quidem Virgilium, virum modestissimum fuisse, vel ipsius scripta demonstrant: in quibus nihil omnino reperias quod in virginum choro legi non possit. Nec est cur hoc loco quisquam mihi vel Alexin vel Priapeia carmina velit obiicere: quum iam satis constet, nec amplius ea carmina Virgilio tribui, & de Alexide doctos homines inter se dissentire. Sunt enim qui Cæsaris eum puerum fuisse putent, quem Virgilius ita laudarit vt Cæsari gratificaretur: quod si verum est, hîc iam Virgilius nullam culpam sustinet. Vitæ scriptor Alexandrum vocat, & credit, eum quū seruus esset, ab Asinio Pollione Virgilio donatū fuisse: nec videt (quod omnes videre possunt, neque Alexandrum nomen esse seruile: neque causam fuisse cur Virgilius eum, quem iam donatum accepisset, & cogere posset, tam multis versibus obsecraret. Ille verò semper (vt opinor) antea vocatus est Alexis: nec Cæsaris, aut Pollionis, sed Mæcenatis seruus fuit: qui quum pulcherrimus esset, vt eum Virgilius amaret, Mæcenas concesit, non eum donauit: vt Martialis libro octauo sic ad Flaccum scribens, ostendit,

Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oues:
Risit Tuscus eques, paupertatémque malignam
Reppulit, & celeri iussit abire fuga:
Accipe diuitias, & vatum maximus esto:
Tu licet & nostrum dixit Alexin ames.

Et dixit, Licet ames nostrum Alexin: non dixit, Licet habeas tuum. Quum Virgilius igitur Alexin non haberet, cum tamen (quod licebat) amabat: non ille quidem turpiter, sed vt Alcibiadem Socrates, & Alexin suum Plato, & suum T. Pomponius Atticus: quos Cicero & Virgilius imitari voluerunt. Valeant igitur qui scribunt, Virgiliū & impudicum fuisse, & olim à fœmina, si diis placet, ad mediam turrim pertractum, tam diu suspensum fuisse donec ab omnibus videretur. Est enim, quum sine autore dicatur, tam falsum quàm quod Seruius, vitæ scriptor, & Frāciscus Petrarcha, literis etiā mandarunt: Ciceronem, quum versus quosdam ex eius Bucolicis audisset, & eum etiam aliquando vidisset, medium carmen illud, quod AEneidi postea Virgilius inseruit, MAGNAE SPES ALTERA ROMAE, protulisse. quod fieri nullo modo potuit: quum inter Ciceronis mortem, & tempus illud quo vel ipsi scribunt Virgilium Romam venisse, & Bucolica scripsisse, anni minimum duodecim numerentur. tantum abest vt Cicero vel eius carmina ex Bucolicis audire, vel ipsum videre potuerit. Quin in Bucolicis ipse poeta Pollionem Consulem vocat: & is anno tertio post Ciceronis mortem Consul fuit. Quòd si quis id omnino verum esse contendat, illud agnoscat falsum necesse est, eum tum demum Romam venisse, quum in agrorum diuisione, quæ post Antonium & Cleopatram (C. Cæsare Octauiano tertiùm, & M. Valerio Messala, cō sulibus) victos, est facta, suos amisisset. Ego certè cum eo libentius sentiam, qui hoc falsum putet, præsertim quum sibi non constent qui hoc scribunt. Nam quidam opinantur, eam diuisionem post Philippensem victoriam, alij post Antonium in Epeiro victum factam fuisse: alij vtranque victoriam complectuntur.

Quare res ipsa sic dubia relinquitur, vt nos quoque iam aliquid comminisci & dicere possimus: videri nobis eam diuisionem significari, quam Decemuiri (quorū vnus fuit Cicero) post D. Brutum obsidione Mutinensi liberatum fecerunt. nam sic omnia quadrant: quòd fieri potuit vt Virgilius ea diuisione suos agros amiserit: deinde Romam profectus, eos vel Pollionis (qui tunc aberat) literis, vel Octauiani (qui Romam redierat, certè tūc

erat in Italia,& multum, quanuis esset iuuenis, poterat) gratia recuperarit:atque,vt aliquam gratiam referret,Bucolica scripserit:in quibus illud dixit, *Hîc illum vidi iuuenem.* Accedit quòd Virgilius tunc annum vigesimumoctauum agebat quo tempore Bucolica cœpit (vt Seruius refert)scribere.Ita Cicero versus aliquos ex Bucolicis audire,& ipsum etiam Virgilium videre potuerit.quanuis adhuc ea de re dubitemus: quòd Eusebius ante bellum ciuile,quod inter Cæsarem & Pompeium fuit, eum Romam venisse propè demonstret: & nos ita ratiocinari soleamus: Si Virgilius ante Ciceronis mortem Romam venit,agrum recuperauit,Bucolica scripsit, & ab ipso Cicerone tantopere commendatus est: verisimile non est, eum postea sic ignotum fuisse, vt diu stabuli minister esset:sin post Ciceronis mortem venit,Cicero neque versus ex Bucolicis audire, neque ipsum videre potuit,præsertim quum vitæ scriptor(quisquis ille fuit)affirmet,eũ magistro stabuli seruisse, & Octauianum, iam tum Augustum & principem fuisse: qui tamen neque princeps, neque Augustus(nisi multo post Ciceronis mortem)fuit appellatus. Quin si Cicero illum vidit,& commendauit, necesse est,ea quæ de pullo,de canibus,de panibus, & de Octauiani dubitatione scribunt,falsa iudicare, & dicere, eos contraria scribere:vt illud est contrarium,Virgilium multo post Antonium ad Actium victum,pro recuperato agro Bucolica scripsisse: & eundem Octauiano ab Actiaca victoria reuerso Georgica recitasse:quasi verò Bucolica post Georgica scripserit.Respondeat fortàsse quispiam,in vita scriptum esse, diuisionem agrorũ post Philippẽsem victoriam factam fuisse. Esto. pugnat quoque. nam fuit ea multo post Ciceronis mortem : ita vt nihil eorum quæ de illa referunt,fieri potuerit. Certè Seruius apertè dicit, Virgilium post agrum amissum Romam venisse:sed vitæ scriptor non tam dicit quàm significat, eum prius Romæ fuisse,& Augusti familiaritate suóque carmine fretum,Ario Centurioni resistere voluisse.

Quàm porrò illud absurdum, Virgilium res Romanas inchoasse,& offensum materia, & nominum asperitate,ad Bucolica transiisse? nam quæ materia maior, aut pulchrior, quàm quæ res Romanas comprehendit? quæ

nomina minus aspera quàm Romana? Quin nec offensus est, & de rebus Romanis tam multa, in hisce libris scripsit, vt ita Seruius dicat, *In antiquis inuenimus, opus hoc appellatum esse non Aeneidem, sed gesta populi Romani.* Idem Seruio dicēti, Virgilium res Albanas iam cœptas omisisse, respondemus. Quid quòd vitæ scriptor ille refert, fuisse qui existimarent, eum, si diutius vixisset, quatuor & viginti libros vsque ad Augusti tempora scripturum, atque alia quidem percursurum, Augusti verò gesta diligentissimè executurum? Quæ quidem opinio, etsi (quod paulo pòst ostendemus) falsa fuit, vel potius ab illo scriptore ficta, ostendit tamen magis quod diximus, Virgilium nec materia, quam vellet percurrere, nec asperitate nominum, quæ scribere cogitasset, offensum fuisse. Illa igitur opinio de vigintiquatuor libris, & rebus Augusti vel falsa vel ficta cognoscitur ita. Si de rebus Augusti, plura scripturus fuisset, tam multa de illo, libro primo, sexto, & octauo non dixisset, sed integram sibi rem seruasset. Quod verò ad vigintiquatuor libros pertinet, Virgilius Homerum sic imitatus est, vt illum breuitate & grauitate potissimum superarit. Homerus enim τὸν βίον θεωρητικὸν in Vlysse viginti quatuor libris, & τὸν πραγτικὸν in Achille totidem libris expressit: & in Hectoris morte rem terminauit, ne, si vlterius fuisset progressus, Achillis mortem satis ignobilem persequi cogeretur. Virgilius verò hæc omnia duodecim libris, & in vno homine cōplexus est, & in Turni morte terminauit, ne & ipse cogeretur ea quæ de morte Aeneæ non satis speciosa dicuntur, referre.

Diuersa quoque de Virgilij morte scribunt. *Periit* (inquit Seruius) *Tarenti in Calabriæ ciuitate. Nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex solis ardore contraxit.* Vitæ verò scriptor ad hunc modum refert: *Quum Megara vicinis Athenis oppidum visendi gratia peteret, languorē nactus est, quem non intermissa nauigatio auxit ita, vt grauior in dies tandē Brundusium aduentarit: vbi diebus paucis obiit, X. Cal. Octob.* Illum tamen ego scriptorem libentius quàm Seruium sequor: quandoquidem Eusebius etiam illum Brundusij obiisse scribit, & ipse in epigrammate se, à Calabris raptum testatur, in quibus Ptolemæus Brundusium reponit.

Neque verò minus in eo quod ad AEneida cremandã pertinet, dissentiunt: quòd Seruius affirmet, eum morientem iussisse, sed Augustum, ne tantũ opus periret, Tuccam & Varrum emendare voluisse. Scriptor autem vitæ sic ait, Virgilius quum grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe & magna instantia petiuit, crematurus AEneida: quibus negatis, testamento comburi iussit, vt rem inemendatam, imperfectámque: verùm Tucca & Varrus monuerunt, id Augustũ non permissurum. Tunc eidem Varro, ac simul Tuccæ, scripta sub ea conditione legauit, ne quid ederent quod à se editum non esset, & versus etiam imperfectos, siqui erant, relinquerent. Nec ita multo pòst idem confirmat, Varrum & Tuccam AEneida post obitum, prout petiuerat, iussu Cæsaris emendasse: atque etiam Cæsarem ipsum illa carmina scripsisse, *Ergóne supremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas?* & quæ sequuntur. Miror maiores nostros non animaduertisse, hæc cum absurda, tum etiam inter se cõtraria esse. Quid enim tam absurdum, quàm dicere, viuo cuiquã sua scrinia negari? at dixerat, AEneida se crematurum. Faceret igitur vt Ouidius, nihil diceret, & ipse suis manibus cremaret, præsertim quũ Varrus & Tucca monerẽt, Augustũ, vt postea cremaretur, nõ permissurũ: qui tamẽ, meo quidẽ iudicio, vel ibi nõ aderant (cur enim illuc tã longè venissent?) vel, si aderãt, nunquã ea de re illũ monuissent, ne sententiam mutaret, & ipsemet cremaret. Quid verò tam contrarium, quàm testamento AEneida comburi (quod tamen etiam Plinius & Macrobius affirmant) iussisse: & Varro ac Tuccæ legasse vt eam emẽdarent? nam si legauit vt emendarent, eam noluit comburi: nec opus fuit vt Cæsar illa carmina scriberet: aut Varro & Tuccæ imperaret vt eam emendarent, quam iure legati & mandati emendare quasi tenebantur. At extant Cornelij Galli & Sulpicij Carthaginensis carmina, quibus apparet, Virgilium, quæ diximus, aboleri iussisse. Ea carmina Plinius, Gellius & Macrobius secuti videntur: sed ego quæro, quis iste sit Cornelius Gallus. is certè non est quem Virgilius ita dilexit vt eius laudes in fine libri quarti Georgicorum fuerit olim complexus: si quidem ille multo ante Virgilium (quod Eusebius ostẽ-

dit)obierat: nec,si tum vixisset, ea scripsisset ad Augustū, quem sibi tantopere iratum sciebat. Verùm fuerit alter Gallus etiam doctissimus,& Sulpicius iste Carthaginensis inter optimos poetas sit numeratus: an ego propterea rem somnio persimilē nō credam?Credam potius esse somnium grammaticorum,qui tum,Cæsare consentiente,id totum finxerint,vt maior autoritas huic operi pararetur. Hæc omnia maiores nostri videre potuerūt, nec illud dissimulare quod idē scriptor affirmat:Virgiliū adeo gloriæ contemptorem fuisse,vt,quum quidā quosdam versus ipsius sibi ascriberent, eáque re docti haberentur, non modò non ægrè tulerit, sed gratum etiam habuerit:quum tamen idem dicat, eum æquo animo nō tulisse quod Bactillus siue Bacillus sibi duos versus,quos ipse composuerat,ascripsisset.

Illud item est animaduertendum,an credi debeat,Virgilium Augusto consilium dedisse vt imperaret: quum Dion ad Mæcenatem referat, nec vllus scriptor, quod ad hanc rem pertineat,de Virgilio meminerit,scripturus, si quid ille vnquam omnino ea de re dixisset. Quin ne videtur quidem dicere potuisse.Virgilius enim post amissum agrum, hoc est aliquanto post Antonium victum, vt isti dicūt,Romā venit: at Octauianus post oppressum statim Antoniū de Rep.reddēda cogitauit,quū princeps adhuc nō posset appellari.Virgilius autē dicitur in ipsa vita,quū adhuc in stabulo seruiret,illū & Augustū &principe nominasse.Nec mirum est,eum scriptorē (si modò illa sunt ab vno scriptore scripta, & non ex pluribus potius collecta) toties errare,quum scribere non dubitarit, die tertio Iduum Martiarum (vt ipse loquitur) C. Cæsarem occisum fuisse: quum scriptores omnes testentur,ac lippi & tonsores etiam sciant, Idibus Martiis interfectū. Illum tamen Seruius hac in parte maluit quàm reliquos scriptores imitari. Quanquam non desunt qui putent, eam vitam ab eodem Seruio scriptam fuisse : quod verū esse non potest, quum Seruius aliter sæpe sentiat. Alij Donato malūt ascribere.Id ego minus credo,qui sciam, Donatum(quem Seruius etiam nominet) virum doctissimum fuisse:eum verò qui hanc vitam scripsit,vel indoctissimum : qui neque Latinè loqui sciret,& ea scriberet

quæ neque vera, neque verisimilia videri possent. Quæ si velimus omnia colligere, simus multo quàm par sit longiores. Quare potius ea quæ sunt ab eo relicta, paucis colligamus. *Virgilium* (inquit Seneca) *illa felicitas ingenij in oratione soluta reliquit*: vitæ tamen scriptor illum causam vnam egisse, & Symmachus apud Macrobium, epistolas scripsisse testantur: vt mittamus quod idem vitæ scriptor ait, quosdam tradere Virgilium AEneida prosaica prius oratione formatam digestámque in duodecim libros, particulatim componere instituisse. Non negamus ipsi tamen, eum faciendis carminibus feliciorem fuisse: quæ tamen ille quampaucissima singulis diebus faciebat, vt Quintilianus & Gellius affirmant.

Nullum præceptorem Virgilio legimus (inquit Franciscus Petrarcha) malè: nam Macrobius autor est, eum Parthenio Grammatico in Græcis literis vsum fuisse: Seruius autem Sironem eius doctorem in rebus Epicureis agnoscit. Nec video, quem secutus autorem Franciscus idem Petrarcha scripserit, Marcellum Octauiæ filium à Virgilio reprehensum, vel irrisum fuisse, quòd auibus delectaretur. Hunc poetã quanti fecerit Augustus, notum: quanti populus Romanus, hisce verbis Cornelius Tacitus ostendit: *Populus Romanus, auditis in theatro versibus Virgilij, surrexit vniuersus, & fortè præsentem spectãtémque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum.* Quem quidem honorem paucis tribui solitum Plutarchus ostendit. Hunc Alexander Seuerus Imperator Platonem poetarum vocabat, ipsiúsque imaginem cum simulacro Ciceronis in secundo larario (vt loquitur Lampridius) habuit. Sic Homerus, & Virgilius Alexandrum, vterque suum, sortiti videntur.

Huius opera Græci (quod Ouidio quoque, & præterea nemini, vel certè paucis contigisse videmus) in suam linguam conuerterunt. Huic tantum veteres tribuerunt, vt nullus penè bonus scriptor reperiatur qui non illum (si fortè locus occurrat) commendet, & poetis omnibus anteponat. Ouidius certè, cùm semper, & vbicunque datur occasio, Virgilium laudat, tum ex illius versibus tragœdiam confecisse dicitur: vt Ausonius, Proba, Pomponius, & alij postea multi centones confecerunt. Silius

Italicus diem Virgilij natalem quotannis celebrabat: quod & Iacobum Sanazarium superioribus annis feciſſe ferunt. Natus eſt autem Idib. Octob. vt libro duodecimo Martialis oſtendit:

Maiæ Mercurium creaſtis Idus:
Auguſtis redit Idibus Diana:
Octobres Maro conſecrauit Idus:
Idus ſæpe colas & has & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

Statius ſuam Thebaida monet vt AEneida longè ſequatur, & eius veſtigia ſemper adoret. Lucanus Virgilij elegantiam vt conatus eſt, ita quibuſdam videtur ſatis exprimere: doluit ipſe tamē ſibi multum ad culicem reſtare. Quid multa? virum planè diuinum fuiſſe Virgiliū licet credere: quum, quæ ſcripſit, ea diuinitus ſcripſiſſe videatur: quippe quum verſus illius veteribus oraculorū inſtar fuerint: vnde ſortes Virgilianæ dicantur: & ſatis conſtet, Secundianum, Verianum pictorem, & Marcellianum oratorem, homines à noſtra religione prorſus alienos, quum verſus illos legiſſent,

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

(quibus Chriſtum ſignificari multi putant) protinus ad hanc ipſam noſtram religionem tranſiiſſe. Verùm nullus erit finis, ſi cuncta velim quæ de Virgilio dici poſſent perſequi. Quare nos illis qui vitas ſcribunt, cætera quæ dici poſſent, relinquamus: & illud quod Suetonius ait, referamus: Q. Cæcilium Epeirotam Grammaticum, primum fuiſſe qui Virgilij libros publicè ſit interpretatus.

SCRIPTORVM VETERVM DE VIRGILIO TESTIMONIA.

Henricus Stephanus lectori.

IN proponendis scriptorũ veterum de Virgilio testimoniis, initiũ à Macrobio sumpsi, non quòd vel tẽpore vel autoritate cæteros omnes antecedat, sed quoniam apud eum plura (cuiuscunque sint ea ponderis) quàm apud quẽquam cæterorum extant. Quum autem de hoc poeta, quẽ MANTVANVM alicubi, sine adiectione, necnon MANTVANVM HOMERVM vocat (quum alioqui MANTVANVS VATES à cæteris, vel ROMANVS VATES, à Martiano Capella & ROMVLEVS dicatur) in duobus potißimum capitibus multa & quidem valde honorifica de illo testetur: ea tibi integra quàm sententias inde excerptas afferre malui. Talibus enim (sat scio) riuulis vel potius riuulis, non contentus, ad fontem ipsum progredi voluisses. Quòd si extarent quæ isti quos Macrobius introducit, de Marone se disserturos promittunt: nec ea certè tibi inuidissem: nunc aliud non possum quàm tantam iacturam tecum deplorare. Vale.

MACROBII SATVRN.

PR. LIBRI CAP. VLT.

De laudibus, variáque eruditione Virgilij, siue (vt apud eum scribitur) Vergilij.

HIC quum Prætextatus fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus, admirationem stupore prodebant. Deinde laudare hic memoriam, ille doctrinam, cuncti religionem: affirmantes hunc esse virum arcanæ deorum naturæ conscium, qui solus diuina & assequi animo & eloqui posset ingenio. Inter hæc Euangelus, Equidem (inquit) miror potuisse tantorum potestatem numinum comprehendi. Verùm quod Mantuanum nostrum ad singula, quū de diuinis sermo est, testem citatis, gratiosius est quàm vt iudicio fieri putetur. An ego credam quòd ille, quum diceret *Liber & alma Ceres*, pro sole & luna, non hoc in alterius poetæ imitationem posuerit? ita dici audiens, cur tamen diceretur ignorans? Nisi fortè, vt Græci omnia sua in immensum tollunt, nos quoque poetas etiam nostros volumus philosophari: quū ipse Tullius, qui non minus professus est philosophandi studium quàm loquendi, quoties aut de natura deorum, aut de fato, aut de diuinatione disputat, gloriam quam oratione conflauit, incondita rerum relatione minuat. Tum Symmachus, De Cicerone Euangele, qui conuitiis impenetrabilis est, pòst videbimus: nunc, quia cum Marone nobis negotium est, respondeas volo, vtrum poetæ huius opera instituendis tantùm pueris idonea iudices, an alia illis altiora inesse fatearis. Videris enim mihi ita adhuc Vergilianos habere versus, qualiter eos pueri magistris prælegentibus canebamus. Imò verò pueri quum essemus, Symmache (inquit Euangelus) sine iudicio mirabamur: inspicere autem vitia, nec per magistros, nec per ætatem licebat: quæ tamen non pudenter quisquam negabit, quum ipse confessus sit. Qui enim moriens poema suum legauit igni, quid nisi famæ suæ conuitia posteritati subtrahenda curauit? Nec immeritò: erubuit quippe de se futura iudicia, si legeretur petitio deprecā-

tis filio arma à marito, cui soli nupserat, nec ex eo prole suscepisse se nouerat: vel si mille alia multum pudenda, seu in verbis modò Græcis, modò barbaris, seu in ipsa dispositione operis, deprehenderentur. Quanquam adhuc dicentem omnes exhorruissent, subtexuit Symmachus, Hæc est quidem, Euangele, Maronis gloria, vt nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur: verùm ista quæ proscindis, defendere quilibet potest ex plebeia grammaticorum cohorte: ne Seruio nostro, qui priscos (vt mea fert opinio) præceptores doctrina præstat, in excusandis talibus quæratur iniuria. Sed quæro, vtrum poetica tibi in tanto poeta displicuerit, nerui tamen oratorij, qui in eodem sunt validissimi, placere videantur. Hæc verba primùm Euangeli risus excepit: deinde subiecit, Id herculè restat denique, vt oratorem Vergilium renuntietis: nec mirum, quum ad philosophos ambitus vester paulo antè prouexerit. Si in hac opinione es (Symmachus inquit) vt Maro tibi nihil nisi poeticum sensisse existimetur, licet hoc quoque eidem nomen inuideris, audi quid de operis sui multiplici doctrina ipse pronuntiet. Ipsius enim Maronis epistola, qua compellat Augustum, ita incipit, *Ego verò frequentes à te literas accipio.* Et infrà, *De Æneæ quidem meo si mehercule iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, vt penè vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar: quum præsertim (vt scis) alia quoque studia ad id opus multòque potiora impartiar.* Nec his Vergilij verbis copia rerum dissonat, quam plerique penè omnes literatores pedibus illotis prætereunt, tanquam nihil vltra verborum explanationem liceat nosse grammatico. Ita sibi belli isti homines certos sententiæ fines, & velut quædam pomœria & effata posuerunt, vltra quæ si quis egredi audeat, introspexisse in ædem deæ, à qua mares absterrentur, existimandus sit. Sed nos quos crassa Minerua dedecet, non patiamur abstrusa esse adyta sacri poematis, sed arcanorum sensuum inuestigato adyto, doctorum cultu celebranda præbeamus recluſa penetralia. Et ne videar velle omnia vnus amplecti, spondeo violentissima inuenta vel sensa rhetoricæ in Vergiliano me opere demonstraturum. Eusebio autem, oratorum eloquentissimo, non præripio de oratoria apud Maronem

arte tractatum, quem & doctrina & docendi vsu melius exequetur. Reliquos omnes qui adestis, impensè precatus sim, vt quid vestrum quisque præcipuum sibi annotauerit de Maronis ingenio, velut ex symbolo conferamus. Mirum in modum alacritatem omnibus qui aderant, hæc verba peperérunt. Et assurgens quisque in desiderium alios audiendi, non vidit & se in idem munus vocandum. Itaque hortatu mutuo concitati, in assensum facilè ac libenter animati sunt. Intuentésque omnes Prætextatum, orabant vt iudicium suum primus aperiret, cæteris per ordinem quem casus sedendi fecerat, sequuturis. Et Vectius, Equidem inter omnia quibus eminet laus Maronis, hoc assiduus lector admiror, quia doctissimè ius pontificum, tanquam hoc professus, in multa & varia operis sui parte seruauit. Et si tantæ dissertationis sermo nō recesserit, promittō fore vt Virgilius noster, pontifex maximus asseratur. Post hunc Flauianus, Apud poetam nostrum (inquit) tantam scientiam iuris auguralis inuenio, vt si aliarum disciplinarum doctrina destitueretur, hæc illum vel sola professio sublimaret. Eustathius deinde, Maximè (inquit) prædicarē quanta de Græcis cautus, & tanquam aliud agens, modò artificij dissimulatione, modò professa imitatione transtulerit: ni me maior admiratio de astrologia totáque philosophia teneret, quàm parcus & sobrius operi suo, nusquam reprehendēdus, aspersit. Furius Albinus, alterum fouens Prætextati latus, iuxtáque eum Cecinna Albinus, ambo vetustatis affectationem in Vergilio prędicabant: alter, in versibus, alter, in verbis. Auienus, Non assumam mihi (inquit) vt vnam aliquam de Vergilianis virtutibus audeam prædicare: sed audiendo quæcunque dicetis, si quid vel de his mihi videbitur, vel iamdudum legenti adnotandum visum est, opportunius proferā: modò memineritis, à Seruio nostro exigendum, vt quicquid obscurum videbitur, quasi literatorum omnium longè maximus, palàm faciat. His dictis, & vniuerso cœtui complacitis, Prætextatus quum in se conuersa omnium ora vidisset, Philosophia, inquit (quod vnicum est munus deorum, & disciplina disciplinarum) honorāda est anteloquio. Vnde memminerit Eustathius, primum sibi locum ad disserendum

omni alia professione cedente concessum. Huic tu mi Flauiane succedes: vt & auditu vestro recreer,& aliquanto silentio instaurem vires loquendi. Inter hæc seruilis moderator obsequij, cui cura vel adolendi penates, vel struendi penum,& domesticorum actuum ministros regendi,admonet dominum,familiam pro solennitate annui moris epulatam. Hoc enim festo, religiosæ domus prius famulos instructis tanquam ad vsum domini dapibus honorant,& ita demum patrisfamiliâs mensæ apparatus nouatur. Insinuat ergo præsul famulitij, cœnæ tēpus & dominos iam vocare. Tum Prætextatus, Reseruādus ergo est Vergilius noster ad meliorem partem diei, vt mane nouum inspiciendo per ordinem carmini destinemus. Nūc hora nos admonet vt honore vestro hæc mē sa dignetur. Sed & Eustathius,& post hunc Nicomachus, meminerint, crastina dissertatione seruari sibi anteloquij functionem. Et Flauianus; Ex placita iam vos lege conuenio, vt sequenti die penates mei beari se tanti cœtus hospitio glorientur. His quum omnes assensi essent, ad cœnam,alio aliud de his quæ inter se contulerant reminiscente approbantéque, cum magna alacritate animi concesserunt.

EIVSDEM MACROBII SATVRN. LIB. V, CAP. I.

POST hæc quum paulisper Eusebius quieuisset, omnes inter se consono murmure, Vergilium nō minus oratorem quàm poetam habendum pronuntiabant: in quo & tanta orandi disciplina, & tam diligens obseruatio rhetoricæ artis ostenderetur. Et Auienus, Dicas mihi(inquit)volo,doctorum optime,si concedimus(sicuti necesse est)oratorem fuisse Vergilium, si quis nunc velit orandi artem consequi, vtrum magis ex Vergilio, an ex Cicerone proficiat? Video quid agas(inquit Eusebius)quid intendas,quò me trahere coneris: eò scilicet quò minimè volo, ad comparationem Maronis & Tullij. Verecundè enim interrogasti, vter eorum præstātior: quandoquidem necessariò is plurimùm collaturus sit, qui

qui ipse plurimùm præstat. Sed istam mihi necessitatem altam & profundam remittas vŏlo: quia non nostrum inter illos tantas componere lites. Nec ausim in vtramuis partem talis sententiæ autor videri. Hoc solùm audebo dixisse, quia facundia Mantuani multiplex & multiformis est, & dicendi genus omne complectitur. Ecce enim, in Cicerone vestro vnus eloquentiæ tenor est: ille, abundans, & torrens, & copiosus. Oratorum autem non simplex nec vna natura est, sed hic fluit & redŭdat: contrà, ille breuiter & circumcisè dicere affectat. tenuis quidam & siccus & sobrius amat quandam dicendi frugalitatem: alius pĩngui & luculenta & florida oratione lasciuit. In qua tanta omnium dissimilatione vnus omnino inuenitur Vergilius, qui eloquentiã ex omni genere cõflauerit. Respõdit Auienus, Apertius vellẽ me has diuersitates sub personarum exemplis doceres. Quatuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: Copiosum, in quo Cicero dominatur: Breue, in quo Sallustius regnat: Siccũ, quod Frontoni ascribitur: Pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. Sed apud vnum Maronẽ hæc quatuor genera reperies. Vis audire illum tanta breuitate dicentem, vt arctari magis & contrahi breuitas ipsa non possit.

Et campos vbi Troia fuit.

Ecce, paucissimis verbis maximam ciuitatem hausit & absorpsit: non reliquit illi nec ruinam. Vis hoc ipsum copiosissimè dicat?

Venit summa dies & ineluctabile fatum
Dardaniæ: fuimus Troes, fuit Ilium & ingens
Gloria Dardanidũm: ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit, incensa Danai dominantur in vrbe.

O patria, ô diuũm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidũm.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

Quis fons, quis torrens, quod mare tot fluctibus, quot hic

verbis inundauit? Cedo nunc siccum illud genus elocutionis.

Turnus vt anteuolans tardum præcesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristáque tegit galea aurea rubra.

Hoc idem quo cultu, quàm florida oratione, cùm libuerit, proferetur.

Forte sacer Cybele Coreus, olimque sacerdos
Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantémque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

Sed hæc quidem inter se separata sunt. Vis autem videre quemadmodum hæc quatuor genera dicendi Vergilius ipse permisceat, & faciat vnum quoddam ex omni diuersitate pulcherrimum temperamentum?

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.
Seu plures calor ille vias & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat quà succus in herbas:
Seu durat magis, & venas astringit hiantes,
Ne tenues pluuiæ rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Ecce dicendi genus, quod nusquam alibi deprehendes, in quo nec præceps breuitas, nec infinita copia, nec ieiuna siccitas, nec lætitia pinguis.

Sunt præterea styli dicendi duo, dispari moralitate diuersi. Vnus est maturus & grauis: qualis Crasso assignatur. Hoc Vergilius vtitur, quũ Latinus præcipit Turno,

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere. Et reliqua.

Alter huic contrarius, ardens, & erectus & infensus: quali est vsus Antonius. Nec hunc apud Vergilium frustra desideraueris.

-haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne defere frater.

Vidésne eloquentiam omni varietate distinctam? quam quidem mihi videtur Vergilius, non sine quodam præsagio, quo se omnium profectibus præparabat, de industria permiscuisse: idque non mortali, sed diuino ingenio præuidisse. atque adeo non alium ducem sequutus, quàm ipsam rerum omnium matrem naturam, hanc pertexuit velut in musica concordiâ dissonorum. Quippe si mūdū ipsum diligenter inspicias, magnam similitudinem diuini illius, & huius poetici operis inuenies. Nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc breuis, nūc copiosa: nūc sicca, nunc florida, nunc simul omnia: interdū lenis, aut torrēs: sic terra ipsa, hìc læta segetib⁹ & pratis, ibi syluis & rupibus hispida: hìc sicca arenis, hìc irrigua fontibus, pars vasto aperitur mari. Ignoscite: nec nimium me vocetis, qui naturæ rerum Vergilium comparaui. Intra ipsum enim mihi visum est, si dicerem decem rhetorū, qui apud Athenas Atticas floruerunt, stylos inter se diuersos hunc vnum permiscuisse.

EX EIVSDEM LIB. I. CAP. VI, IN SOMN. SCIP.

VNDE Vergilius, nullius disciplinæ expers, planè & per omnia beatos exprimere volens, ait,

-ô terque quaterque beati.

EX EIVSDEM SATVRN. LIB. I. CAP. XVI.

VNDE & Maro, omnium disciplinarum peritus, sciens lauari ouem, aut lanæ purgandæ aut scabiei curādæ gratia, pronuntiauit, tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret.

Balantúmque gregem fluuio mersare salubri.

Adiiciendo enim *salubri*, ostendit, auertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum, purgandæ lanæ causa, fieri concessum.

EX EIVSDEM LIB. I, CAP. VII.

IN SOMN. SCIP.

NAM illud, *prohibent nam cætera Parcæ Scire*, Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia.

EX SAT. LIB. V, CAP. XVIII.

FVIT Vergilius vt scrupulosè & anxiè, ita dissimulanter & quasi clanculo doctus: vt multa transtulerit, quę vnde translata sint, difficile sit cognitu.

ET LIB. VI, CAP. I,

QVOD si hæc societas & rerum communio poetis scriptoribúsque omnibus inter se exercēda concessa est, quis fraudi Vergilio vortat si ad excolendum se quædam ab antiquioribus mutuatus sit? Cui etiam grātia hoc nomine est habenda, quòd nonnulla ab illis in opus suum (quod æternò mansurum est) transferendo, fecit ne omnino memoria veterum deleretur: quos (sicut præsens tempus ostendit) non solùm neglectui, verùm etiam risui habere iam cœpimus.

EX LIB. I, CAP. VII,

IN SOMN. SCIP.

PAREM obseruantiæ diligētiam Homericæ per omnia perfectionis imitator Maro in talibus quoque rebus obtinuit. Nam &c.

ET LIB. II, CAP. VIII,

SCIMVS autem & Homerum ipsum, & in omnibus imitatorem eius Maronem, sæpe tales mutuasse particulas.

EX EIVSDEM SATVRN.

LIB. V, CAP. II.

QVID quòd & omne opus Vergilianum velut de quodam Homerici operis speculo formatum est? Nam & tempestas mira imitatione descripta est. &c.

ET LIB. V, CAP. XVI,

ITA in omni opere Maronis Homerica lucet imitatio. Homerus omnem poesim suam ita sententiis farsit vt singula eius ἀποφθέγματα vice prouerbiorum in omniũ ore fungantur. vt,

Οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

ET,

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.

ET.

Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.

Et alia innumerabilia, quæ sententialiter efferuntur. Nec hæc apud Vergilium frustra desideraueris,

Non omnia possumus omnes.

ET,

Omnia vincit amor.

ET,

-labor omnia vincit Improbus.

ET,

Vsque adeóne mori miserum est?

ET,

Stat sua cuique dies.

ET,

-dolus an virtus, quis in hoste requirat?

ET

Et quid quæque ferat regio, quid quæque recuset.

ET,

Auri sacra fames.

EX EIVSDEM LIBRI CAP. XIII.

VIRGILIVS studij circa Homerum nimietate excedit modum. Et re vera non poterat non in aliquibus minor videri qui per omnem poesim suam hoc vno est præcipuè vsus archetypo. Acriter enim in Homerum oculos intendit, vt æmularetur eius non modò magnitudinem, sed & simplicitatem & præsentiam orationis, & tacitam maiestatem. Hinc diuersarum inter heroas suos personarum varia magnificatio, hinc deorum interpositio, hinc autoritas fabulosorum, hinc affectuum

naturalium expreſsio, hinc monumentorum perſecutio, hinc parabolarum exaggeratio, hinc torrentis orationis ſonitus, hinc rerum ſingularum cum ſplendore faſtigiũ.

EX FABIO QVINTIL.

LIB. X, CAP. I.

Quum, de Græcis ſcriptoribus loquutus, ad Romanos venit.

NOBIS per Romanos quoque autores ordo ducẽdus eſt. Itaque vt apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſsimum dederit exordium, omnium eius generis poetarum Græcorum, noſtrorúmque, illi haud dubiè proximus. Vtar enim verbis iiſdem, quæ ex Afro Domitio iuuenis accepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maximè accedere, Secundus, inquit, eſt Virgilius: propior tamen primo quàm tertio.

EX EODEM,

LIB. VIII, CAP. III,

QVAEDAM non tam ratione quàm ſenſu iudicantur. vt illud,

Cæſa iungebant fœdera porcæ

fecit elegans fictio nominis. quòd ſi fuiſſet porco, vile erat.

EX EODEM,

LIB. VIII, CAP. III.

AT Virgilij miramur illud,

ſæpe exiguus mus.

Nam epitheton *exiguus*, aptum proprium effecit, ne plus expectaremus: & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa vnius ſyllabæ non vſitata, addidit gratiam.

EX EODEM,

LIB. VIII, CAP. IIII.

QVIN ex inſtrumento quoque, heroum illorum magnitudo æſtimanda nobis datur. ad hoc pertinet clypeus Aiacis, & haſta Pelias Achillis: Qua virtute egregiõ

est vsus in Cyclope Virgilius. Nam quod illud corpus mente concipiam, cuius

Truncæ manus pinum regit?

EX EODEM,

LIB. I, CAP. XIII.

A I syllabam, cuius secundam nunc E literam ponimus, variè per A & I efferebant, quidam semper. vt Græci, quidam singulariter tantùm, quum in genitiuum vel datiuum casum incidissent: vnde *pictai vestis & aquai* Virgilius amantissimus vetustatis carminibus inseruit.

EX EODEM,

LIB. IX, CAP. III.

ALIA commendatio vetustatis, cuius amator vnicè fuit Virgilius,

Vel quum se pauidum contra mea iurgia iactat.

ET,

Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci
Audierat.

EX EODEM,

LIB. I, CAP. XIIII.

CAETERA admonitione magna egent: in primis, vt teneræ mentes, tracturæque altius quicquid rudibus & omnium ignaris insederit, non modò quæ diserta, sed vel magis quæ honesta sunt, discant. Ideóque optimè institutum est vt ab Homero atque Virgilio lectio inciperet: quanquam ad intelligẽdas eorum virtutes firmiore iudicio opus esset.

EX EODEM,

LIB. X, CAP. III.

SIT primò vel tardus, dum diligens, stylus: quæramus optima, nec protinus se offerentibus gaudeamus. Adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis.

Et nonnullis interiectis,

Virgilium quoque pauciss imos die composuisse versus autor est Varus.

EX CAIO PLINIO
IN PRAEF.

NON illa Virgiliana virtute vt certarent, non Ciceroniana simplicitate.

EX EODEM,
LIB. VII, CAP. XXX.

DIVVS Augustus carmina Virgilij cremari, contra testamenti eius verecundiam, vetuit: maiúsque ita vati testimonium contigit, quàm si ipse sua carmina probauisset.

EX PLINIO SECVNDO
EP. VII, LIB. III.

De Silio Italico.

VIRGILII [imaginem] ante omnes [venerabatur] cuius natalem religiosiùs quàm suum celebrabat: Neapoli maximè, vbi monimentum eius adire, vt templum, solebat.

EX L. ANNEO SENECA,
EPIST. XXI, LIB. III.

VERGILIVS noster duobus memoriam æternam promisit: & præstat.

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.

EX EODEM,
CONTR. LIB. IIII.

MONTANVS Iulius, qui comis fuit, quíque egregius poeta, aiebat illum imitari voluisse Vergilij descriptionem,

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,
Alituum pecudúmque genus sopor altus habebat.

At Vergilij imitationem bene cessisse, qui illos optimos

versus Varronis expressisset in melius,

Desierant latrare canes, vrbésque silebant:
Omnia noctis erant placida composta quiete.

EX EODEM,

EP. LXXXVII, LIB. XIII.

Te quoque proteget illa quæ
Tarda venit seris factura nepotibus vmbram.
vt ait Vergilius noster: qui non quid verissimè, sed quid decentissimè diceretur, aspexit: nec agricolas docere voluit, sed legentes delectare.

EX EODEM,

DECLAM. I, LIB. III.

Vergilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit, Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit.

EX EODEM,

IN SVASOR.

AT Virgilius hæc quanto simplicius & beatius dixit,

Luna reuertentes quumprimum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber:
Sin ortu in quarto (namque is certissimus autor)
Pleua, neque obscuris per cœlum cornibus ibit.

Solebat autem ex Virgilio Fuscus multa trahere, vt Mæcenati imputaret.

EX A. GELLIO,

LIB. IX, CAP. IX.

SCITE & considerate Virgilius, quum aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expressit.

EX EODEM,

LIB. XVII, CAP. X.

In Phauorini philosophi persona.

AMICI familiaréſque P. Virgilij, in iis quæ de ingenio moribúſque eius memoriæ tradiderunt, dicere eũ ſolitũ ferunt, parere ſe verſus more atque ritu vrſino. Namque vt illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informémque, lambendóque id poſtea quod ita edidiſſet conformaret & fingeret: perinde ingenij quoque ſui partus recentes rudi eſſe facie & imperfecta: ſed deinceps tractando colendóque, reddere iis ſe oris & vultus lineamenta. Hoc virum iudicij ſubtiliſsimi ingenuè atque verè dixiſſe, res, inquit, ipſa verum indicium facit. Nã quæ reliquit perfecta expolitáque, quibúſque impoſuit ſenſus atque delectus ſui ſupremam manum, omni poeticæ venuſtatis laude florent: ſed quæ procraſtinata ſunt ab eo, vt pòſt recenſerentur, & abſolui, quoniam mors præuerterat, nequiuerunt, nequaquam poetarum elegantiſſimi nomine atque iudicio digna ſunt. Itaque cùm morbo oppreſſus, aduentare mortem videret, petiuit orauitque a ſuis amicis impenſè, vt AEneida, quam nondum ſatis elimauiſſet, aboleret. In iis autem (inquit) quæ videtur retractari & corrigi debuiſſe, is maximè locus eſt, qui de monte AEtna factus eſt. Nam cùm Pindari veteris poetæ carmen, quod de natura atque flagrantia montis eius compoſitum eſt, æmulari vellet, eiuſmodi ſententias & verba molitus eſt, vt Pindaro quoque ipſo, qui nimis opima pinguíque eſſe facundia exiſtimatus eſt, inſolentior hoc quidem in loco tumidiórque ſit.

EX CORN. TACITO,

IN DIAL. DE ORAT.

PLVRES hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilij detractent. Nec vllus Aſinij aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quàm Medea Ouidij, aut Varij Thyeſtes. Ac ne fortunam quidem vatum & illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta & anxia oratorum vita. licet illos agitent certamina & pericula ſua & controuerſiæ, malo ſecurũ & ſecretũ VIRGILII ſeceſſum, in quo tamen neque apud diuum Auguſtum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Teſtes Auguſti epiſtolæ, teſtis ipſe populus, qui

auditis in theatro versibus Virgilij, surrexit vniuersus & fortè præsentem spectantémque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum.

EX EODEM,

IN DIAL. DE ORAT.

EXERCETVR enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Actij aut Pacuuij veterno inquinatus, sed ex Horatij & Virgilij & Lucani sacrario prolatus.

EX VELLEIO PATERCVLO

HISTOR. LIB. SEC.

PENE stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maximè nostri æui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriúsque, & cõsecutus Sallustium Liuius, Tibullúsque & Naso, perfectissimi in forma operis sui.

EX SVETONIO,

DE CALIGVLA.

SED & Virgilij ac T. Liuij scripta & imagines paulum abfuit quin ex omnibus bibliothecis paulum amouerit: quorum alterum, vt nullius ingenij, minimæque doctrinæ: alterum, vt verbosum in historia, negligétémque, carpebat.

EX SEXTO AVR. VICT.

DE OCT. AVGVSTO.

IN amicos fidus extitit: quorum præcipui erant, ob raciturnitatem Mæcenas: ob patientiam laboris, modestiámque Agrippa. Diligebat præterea Virgilium: rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus.

EX AEL. SPARTIANO.

DE ADRIANO.

AMAVIT præterea genus dicendi vetustum, con-

trouersias declamauit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Cœlium prætulit.

EX AEL. LAMPRIDIO,

DE ALEXANDRO SEVERO.

VIRGILIVM, Platonem poetarum vocabat, eiúsque imaginem, cum Ciceronis simulacro, in secundo lario habuit: vbi & Achillis, & magnorum virorum.

EX HORATIO,

SAT. X, LIB. I.

-forte epos acer,
Vt nemo, Varius ducit: molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

IBIDEM,

Plotius & Varius, Mæcenas, Virgiliúsque,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuscus: & hæc vtinam Viscorum laudet vterque.

ET SAT. V, EIVSDEM LIB.

-nanque
Plotius & Varius Sinuessæ, Virgiliúsque,
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit deuinctior alter.

ET SAT. VI,

-optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere quis essem.

Obseruandum est, in omnibus qui præcedunt Horatij locis, & Virgilij & Varij mentionem coniunctam esse. Vocat autem illum Dimidiũ animę suę idem, Ode tertia libri primi, vbi Athenas proficiscenti secundam nauigationem precatur, *Et serues animæ dimidium meæ.* Cæterum ex illo primo loco in quo carmen molle atque facetum Camœnas rusticas Virgilio concessisse dicit, colligitur, editam ab eo tum temporis non fuisse AEneidem. nam illa quæ de eo testatur, ad Bucolica tantùm & Georgica referri possunt.

EX SEXTO PROPERTIO.

LIB. II, ELEG. VLT.

Me iuuet æterni positum languere corollis,
Quem tetigit iactu certus ad ossa deus.
Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Cæsaris & fortes dicere posse rates:
Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma,
Iactáque Lauini mœnia littoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graij:
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Tu canis umbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vtque decem possint corrumpere mala puellam:
Missus & impressus hœdus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores:
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix intactum Corydon qui tentat Alexin,
Agricolæ domini carpere delicias.
Quamuis ille sua lassus requiescat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poetæ,
Quo seges in campo, quo viret vua iugo.
Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

EX P. OVIDIO NASONE,

ART. AM. LIB. III.

Et profugum Æneam, altæ primordia Romæ:
Quo nullum Latio clarius extat opus.

EX EODEM,

AMORVM LIB. I.

Tityrus & segetes, Æneidáque arma legentur
Roma triumphati dum caput orbis erit.

EX EODEM,

TRIST. LIB. II.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos autor

Contulit in Tyrios arma virúmque toros.
Nec legitur pars vlla magis de corpore toto,
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

EX EODEM, DE PONTO, LIB. III, ELEG. IIII.

Res quoque tanta fuit quantæ subsistere summo
AEneidos vati grande fuisset onus.

EX SILIO, LIB. VIII.

Mantua, Musarum domus, atque ad sidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

EX STATIO,

vbi Thebaidem suam alloquitur,

-viue precor: nec tu diuinam AEneida tenta,
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

EX IVVENALE, SAT. XI,

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

ET VI,

Illa tamen grauior, quæ quum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ.
Committit vates: & comparat inde Maronem
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

EX MARTIALE, LIB. VIII,

Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset quum superare modos:
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Quum posset tragico fortius ore loqui.

EODEM LIBRO.

Temporibus nostris ætas quum cedat auorum,
Creuerit & maior cum duce Roma suo:
Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quenquam tanta bella sonare tuba?
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones:
Virgiliúmque tibi vel tua rura dabunt.
Ingera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oues.
Risit Tuscus eques, paupertatémque malignam
Reppulit, & celeri iussit abire fuga.
Accipe diuitias, & vatum maximus esto:
Tu licet, & nostrum (dixit) Alexin ames.
Astabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra falerna manu:
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum sollicitare Iouem.
Excidit attonito pinguis Galatea poetæ,
Testylis & rubras mensibus vsta genas.
Protinus Italiam concepit & arma virúmque,
Qui modo vix culicem fleuerat ore rudi.
Quid Varios, Marsósque loquar? ditatáque vatum
Nomina? magnus erit quos numerare labor.
Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis
Des mihi. Virgilius non ero, Marcus ero.

LIB. XI.

Ipse tuos nobis relegas licet vsque gigantas,
Rara, vel æterno proxima Virgilio.

LIB. XIIII.

Accipe facundi Culicem studiose Maronis:
Ne nugis positis, arma virúmque canas.

EX AVSONIO.

Te præeunte, nepos, modulata poemata Flacci,
Altisonúmque iterum fas est didicisse Maronem.

Et in quadam epistola, quam Symmacho alij adscribunt.

Quis ita ad Æsopi venustatem, quis ad sophisticas Iso-

cratis conclusiones, quis ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis, accedat?

ALCINOI.

vel INCERTI AVTORIS.

De numero vatum siquis seponat Homerum,
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum,
Longè erit à primo quisquis secundus erit.

INCERTI AATORIS.

Mæonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat vtrumque sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos,
At minor est nobis, sed bene cultus, ager.
Hîc tibi nec pastor nec curuus deerit arator:
Hæc Graijs constant singula, trina tibi.

Quæ sequuntur carmina, OCTAVIO AVGVSTO consensu magno adscribuntur: quorum argumentum cum ex ipsis statim, tum ex iis quæ in eius vita, & in illo Caij Plinij loco, ex libri VII, capite XXX, legisti, patere potest. Ex duobus quæ illi subiuncta sunt epigrammatis, priore rogatur vt supremæ Virgilij voluntati de cremandis suis carminibus, obtemperari non permittat: posteriore, gratiæ illi aguntur quòd non permiserit.

ERgône supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes
Magnáque doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum: soluetur littera dines?
Et paterunt spectare oculi, nec parcere honorí
Flamma suo? dignúmque operis seruare decorem?
Pulcher Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ,
Liber & alma Ceres succurrite: vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus,
Nam docuit, quid ver ageret, quid cogeret æstas,
Quid daret autumnus, quid bruma nouissima ferret.

Arcuta

Arbuta formauit, sociauit vitibus vlmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit vt pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat fieríque iubet, parere necesse est:
Frangatur potiùs legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctésque diésque labores
Hauseris vna dies. Supremáque verba parentis
Amittant vigilasse suum, si fortè furenti
Errauit in morte dolor: si lingua loquuta est
Nescio quid, titubante animo: non sponte, sed alio
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens cæca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?
Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per lustra sorores
Tendite, & ardentes ignes fluuialibus vndis
Mergite: ne pereat tam clari Musa poetæ.
Flammáque vanescat: viuat Maro clarus in orbe,
Ingratúsque sibi. sed quod malè iusserat ille,
Sit vetuisse meum. sacer est post tempora vitæ.
Immo sit æternum, tota resonante Camoena,
Carmen: & in populo diui sub numine nomen
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

CORNELII GALLI,
vel potius, INCERTI AVTORIS,
De Æneide Virgilij, ad Octauium Aug.

Temporibus lætis tristamur, maxime Cæsar,
Hoc vno amisso, quem gemo, Virgilio.
Sed vetuit relegi (si tu patiere) libellos,
In quibus Æneam condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monimenta ducum.
Atque iterum Troiam sed maior flamma cremabit.
Fac, laudes Italum, fatua facta legi.
Æneámque suo fac maior nuntius ornet.
Plus fatis possunt Cæsaris ora Dei.

SVLPICII CARTHAGINIENSIS,

De præcedentibus Octauij versibus.

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ decinere ducem.
Tucca vetat, Variúsque simul: tu, maxime Cæsar,
Non finis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamon igni,
Et penè est alio Troia cremata rogo.

HENR. STEPHANI SCHEDIASMA DE DELECTV IN diuersis apud Virgilium lectionibus adhibendo.

PRODIERVNT & variis è tenebris emerserũt, partim nostra partim patrum nostrorum memoria, tot támque varia huius poetæ exemplaria, vt quibus olim eorum inopia nocuit, periculum sit ne copia tandem sit nocitura. Imò verò iam nocuit, semperq; nocebit, dum omnia exemplaria ordine vno habebũtur (vt poetæ nostri verbis vtar) & nihilo magis huic quàm illi fides adhibebitur. Nisi potius dicere debui, dum lectiones ex illis exempl. depromptæ ita vno ordine habebuntur, vt cuiuis locum alterius occupare, & tanquam regno auito eam detrudere, concedatur. Quem igitur delectũ, quam cautionem in pleriſque adhiberi posse existimem (neque enim in omnibus dixerim, quum nonnullæ velut in æquilibrio positæ suspensum acutissimorum etiam hominum iudicium tenere possint) si non omnino, at certè magna ex parte docere conabor.

INCIPIAM autem ab iis lectionibus quæ quum ipsi metro, id est, legi metri, repugnent, nobis non suspectæ solùm sed contemptæ etiam esse debent. Absurdum enim est locum lectionibus illis dare velle, quas locum tenere ipsa lex numerorum non patitur: ibi quidem certè vbi aliæ suppetunt, quæ & sensum non minus aptum habent, & nihil in legem metri peccant. Hac autem in re meretur Tiberius Donatus reprehensionem, cum alibi, tum verò vbi pro exilio (in isto versu AEn. 2, in fine, *Collectam exilio pubem, miserabile vulgus*) legi vult *ex Ilio*, id est de Ilio. Cuius loci mentionem facit Seruius: nec non alius libro 8. vbi tamen non mutando itidem lectionem, sed tãtum expositionem, metro facit iniuriam Donatus: quum videlicet in hoc versu, *Haud procul inde, citæ Mœtiam in diuersa quadrigæ Distulerant*; non vult *citæ* exponi veloces: sed diuisæ. Atque itidem libro 3, quum in hunc ver-

sum (qui de Cyclopis lumine, id est oculo, scriptus est) *Ingens, quod torua solum sub fronte latebat*, annotat, *Latebat, dormientis scilicet. nam malè sentit Donatus, dicens Latè patebat, contra metrum:* manifestū est de expositione intelligi: monstrosa quidem illa, sed tamen quam referre dignatus sit. Hoc enim contra metrum dici ait, quòd voluerit *latebat* accipi pro Latè patebat: quum necesse esset Latere in hac significatione (si tale quid Latinitas pateretur) esse à nomine Latus, cuius prior producitur. Si enim *latè patebat* voluisset in textu reponi Donatus, ita legēdo illum versum, *Ingens quod torua latè sub fronte patebat*, nullam metro iniuriam facere dici potuisset. Verùm in iis quæ habemus scholiis illa non leguntur: sed ista, *Quod autem ait, Sub fronte latebat, quod ingens fuisse dicebatur, vsqueadeo vt orbi lunæ vel solis æquari potuisset: faciebant rugæ tornæ frontis, & ingentes capitis comæ.* Quæ certè expositio eiusmodi est, vt ei quam affert Seruius (pace illius dixerim) præferenda videatur. Ac profectò de hoc grāmatico, propter illā expositionē, atque alias nō nullas, mihi venit in mentē nūc dicere, quod Horatius de Chœrilo, *quem bis terque bonum cum risu miror.* Quanuis enim afferri & aliæ expositiones possint (ex quibus ea est quæ *latebat* ad situm oculi & etymologiam refert, quatenus Varro tradit oculos ex eo dictos quòd sub fronte occulantur: quasi videlicet habenda hîc non sit diuersæ in verbo Occulere quantitatis & scripturæ ratio) vix illi vltimum inter omnes quæ proferri queant locum datum iri crediderim. At nequaquam esse itidem laudandam dixerim expositionem quam huic loco dat, lib. 6, *Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.* Nam hîc *triumphata* exponit, triumphis ornata, ad Capitolia referens: qua in re & metro & ipsi Latinitati vim affert.

Verùm vt pergam in exemplis non expositionum, sed lectionum quæ legem versus violant, mirum est in pleraſque typographicas editiones receptam fuisse lectionem istam, lib. 8, *Quod fieri ferro liquidóve potestur electro:* atque hîc tanti fecisse quosdam obsoletum hoc vocabulū, tāquam Vulcani maiestati, ex cuius ore proficiscebatur, conuenientissimum (nimirum vt, quemadmodum Iupiter & Iuno sermoni suo prisca quædam vocabula, ille,

fuat, hæc *confieri*, admiscuissent, ita etiam Vulcanus, cui non minus iuris hac in parte esse deberet, *potestur* ex prisco sermone retineret: quasi verò vbicunque hic poeta aliquem archaismum sermoni illorum numinum aut aliorum inserere potuit, id fecerit) tanto inquam in honore à nonnullis illam cascam vocem *potestur* fuisse habitam, vt pro hac lectione tãquam pro aris & focis Virgilianis dimicauerint. Neque verò exemplum illis defuit quo nominis *electro* quantitatem defenderẽt: & quidem ex hoc ipso poeta, in poematio quod Ceiris inscriptum est,

Non me delicijs commouit regia diues,
Coralio fragili & lacrymoso mouit electro.

Sed quàm fragile est coralium (vt hìc aptissimo epitheto vocatur) tam fragili testimonio nituntur: quum versus ille aliter etiam scriptus reperiatur, in *electro* syllabæ primæ sua seruata quantitate.

Quid quòd Seruius, qui Donatum aliquoties reprehendit quòd lectiones quas metrum non admittit, sequi voluerit, in eundem & ipse alicubi errorem incidit? Ecce enim, in hoc libri octaui versu, *Erigitur, summique ferit laquearia tecti*, alteri etiam lectioni *lacunaria*, dat locum: non animaduertens hanc vocem quantitate syllabæ inde excludi.

Quædam tamen eiusmodi lectiones nonnullorum auribus placuerunt, quòd quum aliquid magis sonorum siue canorum habere videretur, eo commodo quicquid in quantitate syllabica erat incommodi compensare siue excusare posse existimabãt. Sic non procul ab initio libri 8, *Rumpe moras omnes turbatáque arripe castra:* quum tamen alia sit in prõptu lectio, *& turbatá arripe castra.* Nam etiamsi eam vet. codices non exhiberẽt, vt exhibent, nemo est vel minimum in scribendis versibus exercitatus cui venire in mentem non possit. Atque vt hìc particulam *que* quærunt, sic alibi eam refugiunt, vt *Multa deos orans, oneravit æthera votis.* Potiúsque eò confugere volunt, vt *æthera* legant per diæresin, qualis est in aëneus, quàm illam vocalem admittere. At ego, si mihi tantopere illa copula displiceret, potius literæ T (de qua postea dicam) productionem syllabæ vltimæ verbi *oneravit*, acceptam

esse seren lam dicerem: sed cur alteram lectionem, *onerauitque æthera voti*, repudiare debeamus, non video. Nisi ho quoque nomine lectio vna præferri alteri debeat, quòd licenti æ quidpiam habeat. verùm etiamsi hoc ita esset, certa tamen licentiæ fines statuendi essent. Eos autem vereor ne & hic versus egrediatur, qui est 648. AEn. 12, *Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ*, nec video cur potius credibile sit poetam voluisse cum venia vti nomine *inscia*, quam absque venia nomine *nescia*: quod apud Macrobium legitur in hoc versu, Saturn. lib. 5, cap. 3. Venìm vt ad particulam *que* reuertar, quemadmodum attuli paulo antè versum quem eius omissio vix stare sinit. sic alium afferre libet qui ob eiusdem additionem cadere videri possit. Is est AEn. 5, & 8, *Conuulsum remis rostrisque stridentibus æquor*. Quam lectionem vt in hac etiã editione retinerem, multorum exemplarium consensus fecit. Sed ipse mihi propemodum, quòd nimium in ea seruanda fuerim religiosus, irascor. Nam vel particula *que* omittenda erat, vel, paucorum librorum autoritatem multis opponendo, legẽdum *sonantibus* pro stridentibus: aut potius *tridentibus*: quum eam formam habuisse nostra, hodiéque sint quæ confirment.

Sed quũ huius particulæ QVE mentio se offerat, hoc de ea te monebo: sæpe in quibusdam exemplaribus eam legi, quum in aliis scriptum sit VE. Quorum vnus est hic, libro 11,

Occiso pastore lupus magnóque iuuenco.

Nam legitur etiã *magnóve iuuenco*. Et sunt (fateor) loci, qui vtrumque admittũt: sed sunt etiam in quibus earum permutatio non parum facessere negotij potest. Exhibuit certè multum illa vocula *que* locum illius *ve* occupans, in isto libri quinti pag. 208 huius editionis,

-quo deinde sub ipso
Ecce volut, calcémque terit iam calce Diores,
Incumbens humeris: spatia & si plura supersint,
Transcat elapsus prior, ambiguúmque relinquat.

Exhibuit (inquam) multum nostro etiam Turnebo: qui *ambiguum* exponit Parem & ambigentem de cursus palma cum eo & victoria. & *Relinquat*, idem vult esse quod *Prætercat*: quoniam qui aliquem præterit, eum post se

relinquit. Plus (inquit) spatij si superesset, eum præterret, qui cum eo iuris in cursu ambigui fuit, quum simul ad metam peruenerint. Quidam verò vt suam de hoc loco sententiam tueantur, ad iurisconsultos etiam prouocant, de verbo Ambigere: à quo est oriundum nomen illud Ambiguum. At si legas, *ambiguúmve relinquat*, (quam lectionem non minima veterum librorum pars habet) in promptu erit huius loci expositio. quam sequendo, & nomini *ambigum* & verbo *relinquat* consuetam significationem relinquemus, atque à Virgilio vtrũque admetam peruenisse non dici videbimus. Eam expositionem margo meæ editionis tibi exhibebit. De qua ne dubitare possis, faciũt etiam Homeri versus, quos ἀκριβῶς est interpretatus hic noster poeta: ex Iliad. ψ.

Εἰ δὲ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισι,
Τῷ κέν μιν παρέλασσεν, ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν.

Ex quibus Græcis hosce duos Latinos facio, verbum verbo reddens,

Atque sit vlterior paulo si cursus vtrisque,
Prætereat certè hic illum, ambiguúmve relinquat.

Subaudiemus autem Cursum hic cum *ambiguum*, eodem modo quo cum ἀμφήριστον subaudimus δρόμον. Alioqui potuissem & ita interpretari,

Prætereat certè hic, palmam dubiámve relinquat.

Verùm lectionem in isto Homeri versu sequor quam apud Dionysium Halicarnasseum inueni, prouerbialiter eo vtente. Quòd si vulgò receptæ acquiescere placeat, οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν, eundem nomen ἀμφήριστον vsum habebit.

Vereor autem ne vocula QVE locum hîc particulæ VE occupans, par pari referre voluerit, quum suum in præcedente libro ab illa occupatum vidisset, & quidem maiore cum periculo: vtpote libris omnibus (nisi aliqua hîc fuit eorum qui cum veteribus contulerunt ostitantia) assentientibus. Locus est hic, AEneid. IIII. pag. 179,

Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
Esse velit Tyrijs vrbem Troiaque profectis,
Miscerive probet populos, aut fœdera iungi.

Quid? aliúdne est, miscere duos populos, quàm vnam eandémque illis esse vrbem? Quòd si aliud non est, par-

ticula disiunctiua VE quidnã hîc agit? Nemo igitur (vt opinor) mihi refragabitur, scribẽti, *Miscerique probet populos.* Quod autem ad sequentem versus partem attinet, nõ minus probauerim alteram lectionem (quæ eundem sensum efficit) *aut fœdere iungi.*

Quinetiam alicubi inuenitur hoc μόριον QVE, vbi nec ipso, nec in illo VE opus est. vt pag. 214,

Ostentans artem paritérque arcúmque sonantem.

Sed huic versui ad ipsum fulciendum adhibita fuit: qui tamen alioqui minimè collapsurus erat, vt nec alij plerique huiusmodi collabũtur, ac ne ruinam quidem minantur. Sed illi tamen lectioni (si à nostra discedendum esset) acquiescere longè mallem, quàm alteri,

Ostentans artémque pariter arcúmque sonantem.

licet eam non solum aliquot veterum librorum sed etiam Asperi grammatici autoritate Pierius defendat: ita versum metientis, seu (vt vulgò loquimur) scandentis. *Osten.* spond. *tans ar.* spond. *témque pa.* dact. *ter ar.* spond. Sed quid illa syllaba *ri* fiet? & cur ad remedium multo peius ac periculosius quàm ipsum malum (si quid tamen hîc potius quàm in aliis similibus locis mali est) cõfugitur?

Particulæ ET quum nusquam aptius quàm hîc mentionem facere possim, lectorem de ea quoque, priusquã ad alia veniam, commonefaciendum censeo. Sciat igitur eam quoque plerisque locis perperam fuisse adiectã. Quorum vnus est hic, pag. 306,

Ferte citi ferrum, date tela, & scandite muros.

Ita enim in quibusdam partim excusis partim scriptis libris legitur hic locus, addita vocula ET ab illis qui huic versui, ne stare non posset, metuebant. Qui tamen procul abesse metus debebat, quum posterior syllaba nominis *tela* positione producatur, ob sequens verbum *scandite*: vtendo libertate Græca. Quid verò sibi non permisisset Virgilius, quum hunc locum ἀσωδότατα poscere, vel potius flagitare, manifestum esset? Mirè enim ei illa triũ membrorum dissolutio conuenit: quum nobis velut ob oculos festinationẽ loquentis ponat: festinationem inquam cum trepidatione coniunctam. Ac certè hæc duo non rarò iisdem simul inesse cernimus: vnde etiam vnũ pro altero, nimirum Trepidare pro Festinare, sæpe dici-

tur. Quinetiam alius est qui hanc scripturam confirmat locus, eundem ἀσωπήτων vsum habens: pag. 193,

-ite: Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Quid quòd ipsa etiam oratio soluta ita nonnunquam ἀσωπήτως loquitur? Nemini igitur dubium esse debet quin cum maiore etiam licentia (id est, etiamsi nullum ex appositione subsidium versui fuisset) particulam illā omissurus fuerit. Denique, si ab illa lectione discedendū esset, non tamen *& scandite*, sed potius *ascendite* (licet minus sonorum) scriberem.

VT AVTEM quæ minus duræ sint hac in parte licentiæ cognoscamus, quid sibi poetæ qui Virgilio posteriores fuerunt permiserint, considerandum esse arbitror. Illam quidem certè productionem syllabæ posterioris *in tela*, licentiam vocare non debui, sed tantùm libertatem: quum Græcis talis productio, sequēte in proximo vocabulo duplici consonante, sit vsitatissima: sed alios esse apud eundem locos fateor, in quibus eum licentia vti nemo negauerit: & quidem aliquot in locis tali vt vix eius posteri eam sibi concesserint. Nasonem quidem certè præ aliis modum hìc tenere voluisse existimo. Sed ea cautione opus est, vt versum qui suspectus esse possit, pro certo teste nobis non proponamus. Qua in re peccant qui ex Tibullo afferunt, *Te canit agricola, magna quum venerit vrbe.* Cur enim non potius *è magna* Tibullum scripsisse, quàm licentia illa vsum esse, putabimus? Idémque de hoc versu Nasonis in epistola Didonis dicendum fuerit, *Exerces pretiosa odia, constantia magno.* Quasi verò non magis credibile sit, Nasonem scripsisse, *& constantia magno.* Quid dico credibile? Imò verò huius rei fidem nobis exemplariū bona pars facit. Idē dicendū & de isto eiusdē poetæ versu, *Nomen amicitia, nomen inane fides*, qui affertur ad defendē dū istū Virgilianū (vt quidē à nōnullis legitur) AEneid. 10, *Omnis & agricola, tuta latet arce viator.* Germana enim lectio apud Ouidium est, *Nomen amicitia est, nomen inane fides.* Huic eiusdem poetæ versui, *Esse deos credámne? fidem iurata fefellit?* talis iniuria fit à multis. Quoniam enim quædam editiones habent, *Esse deos credam? fidem iurata fefellit*, eum *fidem* priore longa dixisse contendunt.

Sic quidam probare volentes *naufragum* correpta etiã media dici, hunc Virgilij versum afferunt, ex AEn. lib. 3. *Caulonisque arces, & naufragum Scylacæum.* Atqui hoc siue testimonium, siue exemplum, altera lectione *nauifragum* statim refellitur. Contra verò, minimè suspectã esse potest huius versus scriptura, *Nam tibi Thymbre caput Eumdrius abstulit ensis*, quum Virgilius, idem quod hic, alibi quoque sibi in eadem litera T permiserit. Est autẽ hoc ex iis quæ & cæteri sibi concessisse comperiuntur. Ex quibus est Horatius hoc in versu, *Quum grauius dorso subiit onus, incipit ille.* Necnon in isto, *Qui non defendit, alio culpante.* Idémque & Iuuenalis licere sibi voluit: atque adeo Naso, *Nubibus esse solet, aut purpureæ auroræ.* nisi *vel* scripserit. Videor autem mihi & eam potestatem quam sæpe literæ R dat noster poeta, apud alios animaduertisse. Sed in eo quod putant quidam, in *vale* idem sibi permisisse Nasonem, quum scripsit, *Idque quod ignoti faciunt, valedicere saltem*, quod sibi permiserit in hoc versu Maro, *Et longum formose vale, vale, inquit Iola*, videant ne fallantur. Existimant enim vtrunque posteriorem verbi vale corripuisse: at ego Nasonem ideo corripere eo loco ausum fuisse existimo (quum alioqui passim producat, sicut & alij solent) quòd per compositionem alij adiunctum, quantitatis suæ naturam (vt ita dicam) mutaret. Omninò enim coniunctè ab eo scriptum fuisse arbitror *valedicere*: nec dubitaui ita hîc scribere. At de Maronis loco dissentire ab aliis cogor: primùm quòd duplici licentia vno eodémque loco vteretur, deinde quòd Græcum illud ἄρες ἄρες imitari velle videretur. Quid igitur? eò propemodum adducor, vt suspicer, poetam posteriori *vale* puellæ affectum repræsentare voluisse, atque adeo vocabulum *longum* eò retulisse: vt nimirum non ita intelligamus *longum* sicut vulgo dici solet *longum valere*, eodem modo quo à Græcis μακρὰ χαίρειν: sed illam, quum ægrè Iolam à se dimitteret, & inuita illi valediceret, tandem illud etiam verbum *vale* (quod repetebat) lentè & cum aliqua cunctatione, tanquam ad eum diutius detinendũ, (aut certè quòd dolor & lacrymæ subsistere cogerent) pronuntiasse.

Est autem & illud considerandum, eiusmodi poema

quale est AEneis, plus iuris sibi circa tales licentias meritò arrogare videri, quàm ea quæ ab aliis scripta ad ætatem nostram peruenerunt. Ideóque mirari nemo debet eos vsus vocum *parietibus, abietibus, arietat, tenuia, genua* (nimirum quali I in illis, V in hoc sit consonans) qui sunt cum alibi, tum in iis qui sequuntur versibus (multo etiã minus illis debet offendi)

AEn.5, *Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque*, &c.

AEn.9, *Abietibus iuuenes patrijs & montibus æquos.*

AEn.11, *Arietat in portas & duros obice postes.*

Georg.1, *Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.*

AEn.5, *Genua labant: vastos quatit æger anhelitus artus.*

Cæterùm magna est inter grammaticos de huiusmodi versibus controuersia: quum alij necesse putent, pedem illis alioqui inusitatum, nimirum proceleusmaticum, constituere, alij I & V pro consonãtibus poni existimẽt. Ego certè his potius quàm illis assentior: & quemadmodum *syluæ* ab Horatio per diæresim dicitur pro *syluæ*, sic quum in illis contrarium fiat, quoddam synæresεως genus illic esse, dicere nos posse arbitror. Hoc saltem constat, Virgilium non sine veterũ exemplo id sibi permisisse: quum apud Lucretium non vno in loco *tenuia* eodem modo positũ legatur: atque adeo ipsi in sermonem nostrum hoc vocabulum, sicut alia infinita, transferentes, idem nobis permittamus. Dicimus enim *Tenue* quod Latini *Tenue*: estque illud *Tenue* nobis disyllabum, vt *Tenuia* Virgilio trisyllabũ, non quadrisyllabum. Sed quum dicimus *Tenue*, posterius e facimus non masculinum, sed fœmininum: quum alioqui vtrunque sermo noster habeat.

Addam verò & hoc de Virgilij circa quantitatem syllabicam siue libertate, siue licẽtia: communem illi cum aliis poetis eam esse qua præpositionem RE in compositis producit, geminatione consonantis: vt videre est in *Rettulit, Reppulit, Repperit.* Quod veteres & in aliis itidem sibi permiserunt, vt in *Rellatus, Reffecit, Redduco*: quod vsitatius illis est. Eandémque consonantis geminationem in alio etiam vocabulorum genere poetas sibi concessisse videmus: vt in *Relliquiæ*, in *Relligio*, in *Quattuor*. Atque adeo non defuerunt qui etiam *Proppago* scribendum pu-

tauerint, quũ prima producitur. Sed quod in his licet, idem in vocabulis Græcis licere non arbitror: ideóque mihi non placere dico quòd quidam nomini *Cybele*, ob mediam productam, addendam alteram L censuerunt: adeo vt in quibusdam editionibus legatur *Cybelle*. Potius certè crediderim Virgilium in voce Græca eam literæ L potestatem dedisse, quam in quibusdam aliis vocibus Græcis, & nominatim in μῆλος (vnde nonnulli philomela deductum putant, ideóque tertiam produci) obtinere videmus.

Denique Virgilium minimè voluisse existimandum est planè exlegem alicubi esse, ad quantitatem syllabicam quod attinet: quanuis Erythræus quasdam lectiones nobis exhibeat, ex quibus colligere hoc aliquis posset. Quinetiam ex duabus scripturis interdum eam quę apertè talis est, in textu ponit, altera in marginem reiecta. Sic enim AEneid. 10, in textu scribit, *--imáque sedet Inguine*: at in marg. *sedit*.

IN LECTIONVM delectu videndum etiam vtra ex duabus, aut quæ ex pluribus, nõ solùm duriore aliqua eius generis licentia careat, sed & aliis quibus poetas nõ libenter vsos esse verisimile est. Cuiusmodi est synchysis apud Horatium: qua licet frequenter vtatur, minimè tamen eum illa delectatum fuisse crediderim. Ideóque non dubito (vt nuper meis in illum Annotationibus docui) quin potius sequi ea exemplaria oporteat, quæ hunc versum ita legunt, *Penè arsit macros dum turdos versat in igne*: quàm ea in quibus est, *Penè macros arsit dum turdos versat in igne*: licet quidam etiam grammatici hunc versum in exemplum afferant. Interdum verò quanuis non adeo implicita sit oratio, vt synchysis in ea esse dici possit, est tamen cur eam lectionem in qua nihil tale cernitur, alteri præferamus. Sic etiam vbi particula quæpiam negotium facessit, videndum an altera lectio tali incommodo careat. Exempli gratia, AEn. 12, circa finem,

-volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens: orásque recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur. Hîc enim præpositio *per*, quocũque illam vertas, molestiam tibi exhibet (nam

quòd nonnulli iungunt accusatiuo *orbes*, id quidem sensui aptum est, sed dura nimis hęc retrogressio fuerit) quũ tamen Pierius ex vnico exemplari aliam lectionem afferat: hanc videlicet,

Lorica clypeique extremos septemplicis orbes,
Et medium stridens transit femur.

Verùm hîc vnum exemplar instar multorum esse debere videtur: nisi quis sub altera lectione aliquid magis Virgilianum latere animaduertat. Hoc enim vbique considerandum esse fateor, num quod in aliqua lectione est incommodi, aliquo maiore commodo siue excusetur, siue compensetur.

QVINETIAM lectionem quæ archaismum habeat, non statim alteri præferendam esse dixerim. Ideóque non lubenter *aurę* in antiquũ genitiuũ *auras* mutauerim, in isto versu, Æn. 11, *Cunctí ad reginam Volsci: nihil ipsa nec auras.* primùm quòd nulla eo vti necessitas cogat: deinde quòd huiusmodi genitiuis delectatus fuisse non videatur: postremò, quòd tres versus penè contigui vnam eandémque terminationem *auras* habituri sunt.

Ecce tamen, quum libro septimo duæ se offerrent lectiones, quarũ altera haberet itidé archaismu, & quidem eiusdem generis, nimirum antiquum genitiuum, sed alius formæ (nam hîc *aquai*, pro *aquæ*: illic *auras* pro *aurę*, archaismo Græcam declinationem imitante) dici non potest quanto acrius pro ea quæ archaismum habebat pugnatum sit, quàm pro altera. adeo quidem vt Aldus in calce vnius ex suis editionib⁹ illam ἀρχαΐζουσαν in locum alterius reponendam dixerit. Locus est hic, Æn. 7. incipiens à versu 461,

Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super. magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exultántque æstu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis.

Hîc enim multi *aquai* pro *aquæ vis* scribendum esse arbitrantur, vt cum *amnis* iungatur: licet maximus sit veterum exempl. in altera lectione consensus. Sed & hoc suspectam reddere alteram lectionẽ meritò potest, quòd ex Tuccæ & Varij, seu Vari, emendatione esse dicatur. Sic

tamen vt multo etiam minus credibile sit, apud Virgilium scriptum fuisse ante hanc illorum emendationem, *furit intus aquæ amnis*, vt Seruius tradit. Quibus enim auribus hæc audiri potuissent, si in fine vnius versus, *aquæ amnis*, itidémque in fine proximè sequentis, *exuberat amnis*, dixisset? Quid autem cogitasse illos putemus quum *aquai* pro *aquæ vis* reponerent? (nam *aquæ amnis* scripsisse hunc poetam credere non possumus, quin illius iudicio maximam iniuriam faciamus) an illi in mentem non venisse hunc archaismum? Atqui *aulai*, & *aurai*, & *pictai* alibi dicere sciuerat, poscente quidem, certè & numerorum lege. Sed nimirum locum illum his similem reddendum, quasi nescio quid magni sub illo archaismo hic latere posset, censuerunt: si quidem ab illis ita fuisse emendatū credere nos oportet. Quid? nomini amnis addi genitiuū illum, durum esse (in comparatione præsertim, cuius omnia alioqui membra molliter incederēt) non animaduerterunt? Scilicet enim ideo non satis erat dicere *amnis*, sed *aquæ amnis* dicendum erat, quoniam & alius rei quàm aquæ potest esse amnis. Quasi verò amnis propriè de aqua intelligi nō debeat: vel, qui dixit flammam virgeam suggeri coltis vndantis aheni, non satis apertè se de amni aquæ loqui ostendat. Contrà verò (alteram lectionem sequendo) nec pleonasmus ille hic erit: & quemadmodū reliqua in hac comparatione eleganter aliis atque aliis verbis variata sunt, ita etiam hoc variatum erit: vt quod *aquæ vim* in hoc versu dixerit, in sequente *amnem* appellet. Iam verò illi quibus tantopere ob solam antiquitatis imitationem altera illa lectio placet, illa quoque verba *aquæ vis*, præsertim quum ita versum claudant, aliquid antiquum, & quidem Lucretianum, habere sciant. Sed nimirum *aquai* erat archaismus lippis & tonsoribus notus, ille cōtrà vix à quoquam agnoscebatur: eius certè mētionem nemo fecit. Neque verò mouere nos debet quod apud Fabium etiam in quibusdam exempl. legimus, Virgilium vetustatis amantissimum *pictai* & *aquai* carminibus suis inseruisse. Nam alia ipsius Fabij exemplaria *aulai* non *aquai* habēt. Verùm etiamsi omnia de hac lectione consentirent, atque adeò ipsum Fabium id clamantem audiremus, non illi prius fidem haberem, quàm o-

mnia quæ aduersus hanc lectionem afferri possunt, dilu isset.

Sic etiam versu 709, libri 12, magna est de vera eius lectione disceptatio: qui alij *decernere* in eo legant, alij *cernere*, hoc modo, *Inter se coiisse viros, & cernere ferro*. Nam hęc lectio, Senecæ & Seruij, at *decernere*, Prisciani & multorũ vet. exemplarium authoritate confirmatur. Qui *cernere* legi volunt, non aliam quàm quòd archaismum hæc lectio habeat, & ipse Ennius eo verbo vsus sit, rationem afferunt. Quasi nimirum Virgilius compositum *decernere*, quòd non itidem esset archaicum, repudiaturus fuerit. Atqui habes id paulo antè, *Pro vobis fœdus luere & decernere ferro*. Equidem si tantopere in hoc verbo vetustatem amasse Virgilium putemus, (nam & Seneca eam in illo simplici agnoscit) vt ab ea discedere noluerit, hoc etiam in versu, qui non longo interuallo illum præcedit, pro *decernere* vel inuita numerorum lege reponendum fuerit *cernere*. Sed ita potius statuendum est, Virgilium, quum versus compositum illud *decernere* admitteret, eo vsum esse, non se adstringentem archaismo: paulo pòst, quum ingredi versum idem compositum nequiret, in simplex mutauisse: atque ita hoc antiquum alteri non prætulisse. Vt igitur priori loco fiet iniuria si ibi *decernere* in *cernere* mutetur: ita huic vim afferri manifestum est, quum *decernere* illi damus. Quorsum enim, vt illud *decernere*, quo iam vsus erat, retineamus (neque enim aliò respexisse puto eos qui hìc quoque ita legere voluerunt, & qui in vet. etiam libris ita scripserunt) ad violentam synalœpham confugiemus? Fatetur enim & Seruius, sequendo lectionem illam *decernere*, synalœpha opus esse, quæ excludat os: hoc modo, *vir' & decernere ferro*. Neque tamen, legendo, *decernere* se has in angustias cogere necesse erat: quum omissa vocula & posito stare verbum *decernere*: vt exponatur ad decernendum: quemadmodum quum Græci infinitiuo vtuntur, subaudientes ὡς τε. Verùm altera illa lectio *& cernere*, non itidem aliquo adminiculo indiget. Non dubito autem quin sumptum sit ex Homerico κρίνεσθαι, quod iungitur dativo Ἄρηϊ: atque vt Virgilius Ennium, ita Ennius Homerum imitatus fuerit. Scio autem & κρίνεν ἶσον ἐπὶ ζυγὸν ἀμφοτέροισιν ab Homero dici: sed quin ad alte-

rum illud potius respexerit poeta noster, minimè dubium est.

Vicissim autem in hoc versu, 487. Æn. 10, *Vna eadémque via sanguisque animúsque seqũtur*, negauerim curasse quic quam eam vetustatis consuetudinem Virgilium, qua sanguis posteriore longa efferretur: ideóque potius *sanguis animúsque* scripsisse. Esto enim, solitos fuisse antiquos hanc syllabam producere (vt interim dissimulem, alium nominatiuum *Sanguen* ex illis afferri) an tanti putamus hic futurum fuisse Virgilio talem archaismum, vt propter illum carmen suum multo minus sonorum relinqueret, atque ita nullo suas aures iudicio valere ostenderet?

Sunt porro & lectiones quæ quum vetustum morem seruent, nihil tamen neque in sensu, neque in quantitate syllabica immutant: quæ videlicet scriptura tenus seu orthographia vetustæ sunt. Talia est hæc lib. 10, non procul ab initio, *Quin intra portas atque ipsis prælia miscèt Aggeribus mœrorum.* Hic enim editiones multæ illam scripturam habent *mœrorum*, tanquam vetustam, non *murorum*. Verùm etiamsi illam & ipse scripturam admiserim, quam veterem esse contendunt, non potero tamen illas editiones non reprehendere, quòd in versu, qui vno excepto, proximus est, non itidem *mœrus*, sed *muris* habeant. Totus enim locus est hic,

Quin intra portas atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum, & inundant sanguine fossæ.
Æneas ignarus abest: nunquámne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ. &c.

Quid enim? an Virgilium vno eodémque in loco archaismum vsurpasse (nam & in ea re est archaismus) & statim illi renunciasse dicemus? Imò talem inconstantiã, id est, talis inconstantiæ suspicionem, à Virgilio alienam esse puto: ideóque vel *mœrorum* & *mœris*, vel *murorum* & *muris* lego. Sed tamen longè hanc scripturam illi prætulerim, quum passim alibi muris, muros, murorum, scriptũ esse videamus. Alioqui certè cur huic loco peculiarem scripturam demus, in causa id esse dicemus quod & antea de *potestur* dictum fuit. Nonnulli enim qui hanc scripturam tueri volunt, lib. 8, *Quod fieri ferro liquidóve potestur*

electro, quanuis alibi non *potestur*, sed *potest*, dicat idem poeta: ita scripsisse illum eo in loco volunt, quòd deum Vulcanum loquentem induceret, qué (sicut & cæteros deos) priscus sermo deceret. Eodémque modo & Iunonem *cõfieri*, Iouem *fuat* vsurpasse obseruant. Qua de re nolim acrius cum illis contendere: sed quòd id Homeri æmulatione fieri volunt, non video quomodo illis concedi possit: quum Homerus non priscum sermonem, cuius vestigia in posteriore seruata sint (vt in hisce vocibus Virgilianis videmus) sed planè diuersum ab humano, in quarundam rerum, & quidem personarum etiam, nominibus, diis tribuat. veluti quum de Briareo gigante loquens, dicit,

Οὖν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα,

Item de Xantho fluuio,

Οὖν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Sic etiam Moly herbam nomen hoc apud deos habere dicit. Sic & de quadam aui loquens, Il. ξ,

Ὄρνις λιγυρὴ ἐναλίγκιος, ἥντ' ἐν ὄρεσσι
Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Verùm etiamsi & hæc & alia multa fortasse, deos aliis nominibus quàm homines vocare existimaret, tamen vbi eos loquentes proponit, vix quicquam, vt opinor, in eorum sermone, quod illis Virgilij archaismis respondeat, inuenierimus. Si tamen hoc illis concedendum sit, vt dicamus Virgilium alicubi talem diis sermonem affingere voluisse, nimirum qui vetustatem oleret: longè lubentius *mœrorum* hîc à me quàm illic *potestur* impetrabũt: (quod cur recusem, antea exposui) verùm ea lege vt Venerem vno eodémque in vocabulo, vno eodémque in loco διγλώσσον non faciant, sed sicut *mœrorum* dixerit, ita etiam *mœris*, non muris (si quidem *murorũ* & *muris* respuãt) dicere eam velint.

At verò AEneid. 8, v. 423, vbi nullus deus, nulla dea, sed ipse poeta loquitur, nescio cur *hoc* antiquo more dictum ei loco peculiare esse voluisse putandum sit, *Hoc tunc ignipotens cœlo descẽdit ab alto*. Alioqui & Priscianũ eam scripturã probare non ignoro. Atque adeo citari scio quod-

dam epitaphium, Capuæ ſcriptum, in quo hæc antiquæ ſcriptura extet, INFERRI HOC NON LICET NISI QVORVM NOMINA SCRIPTA SVNT, ET QVIBVS CAVERO. pro Inferri huc non licet. Ad *olli* autem quod attinet, agnoſci ab ipſo etiam Fabio ſcimus: qui libro octauo ſcribit, propriis nominibus (id eſt non tranſlatis) dari dignitatem ab antiquitate: quòd ea ſanctiorem & magis admirabilem faciant orationem quibus non quilibet fuerat vſurus. Atque his poſtquã adiecit, acerrimi iudicij Publ. Virgilium hoc ornamento vnicè eſſe vſum: ſubiungit, *Olli* enim, & *Quianam*, & *Mi*, & *Ponè*, pellucent, & aſpergũt illã, quæ etiam in picturis eſt gratiſsima, vetuſtatis inimitabilem arti autoritatem. Hæc ille: quæ etiam faciunt vt ἀρχαΐζειν alicubi Virgilium negare nemo poſsit: ſed hoc vereor, ne *olli* (quod frequentius q̃ aliud vllũ occurrit) & *illi*, ſuas ſedes aliquãdo inſcio ipſo permutauerint: & hinc fiat, vt nõ ſatis quo cũ delectu modò hoc, modò illo, vſus ſit, perſpicere queamus. Ad *Quianam* certè quod attinet, videmus Pontanum, illo reiecto, malle recipere *Quinam*, in hoc verſu AEn. lib. 5, *Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi*. Ad metum (inquit) ad dolorem, ad ducis curã exprimendã, coegit tres ſimul monoſyllabas dictiones: ſummiſit deinde diſyllabã poſt alterã atque alterã triſyllabã: iunxítq; quatuor ſimul ſpõdeos. Quid hac autẽ verborum conquiſitione diligentius, aut animi conqueſtione grauius? Nec me quorundam autoritas mouerit, aſſeuerantium à Virgilio ſcriptum *Heu quia*, non *qui*: quum nos iudicemus, neque *quia*, neque *quid*, ſed *qui*, fuiſſe à Virgilio ſcriptum. Nam & litera *d* pleniuſculum neſcio quid ſonat, quod hic ipſe numerus nunc renuit, & *quia* breuitate pluſculum feſtinat ſua: quum vox ipſa videatur in dolore ſiſtenda. Hæc ille: in quibus opponit (quod mirum eſt) ſuum iudicium, non tantùm multorum veterum librorum, ſed etiam grammaticorum, Chariſij, Priſciani, Probi, autoritati: atque adeo Fabij Quintiliani. Non inficior tamen poſſe reſponderi, eos qui nominatim illius Virgiliani loci mentionẽ non fecerũt, fortaſſe de altero tãtùm intellexiſſe, qui eſt initio libri decimi, *Cœlicolæ magni, quianam ſententia vobis Verſa retro*? Vbi certè

(vt verum fatear) minus tolerari potest altera lectio *quænam*, quam altero in loco *quinam*.

Contrà verò quidam sunt loci, vbi quin antiqua voce vsus Virgilius fuerit, nemini dubium esse debet: atque adeo aliam pro ea vsquam inueniri miror. Ex iis locis est hic, AEneid. 5, *-extáque salsos Proiiciam in fluctus.* Eodem libro, *-extáque salsos Proiicit in fluctus.* Illic enim vt legamus *Porriciam*, hîc *Porricit*, atque ita vocem antiquam vtrobique retineamus, cogit nos antiquus, de quo agitur, ritus. Et verò Liuium (quem alioqui scimus non perinde atque Virgilium decuisse vetustatis imitationem) hoc ipso vocabulo hac in re esse vsum. Is enim lib. 29, de Scipione loquens, qui è Sicilia in Africam soluebat, *Secundũ eas preces* (inquit) *cruda exta, cæsa victima, vti mos est, in mare porricit: tubáque signum dedit proficiscendi.* Se autem diligenter nomina certis quibusdã rebus imposita solitum fuisse indagare (siue ex antiquo sermone siue aliũde petenda essent) ostendit Virg. cum alibi, tũ verò Georg. 3, *-cui nomen Asilo Romanum est, OEstron Græi vertere vocantes.* Et libro 4, *Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricolæ:* tanquam lectorem admonens, non eo se vti nomine quod petierit ex iis qui hac de re scripserunt, sed quo vtantur ipsi agricolæ. Quinetiam alicubi, tanquam aliud agens, vtitur vocabulo quod quum alioqui generale sit, simul tamen ei rei qua de agitur, est peculiare. vt Georg. lib. 3, de ceruis,

Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæve agitant pauidos formidine pennæ.

Hîc enim *formido* de certa quadam formidine dicitur, nimirum de ea quam venatores formidinem appellant, lineæ cuidam, quæ varios variarum plumarum nexu colores habet, nomen hoc tribuentes. Ex quorum colorum varietate, δεῖμα πολύχροον ab Oppiano appellatur: cui placet etiam δειμαλέην μήρινθον nominare: quasi formidolosam lineam dicas. Cæterùm Virgilius, quoniã proprium huic rei erat istud vocabulum, in eadem re significanda non aliud quæsiuit, sed eodem vsus est, in hac cõparatione lib. 12,

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cerum, aut punicea septum formidine penna,

Venator cursu canis & latratibus instat.

De archaismis autem hoc addo: quemadmodum alicubi quosdam vbi non opus erat, intrudere nonnulli voluerūt, ita fortasse aliquos nobis ignotos extrusisse. Quod vt suspicer facit primus hic versus libri AEn. 10, *Panditur interea domus omnipotentis olympi.* Hîc enim non dubito quin *omnipotentis* epithetum ex antiquitate petitum sit (quanuis contrà Næuij, excepto tantùm illo epitheto, versus esse dicatur) at hoc adeo quibusdā displicuit, vt eo expulso, in eius locum vel *omnipatentis* vel *omniparentis* substituere conati fuerint. quum tamen ab ipso etiam Fabio (si qua editionibus operū illius fides) illud agnoscatur. Alij *omnipotentis* quidem retinuerunt, sed ex *olympi* facere *olympia* sibi permiserunt. Alij versum quidem non attigerunt, id est, nihil in eo immutarunt: sed ea lege tamen lectionem illam retinere voluerunt, vt sibi epitheto *omnipotentis* nouam dare expositionem liceret. Nonnulli denique, lectionem illam seruantes, non illius epitheti, sed substantiui *olympi*, nouam explicationem attulerunt. De his autem varijs opinionibus antequam disserā, illud epithetum ideo ex antiquitate sumptum mihi videri aio, quòd non eiusdem generis substantiuo copuletur, cuius ea sunt quibus & Virgilius alibi & post eum alij iunxerunt. Neque verò me mouet, quòd Næuio hic versus, excepto hoc epitheto, adscribatur: quoniā is *altitonantis olympi* scripsit. Sed potius eum antiquo versui epithetum ex alio veteri poeta sumptum aptasse existimo. Verùm siue aliunde petitum, siue Virgilianum esse credendum sit, magnā huic loco tot commentitiis lectionibus iniuriam fieri dico. Ac mirum etiam esse addo, cur epithetum quod hîc mutatum fuit, contrà intactum in alio eiusdem poetæ loco manserit: nimirum lib. 12, *Iunonē interea rex omnipotentis olympi Alloquitur.* Vt igitur de vtroque simul dicam, quid, obsecro, non rationi consentaneum habet epithetum *omnipotentis*, nomini *olympi* iunctum? Omnipotens (inquiunt) de Ioue dicitur, non de olympo, id est cœlo. Respondeo, intellectum iri de Ioue, per metonymiam. Nam sicut in aliis plerisque vocibus, ita etiam in hac *cœlum*, continens pro contento sæpenumero poni videmus: cœlum vide-

licet pro cœlitibus, seu cœlicolis, aut cœlestibus. id est diis. Quod notius esse iis debet qui poetarum libros vel à limine salutarunt, quàm vt exemplis à me confirmandum sit. Quum autē olympus pro cœlo ponatur, quidni eadem ratione omnipotentem Virgilius vocauerit? Mirum verò est quomodo iis quibus lectio illa *omnipotentis olympi* displicebat, quòd insolens aliquid ille epitheti vsus habere videretur, illam commentitiæ lectionis insolentiam ferre possent, qua olympi domus, domus olympia vocaretur. Vbi enim (quæso) aliud huius adiectiui exemplum apud hunc poetam habemus? Quid dico apud hunc poetam? imò verò ne apud alios quidem extare arbitror. Vt dem tamen minimè insolens esse hoc adiectiuum, quæ hæc fuit audacia, inuitis versus numeris, illud in ipsum intrudere? Hypermetrum (inquient) versum lectio illa reddet: sed alios apud hunc poetam itidem hypermetros habemus. Respondeo, nimis duram & planè suspectam esse talem hypermetriam, vbi sequēs versus à consonante, non à vocali, habet initium. Et versum illum quem in exemplum afferre possent, ex AEn. 6, *Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnia*, aliter etiam legi dico: quum ex vet. libris alij *omne*, alij *omnes* habeāt: quidam etiam *omnem* habere dicantur. Esto tamen, posse ibi tolerari *omnia* (vt certè exemplo carere dici non potest) quid? an magis ferenda huius vocabuli quàm illius epitheti insolentia erat? Itáne huic vocabulo via vi facienda erat, quum eiusmodi esset vt malum (siquod erāt) malo sanari dici posset? Sed ad illas quarum memini expositiones veniendum est. Quidam igitur omnipotentis olympi retinere ea lege voluerunt vt olympum pro Ioue sibi accipere liceret: quòd dicerent Nævium ita vsum esse hoc in versu, *Panditur interea domus altitonantis olympi*: quem Virgilius imitatus esset. At ego ne in hoc quidem versu inuenio quid obstet quominus olympo suam significationem relinquamus: quum cœlo tribuere tonitru, neque nouum neque à ratione sit alienū. Alterius autem expositionis autor, vir est doctissimus & de humanioribus literis optimè meritus, Adr. Turnebus: qui postquam dixit multos suboffendi illo Maronis versu, *Panditur interea* &c. quòd se non satis assequi fatean-

tur cur attributionem omnipotentis olympo attribuat: nec deesse qui iusto sacramento contendere parati sint, ita nullo modo Virgilium scripsisse, ideóque propinquã scripturam rimati, partim *omnipatentis*, partim *omniparentis* corrigant: tandem se nihil immutare ait, verùm epithetum alio sensu quàm vulgò soleat, interpretari: ac *olympum omnipotentem* explicare, omnia complectentem, omnibúsque potientem. Potens enim (inquit) non solùm à Possum verbo, verùm etiam à Potior deducitur, vel autore Cicerone: cuius verba sunt, Quòd si fingenda nomina vice poetæ, potius vincendi atque potiundi casta sunt diis cognomina. Nam (vt reor) inde dicitur omnipotẽs, nõ tantùm quòd omnia possit, sed etiã quòd omnibus potitur. Hæc ille. at ego, de hac noua epitheti istius expositione paulo pòst dicturus, prius idem de recepta eius significatione, quod antea, respondeo: nimirũ eam isti loco aptissimam videri, vt *omnipotentem olympum* intelligamus cœlum quod omnipotens Iupiter incolit. Quòd si locus hanc significationem non admittit quam habet epithetum à verbo Posse deductum, cur eam potius admittet quæ illi dabitur quum à verbo Potiri deducetur? Esto tamen, potius locum habere hîc epitherũ *omnipotens*, si à Potior deducatur, quàm si à Possum: an illis quæ affert pro exemplis seu testimoniis, hanc deductionem asseri putamus? Horatij quidem certè locus nihil ad eius rei confirmationem iuuare videtur: Ciceronis autem, parum. Neque enim, quum ille *potenti maris* dicit, necesse est (opinor) vt potenti à Potior deducamus. Ita enim dictum fuisse ab illo puto Potenti maris, vt cõpositè dicitur Bellipotens, Armipotens, Ignipotens, Sagittipotens, & alia. Ad Ciceronis autem locum quod attinet, de quibus epithetis ibi loquatur, & an de iis quæ modò à me proposita similia sunt, dubium esse potest. Hæc autem quum ita sint, illa veterum editionum verba & retinenda esse & recepto more exponi debere dico. Cæterùm huic loco, sicut & aliis nonnullis, contigit, vt quæ ex emendatrice coniectura quorundam nostri temporis sunt lectiones, perinde sint margini à nonnullis adscriptæ, à quibusdam & textui impositæ, acsi & ipsæ è veteribus sumptæ libris essent.

Verùm certius archaismi extrusi habemus exemplum in hoc nostri poetæ versu, qui est 605, lib.12, *Filia prima manu flauos Lauinia crines.* Si enim Seruio credimus, antiqua lectio *floreos* habuit. quod exponit florulentos: addens esse sermonem Ennianum. Sed pro *floreos* quædam Seruij editiones habent *floros*: cuius scripturæ autores fuisse verisimile est eos qui synæresin in altera illa lectione fieri non videbant. Ex eo autem quod de isto loco scribit Seruius, aliis plerisque locis idem contigisse suspicari possumus.

Quid verò quòd nonnulli hodie enarratores antiquas lectiones, id est, quæ antiquam vocem habet, per imprudentiam (si ignorantia vocari imprudentia debet) deprauant? Præcipuè autem in verbo *diditur* hoc contigisse miror (quum satis notum esse debeat) AEn.7.v.144, *Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor.* Quum enim *diditur* antiquam esse vocem constet, qua vtatur ibi Virgilius: quidam malè nonnullis editionibus fidem habentes, annotarunt, *deditur*, esse vocem priscam, qua vsus sit Lucretius.

NON TACEBO, esse etiam scripturas in quibus non ita pendere à grammaticorum autoritate debemus, vt non eas examinemus, & aliquid aliorum quoque iudicio tribuamus. Exemplo autem locus hic fuerit, AEneid.lib.1,

Seu vos Hesperiam magnam Saturniáque arua,
Siue Erycis fines regémque optatis Acesten,
Auxilio tutos dimittam, opibúsque iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo, vestra est. subducite naues.

Scimus enim grammaticos vno propemodum omnes ore postremum versum ita legere: adeo vt hunc locum tãquam certissimum etiam antiptosis exemplum afferant, positi nimirum pro nominatiuo accusatiui. Sed cur non potius ita scribemus hunc locum vt ad antiptosin confugiendum illi non sit? præsertim quum sine vllius vocis mutatione, & tantùm apposita post *statuo* interrogationis nota, id fieri possit. hoc videlicet modo,

Vrbem quam statuo? vestra est.

vt *vultis* in hoc versu repetatur: & interroget, *Vultis vrbem quam statuo?* deinde respondeat, *vestra est.* Perinde acsi

diceret, Si vultis considere in illa ipsa vrbe quam statuo, vestra est. Videtur autem & Donatus (AElius inquam Donatus, non Tiberius) ita hæc verba intellexisse. In hunc enim Phormionis locum, Act. 5, scena 8, *quid vis tibi? Argentum quod habes? condonamus te*, annotat, *Vis* iterum subaudiendum est: vt sit, Vis argentum quod habes? Et est ἀσυνθέτως inferendum, Condonamus te. Sic est illud apud Virgilium, *Vultis & his mecum pariter considere regnis? Vrbem quam statuo? vestra est* Pono enim hîc post *statuo* interrogationis notam, vt illum posuisse verisimile est. Sed quid Donati autoritatem affero? meminit & Seruius huius lectionis, & quidem ita vt etiam alteri præferat. Sed grammaticorum vulgus editiones vulgares sequi maluerunt: ac fortasse qui primis, quas cæteræ deinde imitatæ sunt, præfuerunt, piaculum esse putauerunt, Virgilium exhibere in quo illa grammaticorum antiptosis non extaret. At Tiberius Donatus tertiam quandam viam velle insistere videtur, quum scribit, Lege autem (ne sit error) Quam statuo vrbem, vestra est.

Obseruaui quidem certè & alios locos vbi falsò antiptosin à grammaticis constitui arbitror. Ex illis est hic Horatij in Epodis,

Senem (quod omnes rideant) adulterum
Latrent Suburanæ canes:
Nardo perunctum, quale nec perfectius
Meæ laborarunt manus.

Hîc enim antiptosin cum alij grammatici constituunt, tum verò ex recentibus Linacer, cuius non parua est apud me autoritas. Alij, qui effugere hanc antiptosin volunt, *quale* antiquo more pro *quali* positum esse dicunt: alij aliud effugium quærunt. At ego non video quid tantopere hîc laborare oporteat: quum minimè nouum sit, relatiuo vti quod non ad ipsum vocabulum, sed ad eius significationem respiciat: ideóque hîc *quale* ad vnguentũ referri possit, cuius species est nardus. Esse tamen hoc Græcis quàm Latinis vsitatius fateor: vt exemplis docui in meo tractatu de dialecto Attica, qui Glossariis veteribus adiunctus est. Cæterùm legitur etiam *Quale non perfectius*: sed ideo malim *Quale nec perfectius*, quòd itidem dixerit Sat. 5, lib. 1, *animæ quales neque candidiores*. Fecit autem

huius rei ignoratio vt apud hunc nostrum poetã in quibusdam editionibus locus ille corrumperetur, *Centauro inuehitur magna* (quod simili audacia, sed paulo etiam maiore, dictum videtur) quidam enim *magno* reposuerunt.

SIC ETIAM iudicium enarratorum imponere nobis legem non debet. Vt enim nõnullę sunt scripturæ vbi rectè illud sequemur, ita etiam quædam sunt in quibus id minimè sequi debemus: nisi cũ illis errare velimus. Non enim semper optimas, sed plerunq; sibi facillimas amplectuntur, interdum verò eas vnde subtiliorẽ quempiam sensum eruere posse sibi videntur. Sicut enim illis in expositionibus accidit vt subtilissima quæque & longissimè petita, optima videatur, ita ex lectionibus eã interdum quæ aliquid παρακεκινδυνευμένον habeat (vt cætera omittam) eligunt. Præsertim verò Donatus, periculosissimus hac in re dux fuerit: quum (vt antea ostendi) nonnullas etiam in quibus versus mensuram suam non habet, admittat.

Quinetiam (quod multo peius est magísque reprehẽsione dignum) quædam mutare olim nonnulli enarratores ausi fuerunt. Quibus mutationibus non dubium est quin & quidam libri ex iis qui minus sunt antiqui, fuerint inquinati. Sunt tamen ex illis lectionibus nonnullæ quæ non item ex libris scriptis afferuntur. Quarum in numero est hæc Vrbani, AEn.8, v.661, *Ille autem AEnean absentem in prælia poscit*, pro, *Illum autem AEneas abs.* Pierius quidem certè nullam ex vet. libris lectionis illius mentionem facit. At verò hanc, quæ est lib. 8, v.406, *placidúmque petiuit Coniugis infusum gremio per membra soporem*, pro *infusus gremio*, in vet. etiam à se inuentam esse testatur: quum alioqui Seruius Probo & Carminio adscribat. Prob⁹ verò & Carminius (inquit) propter sensum cacephaton *infusum* legunt. Magnam autem in mutandis lectionibus audaciam & verbum *tenebramus* repositũ pro *terebramus* testatur: maiorem etiam *rumone*, in hoc versu Æn.8, *Ergo iter inceptum celerant rumone secundo*, pro *rumore*.

Aliquæ autem afferuntur ex vet. libris γραφαὶ, quæ illis (quod mirum est) incognitæ fuisse videntur. Sed vicissim aliquas nobis dant, quas ex nostris vet. libris petere non possumus: & earum nonnullas quidem insertas eorum

scholiis habemus, quasdam ex ipsa expositione colligimus. Sic lib. 8, v. 374, *Dum bello Argolici vastabant Pergama reges Debita*, pro *bello* videtur Seruius in suis exēpl. legisse *fato*. Exponit enim, Fataliter ad exitium destinata.

SVNT etiam nonnullæ lectiones ex affinitate vocum deprauatæ: quas licet qui aliquo iudicio valet, statim animaduersurus sit falsas esse, & ab ignorantia profectas, in multas editiones tamen dimanasse videmus. Quod contigit lib. 9. versu 465,

Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,
Euryali & Nisi.

Hîc enim pro *miserabile* quædam editiones habent *mirabile*: quum tamen cuicunque vel scintilla iudicij est, primùm eam rem non esse mirabilem (vtpote quæ & facilis & minimè noua sit) deinde etiamsi mirabilis simul esset & miserabilis, potius quod miserationem quàm quod admirationem moueat, ad hūc locum pertinere, dicturus sit. Habent tamen illam lectionem *mirabile* (quod fortasse iustius mirabile videatur quàm illa capitū præfixio in hastis) etiam ex recentioribus editionibus pleræque, & nominatim Manutianæ ambæ.

Sic pro *merui* in quibusdam editionibus inuenio *metui*, hoc in loco Æn. 5,

Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. merui quoque. sæpe furores
Compressi & rabiem tantam cœlique marisque.

Hîc enim *metui quoque* quidam etiam enarrator ex recentibus agnoscit: quum tamen ex vet. libris hæc lectio non afferatur: nec verò credibile sit, in iis qui alicuius pretij sint extare: quum nullam Pierius mentionem eius faciat. Sed (vt facilis est lapsus ex R in T) ex errore nata, apud eos qui non intelligebant quid sibi vellet *merui*, locū inuenit. *Metui quoque* (inquit Montfortius) ne malum, ne damnum in meo regno, iniquitate aduersariorum, accipiant, His verbis scilicet rationem belle reddet Neptunus cur Cytheream regnis eius fidere oporteat. Verum il luc pertinere quod additur, ne animaduerterunt quidem qui *metui* receperunt. Mihi tamen (vt opinor) nemo hunc esse sensum negabit, qui cum iudicio locum expenderit:

Merui vt fideres, pro Merita sum, vt in scholiis margini appositis explicaui. Q.d. Et quidem ea etiam sæpe feci, quibus tibi occasionem fidendi mihi dedi. Nam hîc Seruius in neutra suarum expositionum audiendus est.id est, nec quum *merui* exponit Præstiti, afferens hunc locum, *nec te regina vegabo Promeritam*:nec quum ex aliis addit,Mi litaui:vt, *AEre merent paruo.*

In hoc autem errorum genere non postrema esse debet vox *omnia* posita pro *omina*,apud hunc poetam (sicut & apud cæteros) & quidem in Manutianis etiam & aliis recentibus editionibus. Sed locos quatuor tantum in exemplum afferam.Æn.2,v.178,

Omnia ni repetant Argis,numénque reducant.

Et ver.691,eiusdem libri,

Da deinde auxilium, pater,atque hæc omnia firma.

Item lib.3.v.408,

Nequa inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat,& omnia turbet.

Item in 5,v.524,

Seráque terrifici cecinerunt omnia vates.

His enim in locis aliisque multis *omnia* pro *omina* perperam positum est in editionibus Manutij:necnon in Germanicis,in Antuerpianis,in Lugdunensibus, & plerisque aliis. Miror verò,in iis potissimum quæ nuper prodierunt,quib⁹ præfixi splẽdidissimi tituli incredibilis cuiusdam diligentiæ spem faciunt,hunc errorem, qui tam periculosus est,toties repeti.Erythræi quidem certè editio minus hîc quàm cæteræ reprehensionis meretur: quippe quæ non toties ad eundem lapidem offenderit. Nam offendit quidem & ipsa aliquoties:vt in versu illo quem vltimum attuli,*Seráque terrifici cecinerunt omnia vates*:sed in plerisque minor est offensio: quia in textu quidem (vt vulgò loquimur) habet *omnia*, sed in margine annotat *omina*. Hos autem in hoc poeta aliósque locos iampridẽ mihi correxeram,sicut & in Nasone aliquot:verùm postea comperi esse qui & in illo Georg.3,loco,

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat,& meliora deos sedet omnia poscens,

vellent itidem *omnia* pro *omina* reponi. At ego hunc locũ neque antea cum aliis emẽdaueram, neque nunc emen-

dare hac in editione mea volui. Imò verò in illis quas nominaui editionibus vice versâ hîc *omina* pro *omnia* falsò scriptum esse contendo. Quorsum enim hîc ominum fieret mentio? Contrà verò *meliora omnia* eleganter à poetis dicitur, eo modo quo Græci in huiusmodi præsertim rebus dicunt βέλτιόνα πάντα ἐλπίζειν, vel προσδοκᾶν: aut ἀμείνονα πάντα. Quod vt nemo animaduertit (quod sciam) ita etiam apud Horatiũ minimè animaduersum fuit à quoquam idem vocabulum Græco loquendi generi adhibitum: Ode 18, lib. 1,

Siccis omnia nam dura deus proposuit.

Hîc enim *omnia dura proposuit*, esse aio quod Græci dicunt, & nominatim Xenophon, πάντα τὰ χαλεπὰ ἀνεῖπεν: vt docui in iis quę editioni meæ de hellenismis, qui ab aliis animaduersi non fuerant, præfixi. Iã verò & locus ille, lib. 2, *ita digerit omnia Calchas*, in dubium vocari possit, quod ad hanc lectionem attinet: quòd *omnia* etiam ibi ferri atque defendi posse videatur. Sed plura de hoc loco dici poterunt in iis quibus poetam hunc illustraturum me spero. Discat interim lector ex illo saltem altero loco, quanta cautione in emendandis scriptoribus opus sit, ne quę falsò nobis videtur esse inter aliquos locos in voce quapiã conuenientia, imponat.

Sic etiam mutatum fuit *discedere* in *discindere*, ex ignorantia, in loco illo, *-video medium discedere cœlum*, & alibi *adnauimus* in *aduenimus*. Sic *Centauro inuehitur magno*, pro *magna*: & vicissim *magne* in *magna* mutatum, hoc loco, *-tua magna voluntas Iupiter*. Quædam verò scripturæ quanuis itidem ab ignorantia inuectæ videri possint, eam tamen autoritatem tandem sunt ob exemplarium quorundam consensum adeptæ, vt iam multorum suffragiis cum veris certent.

Cæterùm lectiones illæ ex earum genere sunt quæ nõ quantitati syllabicæ (vt aliquot antea commemoratæ) sed ipsi Latinitati iniuriam faciũt. Nec verò quæ illis addantur desunt. Talis enim est ista, AEn. 1, pag. 113, *patriámque excedere suadet*, pro *patriáque excedere*. vt ipsemet dicit, *--regnis excessit auitis*. Item, *Excessere omnes adytis*: &, *Excedere pugna*: &, *scelerata excedere terra*. At Excedere cum accusatiuo alium vsum habet.

Talis etiam est hæc, Georg. III,

Quo minor est illis curæ mortalis egestas,

loco huius,

Quo minus est illis curæ mortalis egestas.

Quocũque enim te vertas, quomodo Latinitate salua admittere possis lectionem illam, *Quo minor*, non inuenies: nisi fortè ad duram hypallagen confugere velis: vt dictũ sit, Quo minor curæ est illis egestas, pro Quo minor cura est illis egestatis. Quid dico duram? immo durissimã: nec durissimam tantùm, sed simul etiam ineptissimam. At legendo *Quo minus*, lectionem & loco & Latinæ linguæ conuenientissimam habemus. Omni studio (inquit) glaciem & ventos ab illis auertes: & quidem eo studiosius ac diligentius id facies, quo minus ipsis curæ est egestas mortalis. Id est, quo minus illas vides solicitas esse de comparandis præsidiis & auxiliis quibus eget quicquid mortale est. Sed quanuis huic lectioni mecum assentiri sint quicunque hæc legerint, omnes tamen propemodum editiones altera illa inuasit. Manutianæ quidem certè omnes illam habent: & (quod magis mirum est) apud Seruium etiam extat. Denique is Belga cuius à me in epistola ad lectorem facta fuit mentio, nusquam alteram illam scripturã legisse videtur: quippe qui eius autorem me faciat.

Alio modo aduersus Latini sermonis consuetudinem peccat ista lectio libro AEn. secundo,

Fando aliquid si fortè tuas permenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria.

Dicunt enim Latini, Fando accepi, vel audiui: & Fando auditum: at non, Fando aliquid. Multo autem minus dicere possumus, Aliquid nomen. Ideóque minimè dubiũ est quin alteram sequi scripturam oporteat, *aliquod*. Si fortè (inquit) fando est auditum à te aliquod Palamedis nomen. Et tamen aduersus lectionem hanc coniurasse videntur omnes editiones, ne Pierio quidem vllam eius mentionem faciente. Ac (ne quid dissimulem) meã priorem editionem illius suæ coniurationis participem tam multæ illa priores fecerant.

Verùm multo plures lectiones occurrũt quæ alio no-

mine sunt reiiciendæ: ac potissimum quòd sensum loco minimè aptum, aut certè non tam aptum, efficiant. Sed exemplum afferam vnius quæ quum prima fronte nihilo minus quàm altera conuenire loco videatur, (à qua alioqui discrimine etiam minimo scripturæ dissidet) tamen ab eo aliena est. Legimus enim Georg. lib. 1,

Sol quoque, & exoriens, & quum se condet in vndas,
Signa dabit. Solem certissima signa sequentur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.

Altera lectio est, *Solem certissima signa sequuntur.* Alicuiusne momenti (dices) hæc differentia esse potest? Est certè. nã si *sequentur* leges, videbitur (primo aspectu) hemistichium posterius esse quodammodo repetitio illorũ verborum, *Sol tibi signa dabit.* Et tamen non aliter intelligi Virgilius istud hemistichium voluit, quàm si dixisset, Sol tibi signa dabit. Solem enim certissima signa sequi solent. Sic etiam paulo pòst, his verbis *Sol tibi signa dabit*, subiungit non verbum quod sit itidem futuri temporis, sed ea quæ idem valent acsi diceret, Sol enim verax est in suis indiciis.

Sic autem & paulo pòst duæ sunt diuersæ lectiones similes præcedentibus: id est, quarum vna, præsens, altera, futurum tempus habet:

Heu malè tum mites defendit pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Verùm hìc non tam necessarium est præsens tempus *defendit*, vt non possit & futurum *defendet* locum habere: sic tamen vt fatendum sit, cum futuro *defendet* aptius futurum fuisse *saliet*.

Ne hoc quidem satis Latinum puto, *dictu affabilis*: quod habet tamen & multorum librorum & quorundam etiã doctorum virorum assensum, in isto libri tertij versu,

Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.

Atqui *effabilis*, non *affabilis*, talem adiunctionem admittit. Adde quòd sensus melius procedit. Tam monstroso (inquit) & horrendo est vultu, vt vix quisquam eum vel intueri sustineat: & si fuerit intuitus, ne dicere quidem & effari possit quantus sit eius horror. Multo autem plus hoc est, quàm si diceret neminem eum affari audere. Et verò, quum maior etiam requiratur audacia ad compellãdum

quàm ad intuendum: (in multos enim coniicere oculos audemus, quos non item affari ausimus) potius præpositurus fuisse videtur *affabilis* (si eo vti voluisset) quàm postpositurus: & dicturus, talis vt nemo eum affari, ac ne oculos quidem in illum attollere sustineat.

Vereor ne ille etiam locus, *damnabis tu quoque votis*, non tam placere Latinitati possit quàm si scriptum esset *voti*: vt alibi legitur, *voti reus*. Hanc autem literam s in aliarũ etiam vocum finem irrepsisse scimus: quarum vna est *ventos*, in illo loco,

Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

Constat enim scribendum esse *vento*.

IAM verò siquis ad eas lectiones veniat quæ alicui editioni typographicæ aut paucis quibusdam sunt peculiares, miram & in illis nouitatem earum inueniet: quarum nonnullæ suspensum lectorem tenere possunt, qui ex errore ortas esse non deprehendet. Nam vt de illo *omnia* taceam, toties & in tot editionibus (vt docui) pro *omina* posito, legimus in quibusdam ex editionibus recentioribus *cœli nobilis humor*, pro *mobilis*: sicut in Horatium *nobilium Quiritium* pro *mobilium* ignorantia intruserat. Atque vt apud hunc *poscet* pro *pascet*, Epist. 18, l. 1, *nummos alienos poscet*: ita vicissim *pascere* pro *poscere* habent quædam editiones Virgilianæ, AEn. 7, *-hunc illum pascere fata*. Ita enim & in ea Antuerpiana quæ illud etiã *nobilis* habet. Quibus adiicere (si libet) potes, *vertimus* pro *verrimus*: & *excudit* pro *extudit*: necnon *Pro te pauca loquar*: quum vera lectio sit, *Pro re pauca loquar*. & (quod venia magis dignum quàm cætera videri possit) *aruo* pro *eruo*.

AD interpũctiones autem quod attinet, quantum sibi quidam in iis permiserint, & quàm variè in illis luserint: quantas nonnulli tenebras locis alioqui clarissimis offuderint, vix credi possit. Cuius rei exemplum in ipso AEneidis limine habemus, vbi editiones quæ meam præcesserunt, post *vicina coegi*, ita interpungunt, vt etiam epithetum à suo nomine separent. Sed de his aliâs, quum etiam quæ præterea in hoc lectionum delectu spectanda sint adiiciam.

HOC vnum addo, nõ esse quòd tibi hac in editione à coniecturalibus vllis lectionibus metuas. Tantum enim

abest vt id mihi permiserim, vt ne versuum quidem ordinem in quodam libri 10 loco mutare ausus sim: quanuis ei mutationi nemo reclamaturus esse videretur. Sed te monendum saltem de illa putaui. vide igitur annon versus 717 & 718, post 713 sint collocandi, vt non de Mezentio, sed de apro, dicantur: legendo omnes loci huius versus hoc ordine,

Ac v lut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper (multos V eſulus quem pinifer annos
Defendit, multósque palus Laurentia) ſylua
Paſtus arundinea poſtquam inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuit que ferox & inhorruit armos:
Nec cuiquam iracti propiús ve accedere virtus,
Sed iaculis tutísque procul clamoribus inſtant:
Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas:
Haud aliter, &c.

Non autem ita,

Sed iaculis tutísque procul clamoribus inſtant.
Haud aliter, iuſtæ quibus eſt Mezentius iræ,
Non vlli eſt animus ſtricto concurrere ferro,
Miſſilibus longè & vasto clamore laceſſunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.

Illo certè modo, non hoc, versus ordinãdo, desinet (meo quidem iudicio) hic locus esse vnus è duodecim difficillimis.

FINIS.

IN P. VIRG. MARONIS OPERA

præcipua rerum ac verborum INDEX.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

In hoc indice prior numerus librum, posterior versum: e, Eclogam: g, Georgica: æ, Æneidem significat. Fuit autem plerisque in locis auctus & recognitus: propter quos ignoscas velim cæteris quos in scholiis occupato recognoscere non vacauit.

A

Abaris interficitur, 9.æ.344
Abas torquus, 10.æ.170. Abâtem interficit Lausus, 10.æ.427
Abella oppidum, 7.æ.740
Abies, 2.g.68
Abiuratæ rapinæ, 8.æ.263
Abydus ostrifera, 1.g.207
Acanthis, quæ & carduelis à carduo dicitur, 3.g.338
Acanthus, 3.ec.45 2 g, 119. 4.g.123
Acca, Camillæ comes, 11 æ.820
Acerræ ciuitas, 2.g.225
Aceſtes rex, 5.æ.36
Acetes Euandri armiger, 11.æ.30
Achæmenides, vnus ſociorũ Vlyſſis, 3.æ.614.
Achates Æneæ comes, 1.æ.192
Acheron, 2.g.492. 5.æ.99. 6.æ.107.& 295. 7.æ.91. & 312.& 569. 11.æ.23.
Acherontis cymba, 6.æ.303
Achilles Priami regnorum euerſor, 12.æ.545.
Aclides tela, 7.æ.730
Acragas mons & ciuitas, 3.æ.703
Actiaci ludi, 3.æ.280
Ææa inſula Circes, 3.æ,386
Ægæon, gigas centimanus, 10.æ.565
Ægle Naias, 6.ec.20
Ægyptus, 4.g.291
Æmus mons Laconiæ, 2.g.488
Æneadum vrbs in Thracia, 3.æ.18
Æneæ fortitudo, 6.æ.403, item 10.æ.311.& alibi, Conſtantia, 4,æ.438. Iuſtitia, 1.æ.548.& 5.æ.347. Religio, 7.æ.135. Pietas in patrem, 2.æ.707. Pietas erga ſuos, 1.æ.184. Vrbs ædificata, 3.æ.17.& 132. Arma ei fabricata à Cyclopibus, 8.æ.445. Clypeus, 8.æ.447. Æneę ad Euandrum profectio & oratio, 8.æ.115.& 126. Æneæ monomachia cum Achille, 5.æ.807. cum Turno, 12.æ.710. Ab inimico laudatur, 11.æ.282. Æneas redire ad arma prohibitus ab vxore, 2.æ.674. in Helenã cõmotus, 2.æ.667. Hectori comparatur, 11.æ.288. patri viſa narrat 3.æ.179. Creuſam amiſſam requirit, 2.æ.738. claſſem reparat, 4.æ.396. inconſpicuus redditur, 1.æ.415. iuſſa parentis exequitur, 5.æ.749. Didoni profectionem fatetur, 4.æ.360. recedit à Didone, 4.æ.554. redit in Siciliam, 5.æ.32. ab Heleno conſilium petit, 3.æ.359. Ilium ædificandum deſignat. 5.æ.755. Cumas delatus 6.æ.3. Sibyllam accedit, 6.æ.10. infernum ingreditur, 6.æ.55. Italiam venit, 7.æ.112. Pallantem mortuum alloquitur, 11.æ.41. vulneratur, 12.æ.318. curatur à Venere. 12.æ.411. Latinorum vrbem oppugnat, 12.æ.574. Apollini collatus, 4.æ.143. ad Apollinem, 3.æ.85. ad oratores Latinorum, 11.æ.108. ad Turnũ, 12.æ.889. eiuſdem

sanguinis cum Euandro,8,æ.142. ad Andromachen & Helenum,3,æ. 319. Indiges à Ioue vocatus,12,æ. 794

Æneas Syluius, 6,æ.769
Æquicola, 7,æ.746
Æsculapius Phœbigena, 7,æ.773
Ætna cur Trinacria dicta, 3,æ.582
Ætnę descriptio, 3,æ.571
Æthon equus, 11,æ.89
Afer armentarius, 3,g.344
Afflictorum consolatio,1,æ.202. & 5, æ.709,& 6,æ.95
Aganippe, 10,ec.12
Agathyrsi picti, 4,æ.146
Agenoris vrbs, 1,æ.342
Agragas mons & ciuitas, 3,æ.703
Agriculturam negligi tempore belli 2,g.505
agriculture laus, 2,g.490
Agricolæ genio indulgent per hyemem, 2.g.523
Agrippa, 8,æ.682
Agrorum pestes, 1,g.181
Agyllina vrbs, 8,æ.479
Aiacis Oilei interitus, 1,æ.35
Alesus Agamemnonis filius,7,æ.724 eiusdem virtus & interitus, 10, æ. 411. Aliàs Halesus.
Alba,& eius origo, 3,æ.392
Albanus mons, 12,æ.134
Alcydes, 6,æ.801
Alcyones,3,g.338. Thetidi dilectæ, 1,g.399. serenitatis nuntiæ,ibidē.
Alecto furia,7,ae.325. Amatæ furorem immittit,346. in Calybem se transformat,7,æ.419. ad Turnum accedit,ibidem.
Allia,fluuius vbi Galli Romanos vicerunt, 7,æ.717
Alnus vbi nascatur, 2,g.110
Aloidæ gigantes, 6,æ.582
Alphea Pisa, 10,æ.179
Alpheus amnis Elidis, 3,æ.694
Aluearia quomodo facienda,& eorū castratio, 4,g.228
Amantium inconstantia, 10,ec.44
Amasenus fluuius Campaniæ, 7,æ. 683
Amastrus Hippotades, 11,æ.67
Amata furiis correpta, 7,æ.346 Turno pacem dissuadet, 12,æ.54 laqueo vitam finit, 12.æ.603
Ambarualia sacra, 1,g.345
Amellum flos, 4,g.271
Amicitię summę & perfectę exemplum Euryalus & Nisus, 9,æ.427
Amiternæ, 7,æ,710
Ammonis templum in Lydia, 4,æ. 198
Amor ex visu, 8,ec.41
amor amantem cruciat, 2, ec.68 & 4,æ.1
amor noxius est, 8,ec.47
amor est immoderatus, 2,ec.68
amor vincit omnia, 10,ec.69
amoris ortus,8,ec.43.eius sedes, oculi,1.æ.720. vis in Didone, 4,æ.3 amoris impatientis exemplum,2, æ.403
amor negligentes reddit, 4,æ.85
amore pereuntes vbi sint apud inferos, 6,æ.440
Amphrysius pastor, 3,g.2
Amphrysia vates, 6,æ,339
Amphion,poeta, 2,ec.24
Amsancti valles, 7,æ.565
Amyclæ,oppidum Laconiæ, 3,g.89.
Amyclę tacitę, 10,æ.564 Amyclæus canis, 3,g.345
Anna Didoni sorori nuptias suadet, 4,ae.30. ad Æneam mittitur, 4, æ.424
Anagnia diues, 7,æ.684
Anchemoli incestus cum nouerca,10, æ.389
Anchisę mortis contemptus, 2,æ. 634
Anchisæ statura, 8,æ.162. obitus apud Drepanum, 3, æ.709. superstitiosa petitio, 2, æ. 690. sacrorum curam cur ei assignauerit prę cipuam Virg.3,ae.525.& 2,ae.717. stantis in puppi votum.ibidem.
Anchises propter concubitum Veneris fulmine tactus est, 2,æ.648. ex incendio liberatur, 2, æ.705. Æneę in somnis apparet, 5,æ.722.

apud inferos alloquitur Æneã filium,6,ae.687. oraculum Phœbi falsò interpretatur, 3,ae.103
Ancile, 7,ae.188.& 8,ae.664
Ancus Martius, quartus Romanorũ rex,Numę ex filio nepos, 6,ae.815
Androgei cędes, 2,ae.370
Andromache Hectoris vxor, 3,ae.309 Andromache Æneam excipit,3,ae. 345. Andromaches munera, 3,ae. 482. Andromache barbarorũ morem in cremãdis cadaueribus obseruat, 3,ae.302
Angitię nemus, 7,ae.759
Anguis cęleste signum, 1,g.105
Anien fluuius, 4,g.369.& 7,ae.683
Anij regis & sacerdotis hospitalitas & amicitia, 3,ae.80
Anima diuina, 6,ae.730
Anima corpore vt carcere premitur, 6,ae.732
animarum ad superos reditus in alia atque alia corpora, 6,ae.713
Animalium pestis, 3,g.440
Animus plebis in tyrannum, 1,ae.365 animi maligni signa, 2,ae.671
Antandrus, 3,ae.6
Antennę turrigerę, 7,ae.631
Antenor Patauinę vrbis conditor, 1, ae.246 Antenoridę tres, 6,ae.484
Anteus, 1,ae.185,& 514
Anthoris cędes, 10,ae.778
Antonij contra Augustum Cęsarem pugna naualis apud Actium, 8,ae. 675 Antonio deuicto Augustus Cęsar Actiacos ludos ad Actium in Apollinis honorem instituit,3,ae. 278
Antrum Cyclopis, 3,ae.617. Sibyllę, 6,ae.42
Anubis contra Neptunum,Venerem atque Mineruam, 8,ae.699
Annus,& eius partes, 2,g.320
Apenninus mons, 12,ae.703
Apes quomodo à frigore æstúque muniendæ, 4,g.33. quomodo domi detinendæ ne auolent, 4,g.106. Collatæ Cyclopibus, 4, g.179. ab Aristæo recuperatæ, 4,g.281. apibus amor habendi innatus,4,g. 177.amica,aduersa,4,g. 45. cibatur Iupiter infans, 4,g.149. apũ ortus,4, g.200. ætas,4,g. 184. disciplina,4,g.184. duo genera, 4,g.92. reges, 4,g.210. generatio ex putrido iuuenco,4,g. 308. opera,4,g.53. pugna & discordia,4,g.67. industria, 4, g.51. morbi & remedia, 4,g.251. examen in lauro Laurenti, 7,æ.64. ira,4, g.336.fortitudo, 4,g.167. amor erga fœtus,4,g. 55. natura, 4,g.38.
Apiarij locus, 4,g.8
Aphidnus interficitur, 9,æ.702
Apollo Thymbræus, 4,g.323. agrestis carminis amator,6,ec. 70. crinitus,9,æ.636.in Buten versus, 9, æ.647. Apollini sagitta & arcus attribuitur,9,æ.660
Aquarius, 3,g.304
Aqua altior terra, 3,æ.522
Aquatilia pestę corripiuntur,3,g.542
Aquila armiger Iouis, 5,æ.255
Aquilo,& eius impetus, 3,g.196
Aranea Mineruæ inuisa, 4,g.246
Araxes fluuius, 8,æ.728
Arbores non vbique crescere,2,g.109 arboris eiusdẽ varij fructus, 2,g.85 arborũ genera,singularúmq; variæ species,& varia procreatio,2, g.83. trãslatio,insitio,inoculatio, 2,g.73
Arbutus, 2,g.69
Arcades cantandi periti, 10,ec.31
Arcadum rex Euander, 8,æ.102
Archippus rex, 7,æ.753
Arcturi sidera, 1,g.204
Arctos, 1,g.138
Ardea ciuitas Rutulorum in Latio,7, ae.631
Ardea vrbs ædificata à Danae, 7,æ. 410
Arar fluuius Galliæ, 1,ec.63
Aræ in mari saxa, 1,æ.114
Arethusa nympha, 4,g.344.item 4, g.351

Argileti nemus, 8.ae.345
Argyripa vrbs, 11.ae.246
Ardor iuuenilis, 8.ae.163
Argus virginis custos, 7.ae.792
Aries qualis deligendus, 3 g.387
Arion inter delphinas, 8.ec.56
Aristæus Apollinis filius ad matrem Cyrenen, 4, g.321. in ædes maternas excipitur, 4, g.362
Aritia Hippolyti mater, 7.ae.762
Arpi vrbs, 11, ae.428
Aruns Camillæ occisor, 11, ae.759
Aruns ab Ope necatus. 11.ae.896
Ascanius, qui & Iulus, 1.ae.271
Ascanij fatum, ibidem, flamma caput eius circūdatū, 2, ae.682. dignitas, 3.ae.484. iaculandi peritia, & virtus, 7, ae.497
Ascanius fluuius, 3, g.270
Ascræus Hesiodus, 6, ec.70
Asilus, 3, g.147
Asius Imbrasides, 10, ae.123
Astrologia rusticonecessaria, 1.g.204
astrologiæ vsus, 3, ae.515
Astyanactes Hectoris filius, 3, ae.489
Asylas, dux Troianus, 12, ae.127.
auspex, 10, ae.175
Asylum, 8, ae, 342
Athesis fluuius, 9.ae.680
Athos mons in Epiro, 1, g.332
Atina, potens ciuitas, 7, ae.630
Atlas cælifer, 4, ae.247. & 481. & 6, ae.796
Atys 5, ae.568
Auaritia, 3, ae.56
Audentes fortuna iuuat, 10, ae.284
Auentinus Herculis filius, 7, ae.657
Auernus lacus, 4, g.493
Aues pesti obnoxiæ, 3, g.546
Augurium, 6, ae.201. & 12, ae.394
Augustus Cæsar, 6, ae.792. eius gesta & triumphi præcipui, 8, ae.678
Auiarium, 6, g.430
Auium post pluuiam concentus, 1.g. 422
Auleates Tyrrhenus, 12, ae.290
Aurea sæcula, 1, g.125. 2, g.538, & 8, ae. 319, & 324
Aurem vellere, 6, ec.3
Auricomi fœtus, 6, ae.141
Aurigæ properi circunstant, 12, æ.85
Auroræ descriptio, 3, ae 588
Aurunci, 7, ae.206. Auruncæ manus, 10, ae.353.
Ausonij, 2, g.385
Auster ventus, 5, ec.82
Automedon Achillis armiger, 2, ae. 477

B

Baccare frontem cingite, 7, ec.27
Baccatum monile 1, ae.6, 59
Bacchata Taygeta, 2, g.487
Bacchus amat colles, 2, g.113
Bactra, 2, g.138
Baiæ locus Campanię amœnissimus, 9, ae.710
Balsama, 2.g 119
Balteus Pallantis Turno mortis causa, 12, ae.945
Barce Sichæi nutrix, 4, ae.632
Bauius poeta, 3, æc.80
Batuli incolæ, 7, ae.739
Belides, 2, ae.82
Belli portæ, 7, ae.607
belli indicendi mos, ibidem
belli amor creuit maximè, 1, g.505
belli euentus varius, 10, ae.159
bello nulla salus, 11, ae.362
belli tempore agriculturam negligi, 1, g.505
bello pereuntium apud inferos locus, 6, ae.478
Bellona, 8, ae.703
Belus, 1, ae.734
Benacus lacus, 2.g.160
Berecynthiæ ad Iouē pro ratibus Æneæ oratio, 9, ae.82
Bianoris sepulchrum, 9.ec.60
Bithias, 9, ae.672. sternitur, 9, ae.703
Bithię & Pādari historia, ibidem
Bisaltæ, populus Macedoniæ, 3, g.461
Blatta lucifuga, 4, g.243
Boues qui optimi, 3, g.51
Brontes, vnus Cyclopum, 8, ae.425
Briareus centumgeminus, 6, ae.287
Britanni toto orbe diuisi, 1, ec.65
Brutus vltor, 6, ae.818

Bubo, lethalis auis, 4, ae. 462
Bufo, 1, g. 184
Buthrotum vrbs, 3, ae. 293
Buſiridis aræ, 2. g 5
Butes interficitur, 11, ae. 690
Buxus, 2, g. 434

C

Caci fabula, 8, ae. 193
Cacus interficitur, 8, ae. 259
Cadauerum combuſtio, 11, ae. 203
cadauerum cremandorum ritus, 6, ae. 212
Caducei deſcriptio, 4, ae. 242
Cæculus Prꝑneſte fundauit, 7, ae. 678 & 10, ae. 544
Cæ iuuenci, 1, g. 14
Cædicus, 10, ae. 747
Cæneus à Turno occiditur, 10, ae. 573
Ex iuuene in fœminam, 6, ae. 448
Cęſaris imperium, 2. g 170
Cęſaris de Antonio triumphus, 8, ae. 714
Cęſtus certamen, 5. ae. 365
Caicus fluuius, 4, g. 370
Caieta Æneę nutrix, 7, ae. 2
portus, ibidem
Calchas vates, 2, ae. 100
Cales, 7, ae 728
Calybe anus Iunonis, 7, ae. 419
Calydon, 7, ae. 306 & 11, 270
Camerina nunquam fatis conceſſa moueri, 3, ae. 701
Camertes, 10, ae. 562
Camilla Amazō, 11, ae. 648. ſtudia, 8, ae. 803, & 11, ae. 575. virtus, 11, ae. 499. ortus, 11, ae, 540. cur à Diana amata, 11, ae. 537. interit, 11, ae. 540
Camillus, 6. ae. 825
Camilli magni, 2, g, 169
Campanię vrbis nomen à Capy, 10, ae. 145
Campanię vrbes, 7, ae. 695
Canes Taygeti, 3, g. 44. alendi à ruſtico, 3, g. 404
Canis, cęleſte ſignum, 1, g 218
ęſtifer, 2, 353
Canopus vrbs Ægypti ab Alexãdro Pelleo condita, 4, g. 287
Canum cura, 3, g 404
Capeni luci, 7, ae. 697
Caper ſacer Baccho, 2, g 395
Caphareus vltor Troianorum, 11, ae. 260
Capitolium, 8, ae. 347
Caprę quomodo ſint alendę. 3, g. 300
Capua Campanię metropolis, 2, g. 224
Capys Albę rex 6, ae. 768
ab eo Campanę vrbis nomen 10, ae. 145
Cares populi, 8, ae. 725
Carix herba paluſtris, 3, g. 230
Carmenta vates, 8, ae. 336
Carmentalis porta Romæ, 8, ae. 338
Carpathium mare inter Ægyptum & Rhodon, 5, ae. 595
Carthaginis origo, 1, ae. 345. extructio, 1, ae. 427
Carthago, Tyriorũ colonia 1, ae. 345
Iunoni grata, 1, ae. 19. Romanis exoſa, 1, ae. 17
Caſeus 1, ec. 35
Caſia 2, ec. 49, & 2. g. 213, & 4. g. 304
Caſmilla Camillę mater, 11. ae, 543
Caſperię incolę, 7. ae. 712
Caſſandra vates 2. ae. 346. rapta, 2. ae. 404 Caſſandrę vaticinium, 3, ae. 183
Caſtaneę 2, g 15
Catilina 8, ae. 668
Catillus 7, ae. 672
Cato 6, ae. 841, & 8. ae, 670
Cauſas rerum qui nouit, felix eſt. 2. g. 490
Cayſter fluuius 1, g. 384
Celęno, 3, ae. 245
eiuſdem vaticinium dirum, ibidē.
Celennę arua, 7, ae. 739
Centaurea graueolentia, 4, ae. 270
Centaurorum apud inferos locus, 6, ae. 286
Centauri à Lapithis victi, 2, g. 456
Centaurus nauis, 5. ae. 157
Ceraſus, 2, g. 18
Ceraunia, 3, ae. 506
Cerberus, 4, g 483
ab Hercule vinctus, 6, ae. 395

Ceres colenda rusticis, 1, g. 339. agriculturam docuit, 1, g. 147
Ceruus belli causa inter Tyrrhenos & Ttoianos, 7, æ. 483
ceruos iaculatur Æneas, 1, æ. 192
Cerynthe herba, vel cęrinthe, 4, g. 63
Cetra scutum Hispanicum, 7, æ. 737
Chaonia vnde, 3, æ. 334. Heleno cessit, ibidem.
Chaonius portus, 3, æ. 293
Chaos, 6, æ. 265
Charontis inferni portitoris descriptio, 4, g. 502, & 6, æ. 298
Charybdis, 3, æ. 420, & 558
Chelydri anguis descriptio, 3, g. 425
Chelę, 1, g. 33
Chimęra, 6, æ. 288. & 7, æ. 785. nauis 5, æ. 223
Chiron Phillyræ & Saturni filius, 3, g. 550
Chloreus Cybeles sacerdos, 11, æ. 768
Chorœbus Cassandræ sponsus, 2, æ. 341. eius inconsultum consilium & interitus, 2, æ. 386
Chorineus, 6, æ. 228. sternitur, 9, æ. 572
Chromis, 6, ec. 13, & 11, æ. 675
Cicada 3, g. 328
Cicones populi ad Hebrum fluuium 4, g. 520
Cinna poeta, 9, ec. 35
Cinyphij hirci, 3, g. 312
Circe Solis filia, 8, ec. 70. eius fabula. 7, æ. 10
Cisseidis (id est Hecubę) somnium, 7, æ. 320
Cisseus gigas, 5, æ. 537
Cithæron, 3, g. 43, & 4, æ. 303
Clanius fluuius, non æquus Acerris, 2, g. 225
Clarius Apollo, 3, æ. 360
Clarus, 10, æ. 126
Clausus, à quo Claudia gẽs & tribus, 7, æ. 708. & 10, æ 345
Cleopatrę fuga, 8, æ. 707
Cleio vna Musarum, 4, g. 341
Clitumnus, 2, g. 146
Cloanthus, 5, æ. 122, & 152, & 225
Clœlia, 8, æ. 651
Clonius occiditur à Turno, 9, æ. 574
Clymene nympha, 4, g. 345
Clypei Æneę rubor & artificiosa sculptura, 8, æ. 625
Cnossus vrbs Cretæ, 3, æ. 115
Cocles Rom. 8, æ. 650
Cocytus fluuius, 3, g. 38
Codrus, 5, ec. 11, & 7, 26
Cœus gigas, Terræ filius, 1, g. 279, & 4, æ 170
Columba suspensa è malo, sagittis petitur, 5, æ. 487
columbę Veneri dicatę, Æneę ad aureum ramum duces, 6, æ. 190
Cometa, 10. æ. 272
Coniugalis amoris exemplum, 2, æ. 745
Conon, 3, ec. 40
Constantem virum blanda non mouent, 3, g. 520
Coras, 7, æ. 672. & 11, æ. 465
Cornix tempestatis nuntia 1, g. 388
Cornus bona bello, 2, g. 447
Corinthus triumphata, 6, æ. 836
Corui nuntij serenitatis, 1, g. 410
Coritus, 3, æ. 170, & 7, æ. 209. & 9, æ. 10, & 10, æ. 719
Corulus, 5, ec. 3. & 21, & 7, ec. 63, & 3, g. 65, & 299
Corydon, 2, ec. 1
Cosa ciuitas, 10, æ 168
Cossus, 6, ae. 841
Cremona ciuitas Italiæ, 9, ec. 28
Crepusculum, 4, æ. 580
Creta, 3, æ. 129
Cretes, 4, æ. 146
Creteus poeta Musis amicus, 9, æ. 774. occisus, 12, æ. 538
Creusa amissa, eiúsque simulachrum Æneę visum 2, æ. 737, & 772
Crinisus fluuius Aceste regis pater, 5, æ. 38
Crocus rubens, 4, g. 182
Crustumeri, 7, æ. 631
Cumas delatus Æneas, 6. æ. 2
Cumęa Sibylla, 6, æ. 98
Cupauo, 10, æ. 186
Cupidinis origo, potentia, 1, æ 660. in Ascanium versus. 1, æ. 694

Cupressus,atra, 3,ae.64
Curetibus custoditus Iuppiter infans 4,g 150
Currus inuentus ab Erichthomo,3,g. 113.habenas non audit, 1,g.514
Cursus certamen, 5,ae.290
Cyclades, 3,æ.137
Cyclopum labores,8,ae. 424, statura violentiáque, 3,ae.641
Cycni & Phaethontis fabula, 10,ae. 185
Cycnus dux,ibidem. Auis, 7,æ.699
Cyllarus equus, 3,g.90
Cymini lacus cum monte, 7,ae.697
Cymodoce vel Cymodocea nympha, 4,g 338. & 5,ae. 826 item 10,225
Cymothoe nympha, 1,ae.148
Cynthius Troiæ autor, 3,g 36
Cyparissus Idea, 2,g.84
Cyrene nympha, 4,g.321.& 375
Cyprus opima, 1,ae.625
Cythera,insula Veneri sacra,10,ae.51
Cytisus, 2,g.431.& 3,g 394
Cytorus mons, 2,g.437

D

Daę in comiti, 8,ae.728
Dacus, 2,g.497
Dædali fabula, 6,ae.14
Damas canibus venari, 3,g.410
Damon & eius querela, 8,ec.16
Danaides maritos iugularunt, 10,ae. 497
Danae Ardeæ ędificatrix, 7,ae.410
Daphnidis mors & epitaphiũ,5,ec.20
Dardanus Latinus,7,ae.207. Ilij autor,8,ae.354.ex Corintho in Phrygiam profectus, 7,ae.209
Dares contra Entellum, 5,ae.417. eiusdem stolida ferocia, 5,ae.369
Decij, 6,ae.824
Defruta, 4,g.269
Deiopeia nympha, 1,ae.76
Deiphobe Phœbi Triuięque sacerdos, 6,ae.30
Deiphobus maritus Helenę post obitum Paridis, 6,ae.520
Deiphobi & Æneę apud inferos colloquium, 6,ae.500
Deli descriptio, 3,ae,73
Delos,3 g.6. immota,3,ae.75
Demophoon, 11,ae.675
Deorum iuramentum,9,ae.104. auxilium,2,ae.591.& 12,ae. 415. negatum auxilium, 12, ae. 800. concilium, 10,ae.2
Desiderantis animi descriptio, 2,ae. 281
Deus,omnium autor & principium, 3,ec.56.& 4,g.221.& 6,ae.724.gubernat omnia, 8,ec.35. honorandus est,1,g.338. cor hominum mutat,1,ae.306.timendus,1.ae.546.an sua cuique Deus fit dira cupido? 9 ae.185
Dianę forma, 1,ae.502. tergeminę virginis ora, 4,ae 511
Dictamnus herba, 12,ae.412
Dido regis officium exequitur, 1,ae. 508. eius humanitas, 1,ae.573. hospitalitas, 1,ae.631. insanus amor,4,ae.68 & 300. eius formam comparatione explicat,1,ae.500 coniugium cũ Ænea,4,ae.165.oratio ad Æneam ne se deserat, 4,ae. 314. imprecatio in Æneam, 4,ae. 608. animus amore fluctuans, 4, ae.86. conuentus cum Ænea apud inferos,6,ae.450. Dianę collata, 1,ae.502
Diei ortus descriptio, 2,ae.801. & 3, ae. 588. & 520, & 4, ae. 129. & 12, ae 77
dierum discrimina, 1.g.208
Diomedes,11,ae.243, Venerem vulnerat,11,ae.277. eius equi, 1, ae. 756.Diomedeę aues, 11,ae.272
Diores Troianus, 5,ae,345
Dioxippus occiditur à Turno, 9,ae. 574
Dirę, 12,ae.845.ad Iouis solium perpetuò duę,ibidem.ex Nocte satę, ibidem.
Discordia, 1,ec.71. eius sedes apud inferos, 6,ae.280
Diuitum studia, 2,g.504
Dolon, 12,ae,547
Dolones, 7,ae.664
Dolopes,populi Thessalię, qui cum

Pyrrho Troiam venerunt, 2,ae.7 & 785
Dona inimicorũ ſuſpecta & inauſpicata, 2,ae.49
Donyſa inſula, 3,ae.125
Doriclus Iſmarius, 5,ae.620
Doto Nereia, 9,ae.102
Drances, 11,ae.122. melior lingua quàm dextera, 11,ae.338
Drepanum, 3,ae.707
Dryopes, 10,ae.346. populi in Epiro, 4,ae.146
Dryades nymphæ ſyluarum, 3,g.40
Druſi, 6,ae.824
Ducis officium, 6,ae.852
duces qui ad Thebas occubuere, 6,a e.480
ducum Æneæ catalogus, 10,ae.166.
Turni, 7,ae.547
Dulichium, 3,ae.271
Dymas, 2,ae.340.& 428

E

Ebenum nigrum ſola India fert, 2,g.116
Ebrietatis mala, 2,g.455. vino ſomnóque ſepulti occiduntur, 2,ae.265.& 9,ae.316
Ebuſus occiditur, 12,ae.299
Echo, 5,ae.149
Eclipſes, 2,g.478
Ederę nigræ, 2,g.258. pallentes, 4,g.124
Egeria nympha, 7,ae.775
Electra Atlantis filia, 9,ae.136
Eleuſinæ matris plauſtra, 1,g.163
Elis vrbs, 3,ae.694,& 6,ae.588
Eloquentiæ fructus, 1,ae.156
Elorus fluuius, 3,ae.698
Elyſii campi, 6,ae.677.& 744
Emathia, ſeu Philippi campi, 1,g.492
Enceladus gigas, 3,ae.578
Enipeus Theſſaliæ fluuius, 4,g.368
Enthuſiaſmi deſcriptio, 6,ae.43
Entelli & Daretis certamen, 5,ae.435
modeſtia obſeruanda, 5,ae.395
Epeus equi Troiani fabricator, 2,ae.264
Epirum adnauigat Æneas, 3, ae. 292
Ephyre, 4,g.343
ephyreium æs, 2,g.464
Epidaurus domitrix equorũ, 3,g.44
Epulo obtruncatur ab Achate, 12,ae.459
Epytides, 5,ae.547.& 5,ae.579
Equeſtre certamen puerorũ, 5,ae.345
Equę Zephyro grauidæ, 3,g.275
Equi caput inuentũ vbi Carthago, 1,ae.448
Equitandi autores Lapithæ, 3,g 115
equi admiſſarij, 3.g.73. forma & indoles, 3,g 75, vſus, 3, g. 160. educatio & libido, ibidem morbus, 3,g.498. cura, 3,g.73. omen exequis captum, 3,æ.537.
equos à Venere eſſe arcendos, 3,g.209
equus ligneus, qui erat inſtar montis, 2,ae.15
Erato Muſa, 7,ae.37
Erebus, 4,ae.110. & 6,ae.671
Erichthonius currus inuẽtor, 3, g 113
Eridanus fluuius, 1,g.82.& 4,g.372
Erigone, 1,g.33
Erinnys triſtis, 2 ae.337
Eriphyle mœſta, 6,ae.445
Erymanthus & Ida, ſyluarum nomina, 5,ae.448
Eryx, 1,ae.574.& 5,ae.420.& 483
Etruriæ incrementum, 2,ae.534
Euadne, 6,ae.447
Euander Romanæ cõditor arcis, 8.æ. 313. contra Latinum, 8,ae.55. ad Æneam, 8,ae.154.& 185.& 560. eius fortitudo, 8,ae,563. affectus erga Pallantem, ibidem. Luctus ob Pallantem filium, 11,ae.139.& 169
Euantes Phrygius, 10,ae.702
Eumedes occiſus à Turno, 12,ae.346
Eunæus, 11,ae.660
Euphrates fluuius, 1,g.509.& 8,ae.726
Eurotas fluuius, 1,ae.502
Eurus, 3,g.277
Euryalus Troianorum pulcherrimus, 9,ae.179. Euryali virtus pulchro in corpore veniens, 5,ae.344. In Euryalo & Niſo ſummæ & perfe-

ctæ amicitiæ exemplum, 9,ae.182 & deinceps. eorum capita haſtis præfixa,9,ae.465. Euryalus curſu victor,5,ae.337. erga matrem pietas,9,ae.284. matris lamentatio ob interitum Euryali, 9,ae.480
Eurydices & Orphei fabula,4,g.487
icta & ab inferis reducta, 4,g.486
Eurypylus augur, 2,ae.114
Euryſtheus durus,
Eurythion ſagittādi peritus,5,æ 514. & 540

F

Fabaris Italiæ fluuius, 7,ae.715
Fabarum ſatio, 1,g.215
Fabius Maximus, 6,ae.844
Fabricius paruo potens, ibidem.
Facere vitula,pro ſacrificare,3,ec.67
Fadus ab Euryalo occiditur,9,ae.334
Faliſci populi Campaniæ, 7,ae.695
Famæ deſcriptio,4,ae 173 conſcia,10, ae. 679. omnia deprauat & exaggerat, 4,ae 188
Fames Troianorū obſcœna, 3,ae.367
Fatalis Æneas, 11,ae 232
Fatum, 8,ae 304. & 10,ae.501. & 11, ae.587
Fati neceſſitas, 4,ae.340.& 6,ae.376
Fauni indigenæ, 8,ae.314
Faunus fatidicus,7, ae. 81. eius oracula & reſponſa,ibidem,& 102
Febris indicium in ouibus, 3,g.440
Felle atro exarſerat dolor, 8.ae.220
Ferocientis pulchra deſcriptio, 2,ae. 469.& 10,ae.453
Feronia Dea nemoris & ſyluarum,7, ae.800
Ferrea progenies, 2,g 341
Feſcenninæ acies, 7,ae. 695
Fidenæ vrbs Latinorum, 6,ae.773
Fides nuſquam tuta, 4,ae.373
Fimo pingui ſpargenda virgulta,2,g. 346
Flammæ augurii in vertice Lauinię, 7,ae.73.Iuli,2,ae.682
Flauinia arua, 7,ae.696
Fluuiorum variorum ortus, 4.g 368
Fodiendū ſingulis menſibus, 2,g.354
Fœderum feriendorū ritus, 8,ae.640
Fœdus violatum, 12,ae.495
Formica ſenectæ metuens, 1,g.186
tempeſtatis nuntia,1,g.380. ſedula ac prouida, 4,ae. 403
Fortitudo vera maledicta nō regerit 10,ae.585
Fortuna, 9.ec.5
fortunæ vis, 8,ae 334.& 11,ae.427
Fortunatorum apud inferos locus,6, ae. 639
Foruli, 7,ae.714
Forum inſanum, 2,g.502
Fratrum ſimilitudo indiſcreta etiam parentibus, 10,ae.391
Fraxinus,arboris genus, 2,g.66
Frumentis quæ terra optima,& quomodo frangatur, 2,g.195
Fucus,inſecti genus, 4,g.168.& 244
Fucinus lacus, 7,ae.759
Fulgura cælo ſereno, 1.g 488
fulgur à Venere, 8,ae.523
Fulminis fabricatores. 8.ae.427
Funebris pompa,11,ae.72. funebris ludus, 11,ae 183
Funerum expiandorum ritus, 11,ae. 185
Furia immittit curam, 7.ae.346
Furor arma miniſtrat, 1,ae.154.& 7, ae.505

G

Gabij Volſcorum vrbs, 6,ae,773
Gabinæ Iunonis arua, 7,ae.682
Galeſus fluuius,4,g.126. eſt etiam cuiuſdam Itali nomen, 7,ae.535
Galli poetæ laus, 6. ec. 64. amor, 10,ec.6
Galli, 8.ae.656
Gangaridæ populi iuxta Gangem fluuium, 3,g.27
Ganges, 2,g 137
Ganymedes raptus, 1,ae.32
Garganus, 11,ae 247
Gargara, 1,g.103.& 3,g.269
Garamantes extremi, 8,ec.44
Garamantis nympha,Iarbę mater,4, ae.198
Gaza pro opibus, Perſica vox, 1, ae. 123

Gala fluuius,& ciuitas, 3,æ.700
Galoi campi ibidem
Geloni picti,2,g.115. acres,3,g 461. sagittiferi, 8.æ.725
Genistę lentę, 2,g 12
Genium loci precari, 6,æ.136
Geryon tergeminus, 8,æ 20
Gigantum apud inferos pœna, 6,ae. 580
Glaucus Troianus ,6,æ.36. ab equis laceratus,3,g.267.Deus marinus,1, g.437 eius chorus,5.æ.823
Glebæ rastris frangendæ, 1,g.94
Gliscit accenso violentia Turno, 12, ae.9
Gloria noua in armis multum potest 11,æ.154
glorię affectatæ exemplum, 10,æ. 449
Gorgones, 6,æ.289
Gorytus,pharetra, 10,æ.169
Gracchi, 6,æ.842
Greci dijs adiuti in euertenda Troia, 2,æ. 602.Grecorum duces, 2,æ. 260
Grandinis signa, 1,g 441
Grauisca vrbs, 10,æ.184
Grues tempestatis nuntiæ, 1,g.375 Strymoniæ, 10,æ.265
Grynæus Apollo, 4,æ.345
Gryneum nemus, 6,ee.72
Gyarus insula, 3,æ.76
Gyas Troianus,5,æ.185, & 10,æ. 318
Gylippi Tyrrheni noue filij,12,æ.272

H

Hęmon Mauortius, 9,æ.685
Hamadryades nymphæ syluarum,10 ec.62
Harpalycus, 11,æ.675
Harpyiarum fabula,3,ae.211. earum apud inferos locus, 6,æ.289
Hasta Æneæ, 2,æ,772
Hebrus Dolichaonis proles, 10,æ. 796.fluuius,10,ec.65,& 4.g.524
Hecate cælo Erebóque potens, 6,æ. 242,tergemina.4,æ 511
Hectoris corpus patri venditur, 1,æ. 488
Hector Æneæ in somnis apparet, 2, æ.270
Hecuba mariti consilium improbat, 2, ae. 518. eiusdem ad aras fuga, 2, ae.515. centum nurus, 2,æ 500 somnium,10,æ.704
Helena Ledæa, 7,æ.364. eiusdem in maritum Deiphobum perfidia, 6. ae.511
Helenis hospitalitas & varicinium,3, ae.345.munera, 3 ae.464. idem vates & rex Chaonię, 3,æ.359
Helenor seruę filius furtim ad bellū Troianum missus cæditur,9,æ 544
Herculis imperium,sacerdotes, 8, æ. 270. sacra, 8, ae. 102, labores,6, ae.802
Hercules Cerberū rapit, 6. ae.305 Cacum interficit, 8,æ.258
Herilo regi tres animæ,8,ae.563
occisus ab Euandro, ibidem
Herminius, 11,ae.642
Hermione Ledęa, 3,ae.328
Hermus fluuius auro turbidus, 2,g 137
Hesione Priami soror, 8,æ.157
Hesperia quę dicta fuit Italia, 1,ae. 535,& 3,ae.162
Hiera nympha syluestris, 9,æ.673
Himella fluuius Italię, 7,æ.714
Hippodame, 3,g.7
Hippolytus vitæ restitutus, 7,ae.765
Hippolyte Amazonum regina, 11,æ. 661
Hippomanes virus, 3,g.280
Hirundo garrula, 4,ae.307. tempestatis nuntia, 1,g 377
Hominum miseria, 3, g.66
Homole vel Omole mons Thessalię, 7,ae.675
Honor immortalis,5,ec.65.& 1,ae.611
Hortinæ classes, 7,ae,716
Horti commoda, 4,g.118
Hospitalitatis exemplum, 3,ae.80 ius,7,ae.202.hospitalitatis ius vio latum, 3,ae.50
Hostiæ vitta circundabantur,8.ec.64
Hostium contemptus male cessit, 9, ae.314

Hyacinthus ferrugineus, 4,æ.183
Hydaſpes fluuius, 4,g.211. & 10,æ. 747
Hyadas nautæ obſeruant, 3,æ.516
Hydrus, 2,g.141
Hylas, 3,g.6
Hylax canis, 8,ec.107
Hylęus centaurus, 2,g.457,& 8,æ. 294
Hymmetus, 7,æ.763
Hypanis fluuius, 4,g.370
Hyperboreus ſeptemtrio, 3,g.381
Hyrtacus,Niſi pater, 9,æ.406

I

Ianiculum,oppidum à Iano conditũ, 8,æ.355
Ianus bifrons,12,ae.198. cuſtos limine non abſcedens, 7,æ.610
Iapetus Terręfilius, 1,g.279
Iapis Medicus, 12,æ.391
Iarbæ de repulſa Didonis querentis ad Iouem oratio, 4,æ.205
Iaſpide fulua ſtellatus enſis, 4,æ.261
Icarus Dædali filius, 6,æ.30
Ida,mons Phrygiæ,2,æ.800. Cretęa, 12,æ.412
Idæus mons,Idęum nemus, 3,æ.105
Idalium Veneri ſacrum, 10,æ.52
Idas, 9,æ.575
Idmon Turni nuntius, 12,æ.75
Idomeneus Lyctius Salentinos occupat, 3,æ.401
Idumęa Syrię pars, 3,g.12
Ignis ſacer,3,g.557.ignis æternus,quo Veſta colebatur, 2,æ.297
portentum regium, 2,æ.682
Ilia,Romuli & Remi mater,6,æ.778
Ilij autor Dardanus, 8,æ.134
Ilione Priami filia, 1,æ.657
Ilioneus Troianorũ orator ad Didonem, 1,æ.525, ad Latinum,7,æ. 112
Ilium in Italiam fertur, 1,æ.72
Ilua inſula, 10,æ.172
Impietatis & tyrannidis exemplum, 1,æ.353
impietas hoſpitalitatis iura ſoluit, 3,æ.50
Inachus fluuius, 7,æ.792
Inachia iuuenca, 3,g.15
Indi,2,g.138.imbelles, 2,g.172
Infantum locus apud inferos, 6,æ. 427
Inferni portæ,6,æ.560. vię duæ, 6,æ. 540. cuſtos,6,æ.417
inferis diis ſacrificandi mos, 6,æ. 242
inferos qui acceſſerint,redierintq; ad ſuperos, 6,æ.119
Inhumatos non vehi à Charonte, 6, æ.325,& 374
Inimicorum dona ſuſpecta & inauſpicata, 2,æ.36
Inſtrumenta ruſtica, 1,g.160
Inſulæ ſub imperio Vlyſſis, 3,æ.273
Inſitionum diſcrimina, 2,g.50. deſcriptio, ibidem.
Intuba, 4,æ.120
Inui caſtrum, 6,æ.775
Inuidiæ vis, 1,æ.347
Iopas citharœdus, 1,æ.744
Ioui prædarum decimæ dabantur, 3, æ.223
Ioue loquente ſilentium, 10,æ.101
Iouis armiger,aquila, 9,æ.564
Iouis & Iunonis colloquium,10,æ. 606
ab Ioue principium, 3,ec.60
Iouis omnia plena, ibidem
Iphitus armis maximus, 2,æ.340
Ira & furor mentem præcipitant, 2, æ.316
ira vis ſuſcitatur, 5,æ.454
Irati natura, 9,æ.65
Iris,10,æ.38.Iunouis nũtia,9,æ. 2. Didoni vtam ſoluit,4,æ. 695, in Beroen mutata,Dorycli & Iſmarij cõiugem, 5,æ.620
Iſmarus,5,æ.620.& 10,æ.139. Iſmarus,mons Thracię,quem Orpheus incoluit, 2,g.37
Iſter,fluuius turbidus, 3,g.350
Italia vnde dicta, 1,æ.537.& 3,æ.165. quę & Heſperia, 1,æ.535.& 3,æ.163 Saturnia, 2,g.173
Italię antiquę deſcriptio, 1,æ.534. ſitus,3,æ.395.encomium & fertilitas,2,g.140

Italorum priſcorũ mores, 8,æ.348
Ithaca inſula, Vlyſſis patria, 3,æ.272 & 613. Vnde Ithacus dictus per cõ temptum, 2,æ.104
Ituræi arcus, 2,g.448
Itys, 9,æ.574
Iulius Cæſar, 6,æ.789. eius natiuitas prædicta, 1,æ.290. Bacchanaliũ Ro mæ autor 5, ec.70. eius cedes, & quę prodigia eam præceſſerũt, 1,g. 466. inter deos relatus, 5, ec.64. exclusit mare, ſolitũ irrũpere in Lucrinum lacum, 2,g.157
Iuno, Iouis ſoror & coniux, 1,ae.50 Pronuba, 4,æ.59. Saturnia, 1,ae.27 & 4,æ.92. Gabina, 7,æ. 682. ad Æolum ventorum regem, 1,æ.69. ad Venerem, 4,æ.90. ad Alecto, 7, æ.331. pro Turno rogat Iouem, 12, ae.808
Iunonis numẽ Æneæ præcipuè placandum, 3,ae.438. templum, 1,ae. 450. aſtus in Æneæ & Didonis nuptiis cõficiendis, 4,æ.90. oratio cõtra Venerem, 1,ae.62.
Iuno inferna, Proſerpina, 6,æ.138
Iupiter infãs à Curetibus cuſtoditus, 4,g.150. humanarum diuinarúmq; rerum curator, 1,æ.325. repertor, 12 æ.829. ſator, 1,æ.258. incenſas naues extinguit, 5,ae.693. xenios dictus, 1, æ,735. Auxuris armis præſidet, 7,æ. 799
Iuramentum in faciendo fœdere, 12, æ.175, & 195
Iuramentũ deorum, 6,ae.324, & 9, æ.104, & 10,æ.113
Iuturna nympha vitiata à Ioue, 12,æ. 141. Turno fœdus diſſuadet, 12,æ. 229. aurigæ officio fungitur, 12,æ. 468. gladium reddit fratri, 12,æ. 785. querela ad Turnũ, 12, ae.870. fugit, 12, ae.886
Iũs fabula, 8,ae.784
Ius hoſpitale, 7,æ.202
Ixion, 6,ae.600
Ixionei orbis rota, 4,g.484

L

Labat ianua arietc crebro, 2,æ.492
Labor improbus omnia vincit, 1,g. 145
Labyrinthus, 6,æ.27
Lac cõcretum cum ſanguine equino, 3,g.465.
Lacæna Helena, 6,ae.511
Lętitię ſignum, 7,ae.130
Laocoon ſacerdos Neptuni, 2,æ. 202. eius & liberorum interitus, 2, ae.213
Laomedontius heros, 8,ae.18
Laodamia, 6,ae.447
Lapis bibulus, 2,g 348
Lapithæ equitationis inuentores, 3, g.115
Lapitharum bellum, 7,ae.305, ſedes apud inferos, 6,æ.601
Larina virgo, 11,æ.655
Lariſſæus Achilles, 2,æ.197
Larius lacus, 2,g.159
Latagus, 10,æ.697
Latinorum aui, 7,æ.45. duces, 8,æ.5. in Troianos impetus, 9,æ.50. cædes, 9. æ.242, & 693
Latinus Fauni ex Marica filius, 7,ae. 47. regiæ eius deſcriptio, 7,æ.170 ſuadet pacem cum Ænea 7,ae.593. ad Troianos oratio, 7,ae.259
Latium vnde, 8,æ.322
Lauiniæ crines accenſi, 7,æ.73
Laurentum vnde, 7,ae.63
Laurus Parnaſſia, 2,g.18. Phœbo ſua laurea, 7,ec.62
Lauſus, 7,ae. 651. eiuſdem virtus, 10, æ.426. interitus, 10,ae.814
Lautæ carinæ, 8.æ 361
Lenęus honos, 4,ae.207
Lepores canibus venari, 3,g.410
Lerna horrendum ridens, 6,ae.287 Alcidæ arcu tremefacta, 6,æ.83
Lesbos inſula, 2,g.90
Lethe amnis apud inferos, 7,ae.710 obliuionem inducit, 6,ae.799
Leucates mons, 3,æ.274
Lex pacis, 12,ae.183
Libethrides nymphæ, 1,g.34
Libidinis vis noxia bobus & equis, 3, g.210
Liger, 10,æ.576

Ligur malo assuetus, 2,g.168
Ligurum perfidia, 11,æ.715
Lilybeium promontorium, 3,æ.706
Lipare insula, 8,æ.417
Lituus Quirinalis, 7,æ.186
Locri Naritij, 3,ae.399
Lolium infelix, 5,ec.37
Loros ouibus prodesse, 3,g.394
Lucifer stella, 8,æ.589
Lucina,3,g.60. casta,4,ec.10
Lucrinus lacus, 2,g.161
Luctus apud inferos locus, 6,ae.274
Lugentes campi apud inferos, 6,æ. 441
Luna tempestatum significatrix, 1,g. 353,& 396
Lupercal, 8,æ.343
Luperci nudi, 8,æ.663
Lupi, 3,g.264. eorum vlulatus,1,g. 480
Lupi Mœrin videre priores, 9, ec. 54
Lupinus,leguminis genus, 1,g.75
Lustralia exta, 8,æ.183
Lycaon Cnossius, 9,æ.304
Lycas ex matris peremptæ vtero exsectus, 10,æ.316
Lycurgus,rex Thracum, 3,æ.14
Lynces Bacchi variæ, 3,g 264
Lycię sortes, 4,æ.346
Lycus,9,æ.545. fluuius,4,g.367
Lycymnia, 9,æ.445
Lyrnessius Acmon, 10,æ.128

M

Machaon dux Græcorum, 2.æ.263
Męandro duplici currens purpura,5, æ.251
Męotica tellus, 6,æ.799
Magalia, 4,æ.259
Magus mortem deprecatur, 10,æ. 521
Magicę artes, 4,æ.493
Maia Mercurij mater, 8,æ.138
Mali aurei seu citrini descriptio & vsus, 2,g.127
Malitiæ exquisitę exemplum, 1,g.280
Manium expiandorum mos, 3,æ.64
Mālius Tarpeiæ arcis custos, 8,æ.650
Mantua miserę nimium vicina Cremonæ,9,ec.28.vnde dicta, 10,ae. 200
Manto Tiresiæ vatis filia, ibidem.
Mapalia, 3,g.340
Marcellus Octauię sororis Augusti filius,quē Augustus sibi adoptauit, 6,æ.860
Marij, 2,g.170
Marpesia cautes, 6,æ.471
Marrubia gens, 7,æ.750
Mars dictus Gradiuus, 3,æ.35
Marsi, 7,æ.758
Massicus, 10,æ.165
Matrimonij fructus, 1,æ.78
Maurusia gens, 4,æ.206
Medus, 2,g.134,& 4,g.210
Megari sinus, 3,æ.689
Megęra,furia tartarea, 12,æ.846
Melquomodo eximendum, 4,g.228
Mella fluuius, 4,g.278
Melampus Amythaonis, 3,g.550
comes Herculis, 10,æ.320
Melibœus, 7,ec.
Melicerta, 1,g.437
Meliphyllum herba, 4,g.63
Melite & Thetis, 5,æ.825
Memmi genus, 5,æ.117
Memnon orientalium rex, 1,æ.493
Mendaciorum mirus artifex Sinon,2, æ.69,& deinceps.
Menelaus Græcorum dux, 2,æ.264
Deiphobum in lecto obtruncat,6, æ.523
Menœtes in mare præcipitatur, 5,æ. 173
Mensę comestæ Troianis, quas edere religiosum erat, 7,æ.116
Mephitis grauissimi odoris, 7.æ.84
Mercurius,4,ae.558. eius habitus, 4,æ.234. ad Didonem mittitur, 1,æ.301. hortatur Æneam ad profectionem, 4.æ,265
Meridiei periphrasis, 4, g. 401. descriptio, ibidem
Merops auis, 4,g.14
Mesapus peculiari fato tectus à ferro 7,æ.691. Latinorum ductor,8,æ.6.

equũm domitor, 7,æ.691
Metabus Camillę Amaz.pater 11,æ. 540
Metiſcus auriga Turni, 12,æ.469
Metius Suffetius Albanorũ dux equis dilaniatus, 8,æ.642
Metus apud inferos locus, 6,æ.276
Mezentius Latinorum dux, Deũm cõtemptor, 8,æ.7. pro Turno pugnæ ſuccedit, 10,æ.689. crudelis, 8,æ. 484. comparatur apro & leoni, 10, æ.707. vulneratur, 10, æ. 785. interimitur, 10.æ,907
Mincius fluuius, 8,ec.14,& 10,æ. 206
Milij ſatio, 1,g 215
Minos iudex apud inferos, 6,æ.432
Minotaurus, 6,æ.26
Miſeni fabula, & mors, 6,æ.162 claſſicum cecinit,3,æ.239. mons ab eo dictus, 6,æ.174
Mneſtheus, 9, æ. 779.& 12,æ.127.a quo Memmij genus & tribus,5, ae. 117
Mœris, 9,ec.1. faſcinator, 8,ec.98
Melorchi lucos relinquens, 3,g.19
Moloſſus acer,de cane dictum, 3,g. 405
Monſtra domita ab Hercule, 8,æ. 289
Monſtra inferni, 6,æ.274,& 285
Montis excelſi deſcriptio, 4,æ.247
Mopſo Niſa datur, 8,ec.26
Morbi pallẽtes apud inferos habitãt, 6,æ.275
Morini extremi hominum, 8,æ.727
Morientium affectus, 4,æ.688
Mortis periphraſis, 10,ae.746
Mortis inſtantis effigies, 4,ae.409 metus,9,æ.341. mortis non vulgaris exemplum,4,g.521. apud inferos locus, 6,æ.277
Mulieres ſunt inſtabiles, 4,æ.569 muliebris audacia, 5,æ.66 muliebris metus, 5,æ.675
Muſęus vates, 6,æ.667
Muſica in conuiuiis, 1,æ.744
Mutuſcę oliuiferę, 7,ae.711
Mycenę fortes, 3, g. 121. clarę,1,ae. 288
Mycon paſtor, 7,ec.10
Mycone inſula, 3,ae.76
Myrtus, 2,g.447,& 4,g.124, Veneri ſacra, 7,ec.62
Myrmidones Achillem ad bellũ Troianum ſequuti ſunt, 2,ae.7
Myſia, 1,g.102
Myſus Caicus, 4,g.370

N

Naiades, 10,ec.10
Nais candida, 2,ec.46
Nar fluuius ſulfurea aqua albus, 7,æ. 517
Napeę deę ſyluarum, 4,g.535
Narciſſus purpureus, 5,ec.38
Naricia pix, 2,g.438
Naricij locri, 3,ae.399
has Naturę ne poſſim accedere partes, 2,g.484 naturę apibus additę, 3,g.149
Nauale certamen, 5,ae.114
Naues Æneę verſę in nymphas, 10, ae.220 Nauis periphraſis, 3,ae.191 Nauium Troianarum incendium, 5,ae.660
Nautes ſenex, 5,ae.704
Nautę primi obſeruarunt ſtellas, 1,g. 136
Naxos inſula, 3,ae.125
Nealces, 10,ae.753
Neapolis Virgilium aluit, 4,g.503
Nemora Æthiopum canentia lana,2, g.120
Nemea ſylua, 8,ae.295
Nemus Argileti, 8,ae.345
Neoptolemus,3,ae.469. Achillis filius, 2,ae.540
Neptunus equis per mare fertur,5,æ. 816. tempeſtatem ſedat, 1,ae.136 Troianorum mœniorũ extructor, 9,ae. 144. euerſor, 2, ae.610. Æneam nube eripuit, 5,ae.809. ad Venerem, 5,ae.799, eius comitatus, 5, ae.822. tridens, 1,ae. 149
Nereus grandęuus,deus maris, 4,g. 391

Neritos ardua saxis, 3,æ.271
Nigra agna Eumenidum matri offertur, 6,æ.245
nigri iuuenci Hecatæ, 6,æ.243
Nilus fluuius, 3,æ.29
Niphates relegatus, 3,æ.30
Nisæe nympha, vel Nesæe, 5,æ.826
Nisus, vide in Euryalus. Nisus pro amico Euryalo se offert, 9,æ.424
Nisi & Euryali historia, 9,æ.176
amor eorum mutuus, ibidem
Nisi ad Lunam oratio, 9,æ.403
Nisus in Haliætum versus, 1,g.404.
eius odium in Ceirim, 1,g.405.
eiusdem & Scyllę fabula, ibidem
Noctua serenitatis index, 1,g.403
Nocturna sacrificia Plutonis, 6,æ.252
Nomentum vrbs, 7,æ.712
Noricum, 3,g.474
Notus ventus. 1,æ.84. pecori, satis & arboribus siniſter, 1,g.444
Nox sopora, 6,æ.39
Noctis locus apud inferos, 6,æ.39
Noctis descriptio, 4,ę 522 & 8,æ.26,& 9,æ.224. eiusdem initium, 2,æ.268
Nubigenæ bimembres, 8,ae.293
Nucum spargēdarum in nuptiis mos 8,ec.30
Numæ Pompilij periphrasis, 6,æ.810
Numanus cognomento Remulus, 9,æ.592
Numero Deus impare gaudet, 8,ec,75
numerum lupus non curat, 7,ec.52
Numitor Albæ rex, 6,æ.768
Numicus fluuius in Latio, 7,æ.706
Nuptiarum inauspicatarū prodigia, 4,æ.167
Nursæ montosæ, 7,æ.744
Nympharum nomina, 4,g.336
Nysa mons, 6,æ.805

O

Oaxis fluuius rapidus, 1,ec.66
Oceanitides, 4,g.341
Ocnus, Mantus filiæ Tiresiæ vatis filius, Mantuam cōdidit, & de nomine matris vocauit, 10,æ.298
OEbalia, 4,g.125
OEbalus, 7,æ.734
OEchaliam Hercules euertit, 8,æ.291
OEnotria Italię regio, 7,æ.85
OEstrum, 3,g.138
Oleæ cultura, 2,g.40
olea pacis signum, 7,æ.154.& 11,æ.101
oleaster oliuæ non inserendus. 2,g.302
Olearos insula, 3,æ.126
Oleo labēte palęstras exercēt, 3,æ.281
Oliuę varię, 2,g.85
Olus in dumis, 4,g.130
Omen, 5,æ.522
Onagros timidos cursu agitare, 3,g,409
Oraculum Sibyllę, 6,æ.80. perperam intellectum & interpretatum ab Anchisa, 3,æ.102
Oratores Æneę ad Latinum, 7,æ.153
Orcus pallidus, 1,g.272
Oreades, nymphæ montium, 1,æ,504.
Orestes insanus, 3,ae.331.& 4, ae.461, obtruncat ad aras patrias Pyrrhū 3,æ.332
Orichalco albo squalēs lorica, 12,æ.87
Oricia terebinthus, 10.ę.136
Orion, 3.æ.517.& 719. & 10,æ.763. aduersus nauigantibus, 4,æ.52.
Orithya Erichthei filia, Boreę vxor, 12,æ.83
Ornytus, 11,æ.677
Ornus sterilis, 2,g.111
Orodes, 10,æ.737
Orontes Lycię classis ductor, 1,æ.117. & 6,æ.334. ad Acherontis vada, ibidem
Orpheus Threicius sacerdos, 6,æ.545. Orphei & Eurydices fabula, 4,g.454. luctus ob amissam coniugem, 4,g.465.& 566. eius descensus ad inferos, 4,g.467. cantus, 4,g.471. interitus, 4,g.520. eius cithara septē chordas habuit, 6,æ.646
Orses, 10,æ.747

Orsilochus, 11,æ.690
Ortygia insula, olim Plemmyrium, 3,æ.692
Oscorum manus, 7,ae.730
Ossa mons, 1,g.281
Osinius rex, 10,æ.655
Ostrum,12,æ.126. Sarrhanum,2,g. 506. Tyrium,3,g.17
Otia agere, 3,g.377
Othrys mons Thessalię, 7,æ.675
Ouantium ritus, 7,ae.698
Ouibus quid lac augeat, 3,g.391
Ouium commoditas,3,ae.384. pascua,ibidem. scabies & febris, 3, g.440. cura,3,g.296

P

Pachyni promontorij saxa proiecta, 3,æ.699
Paciferę oliuę, 8,g.116
Pacis leges, 12 ae.175
Paciſci vitam pro laude, 5,ae.230
Pactolus fluuius, 10,ae.142
Padus fluuius, 9,ae.680
Paduſa fluuius, 11,ae.457
Pęan,vox exultantis, 10,ae.738
Pęstum oppidum, 4,g.119
Palęmon pastoris nomen, 3,ec.
Palęmon Inous, 5,ae.823
Palamedes, 2,ae.82
Pales pastorum vel pabuli Dea, 5,ec. 35.& 3,g.1.& 294
Palinurus Æneę nauta, 3,ae.513 visitur abÆnea apud inferos,6,ae. 137. eiusdem interitus, 5, ae. 857. & 6,ae.337
Palla signis auróque rigens, 1, ae.648
Palladium àGręcis raptum,2,ae.164. & 9,ae.150
Palladia sylua, 2,g.181
Pallanteum, 8,ae.340
Pallas Euădri filius ad Herculem 10, ae.460. exercitus eiusdem,8, ae. 518. hortatur ad pugnam, 10,ae. 369.eius interitus,10,ae.484
Pallas Troianis iniqua, 1,ae.483
Palladis auxiliis spes Danaûm stetit,2,ae.162.ad eam oratio Troianorum,3,ae.544. oratio Amatę & matrum Latinarum. 11,ae.483
Palma ardua, 2,g.67. Olympiaca, 3,g.49
Palmes lętus, 2,g.364
Palmus fugax, 10,ae.697
Pampinatione quando vtendum, 2, g.362
Pan pastorum & Arcadię Deus, 2,ec. 33.& 10, ec. 26. lunam fefellit, 3,g. 392. ouium custos,1,g.17
Panacea herba odorifera, 12,ae.419
Panchaia regio thuriferis pinguis arenis, 2,g.139
Pandarus fœdifragus, 5,ae.495
Pandari &Bitię historia & interitus, 9,ae.672
Pangea alta, 4,g.462
Panopea serenitatis dea, 1,g.417 nympha marina,5,ae.825, & 6,ae. 825
Panthus Phœbi sacerdos, 2,æ.319 eiusdem cędes, 2,æ.429
Pantagias fluuius, 3,æ.689
Papauer cereale quando serendum, 1,g.212.somniferum,1,g 78
Paphos Veneri sacra, 10,æ.51.& 85 Paphię myrtus, 2,g.64
Parcę, 1,æ.26,& 10,ae.419,& 12, ae. 147.concordes stabili fatorum numine, 4,ec.47
Parentatio, 5,ae.75
Parentũ erga filios affectus, 8,ae.574
Paris,7,ae.321, cum Darete contendere solitus,5,ae.370. pastor phrygius,7,ae.363. ab Helena hospitio acceptus,6,ae. 93. syluas habitauit,2,ec.61. Achillem interfecit,6,ae,57. eius iudicium,1, ae.32
Parnassus mons,6,ec.29.& 3,g.291
Paros insula niuea,id est marmorea, 3,ae.126
Parthenius, 10,ae. 747. saltus, 10, ec.57
Parthenopęus inclytus armis, 6,ae. 480
Parthenope Virgilium aluit, 4,g563
Parthi,4,g.211. leues,4,g.314
Parthus fuga fidens,versisque sagittis,3,g.31

Pascua vbi optima, 2,g.197
Pasiphae, 6,ae.447
eiusdem stuprum, 6,ae.25
Parauinę vrbis conditor Antenor, 1,æ.246
Patron ab Arcadia, 5,æ.298
Pauoris subiti descriptio, 3,æ.29
Pecorum ægrotantium signa, 3,g.464 & 495
Pedaminibus subleuandæ vites, 2, g. 358
Pegasus à Camilla interfectus, 11,æ. 670
Pelethronij Lapithæ, 3,g.115
Pelion mons, 1,g.281
Pelops humero insignis eburno, 3, g.7
Penates Troiani, 2,æ.293
Docent Æneam in somnis quò tēdat, 3,æ.148
Penthesilea Amazonum regina, 11,æ. 662
Pentheus insanus, 4,æ.469
Pergama & arx Iliaca, 3,æ.336
Pestis descriptio, 13,æ.137
vehementia, 3,g.484
Pestes multæ pecudum 3,g.471
Petilia vrbs à Philoctete condita, 3,æ. 402
Phæacum arces aeriæ, 3,æ.291
Phędra, 6,æ.445
Phaethōtiades, versæ in alnos, 6,ec. 62
Phaethōtis & Cycni fabula, 10,æ.189
Phanęus mons, 2,g.98
Phasis fluuius Asiæ, 4,g.367
Philippi campi, 1,g.490
Philomela, 6,ec.79
Phlegethon Tartareus fluuius, 6,ae. 551
Phlegyæ apud inferos locus, 6,ae. 168
Pholoe serua, Cressa genus, 5,æ.285
Phœnix, 2,æ.763
Pholus Centaurus, 2, g. 456. & 8,æ. 294
Phorci exercitus in comitatu Neptuni, 5,æ,824
Phorci filiorum septem in Æneam impetus, 10,æ.328
Phthia regio & vrbs, 1,æ.288
Phyllis, 3,ec.68, & 7,ec.14. & 10.ec. 37
Picus Fauni pater, 7,æ,48
in auem mutatus, 7,æ.189
Pietas, 3,æ.436
eiusdem exemplum, 2,æ.75
Pilumnus Deus, 10,æ.619
Pinus, 3,g.443
Piorum sedes apud inferos, 6,æ.662
Pirithous Thesei amicus, 6,æ.601
Pisæ ciuitas, 10,æ.179
Piscatio, 1,g.142
Pix Naricia, 2,g.438
Platanus arbor sterilis, 2,g.70
porantibus vmbras ministrat, 4,g. 146
Pleiades stellæ, 1,g.138
Plemmyrium, olim Ortygia, 3,æ.692
Pluuię, prędictio, 1,g.370
Pluton, Deus inferorum, 7,æ.327
Pocula coronandi mos, 3,æ.525
Polites Priami filius à Pyrrho interficitur, 2,æ.526
Polus vterque, 1,g.235
Pollio, 3,ec.74. & 4,ec.
Pollucis & Castoris moriendi vices, 6,æ.121
Polydori interitus, 3,æ.55
de eo prodigium, 3,æ.26
conquestus de sepulchro 3,æ.51
Polyphemus Cyclops, 3,æ.641
Pomorum cultura, 2,g.426
varietas, 2,g.20
Pompa funebris, 11,æ.73
Pontus venenis abundat, 8,ec.96
Populonia ciuitas, 10,æ.172
Populus arbor Herculi sacra, 7,ec.61
in fluuiis pulcherrima, 7,ec.66
eiusdem periphrasis, 2,g.68
Portenta, 1,æ.445. & 7,æ.64
Porsenna rex, qui Romam obsedit, 8, æ.646
Portunus Deus, 5,æ 240
Posthuma proles, 6,æ.763
Potitij & Pinarij Herculis sacrificuli 8,æ.269
Potniades quadrigę, 3,g.268

Prædarum decimæ Ioui dabantur, 3, æ.223
Prædictum a Ioue bellum Punicum, 10,æ12
Præmia naualis victoriæ, 5,æ.308
Præneste vrbs, 7,æ.682, & 8,æ.561.
eius fundator Cęculus, 7,æ.678
Precandi formula, 2,æ.689
Priamus Laomedontis filius, 8,æ. 138. eiusdem opes, 2,æ.484
eius erudelitas, 2,æ.146
eius domus capitur, 2,æ.494
eius fatum, 2,æ.550
eius cædes, 2,æ.550
Priamus Politæ filius, ex aui nomine dictus 5,æ564
Priapus, 7,ec 33
Principis boni officiũ & typus, 1,æ. 65,cura, 1,æ.184
vigilantia, 4,æ.560
Prima virtus, 6,æ.853
Priuernus,viri nomen, 9,æ.576
Procas Troianæ gloria gentis, 6,æ. 767
Procris, 6,æ.445
Prodigium horrendum, 3,æ.26
in Ascanio, 2,æ.680
nouum & dictu nefas, 3,æ.365
Prodigia inauspicatarũ nuptiarũ, 4,æ.167.quæ Iulij cædem præcesserunt, 1,g.466
Prodigiorum omen, 5,æ.524
Prognostica tempestatum, 1,g.334
pluuiæ, 1,g.350
ventorum, ibidem
serenitatis, 1,g.393
Prometheus,& eius furtum, 6,ec. 41
Promulus à Turno occiditur, 9,æ. 574
Proserpina, Iuno inferna, 6,æ.138
Proserpinæ vacca sterilis immolatur ab Æneâ, 6,æ.250
Prosperitate nimium animos attollimus, & modum seruare nescimus, 10,æ.501
Proteus vates, 4,æ.388
eius vaticinium, ibidem
transformatio, ibidem
Psythia vitis, 4,æ.269
Pudor incendit vires,5,æ.455. pudor iráque monstrat conferre manum, 9,æ.44.pudor mistus dolori armat in hostes,10,æ.398. pudor ingens imo in corde æstuat,10,æ.870. pudorem violare non vult Dido,4,æ. 27,pudor Didonis extinctus, 4,æ. 322
Pulchritudo,fragile bonum, 2,ec.17
Punicum bellum à Ioue prædictum, 10,æ.12
Putatio vindemiã sequitur, 2,g.405
Pygmalion, 1,æ350
Pyra Didoni exstructa, 4,æ504
Pyrus edura, 4,g.145
Pyra varia, 2,g.88
Pyracmon,vnus ex famulis Vulcani, 8,æ.425
Pyrgo Priami natorum nutrix, 5,æ. 645
Pyrgi oppidum, 10,æ.184
Pyrrhæ lapides, 6,ec 41
Pyrrhi ferocitas, 2,æ.469
interitus, 3,æ.332
Pyrrhicha certaminis genus, 5,æ.580

Q

Quadrifida quercus,7,æ.509. quadrifidæ fudes, 2,g.25
Quadrigæ ab Ericthonio repertæ, 3, g.113
quadrigę effudere sese carceribus, 1,g.512
Quadriiugus currus, 3,g.18.& 12,æ. 162
Quadrupedantum pectora, 11,æ.614
quadrupedante vngula, 8,æ.596
Quercens, 9,æ.684
Quercus Ioui sacra, 3,g.332
quercus habitę Graiis oracula,2,g. 16
Quirini imperium, 3,g.27

R

Ramus aureus, 6,æ.132
Ranę tempestatis indices, 1,g.378
loquaces, 3,g.431
Rapo, 10,æ.748
Rastris frangendę glebę, 1,g.94
Regem regisque insigne gerentem,

12,ae.289
regis infernii ianua, 6,æ 106
Relligione patrum multos per annos
seruata cupressus, 1,æ 715
relligio dira loci, 8,æ 349
Reliquiæ mortuorũ quomodo seruarentur, 6,æ 227
Remulus, 9,ae.593
Remus, 1,æ.295
Rerum omnium communio, 1,g.125
Rhadamanthus iudex inferorum, 6, ae.565
Rhamnetis cędes, 9,ae.325
Rhea sacerdos Vestalis, 7,ae 659
Rhenus fluuius, bicornis, 8,ae.727
Rhesus, 4,g.462,& 1,ae.473
Rhipheus, 2,ae.339
eiusdem cędes, 2,ae.426
Rhodope mons, 6,ec.30
Rœcus, 9,ae.345
Rogi alti, 4,ae.645
Roma rerum pulcherrima, 2,g.534
septicollis, 2,g.535
à Gallis Senonibus capta, 8,ae. 656
Romani, vnde dicti, 1,ae.280
Romani milites, 3,g.345
Romanarũ rerum descriptio, 8,ae. 626.eorum mos in exercendis tyronibus, 3,ae 162
reges, 6,ae.808
fata, 1,ae.285
imperium, 1,ae.290
maiestas, 12,ae.840
insignia 11,ae.534
regnum, 1,ae.283
strages, 1,g 490
Romanę arcis cõditor Euander, 8, ae.313
Romanę fortitudinis exemplũ, 6, ae.818
Romulus, 1,g 498
Rosaria Pęsti biferi, 4,g.119
Rubor puellaris, 12,ae.65
Rubus horrens, 3,g.315
Rufę oppidum, 7,ae.739
Ruris commoda, 2,g.458
cum vrbe collatio, ibidem
Rustica sacra, 5,ec.66
rusticę vitę encomium, 2,g 459
Rusticorum opera per hyemem, 2,g. 519
Ruscus herba, 7,ec.42
Rutuli populi, 7,ae.795
Rutulorũ stulta securitas, 9,ae.189
Rutulorum auxilium cõtra Æneã, 9,ae.370

S

Sabęi, 8,ae.706
molles, 1,g.57
Sabęum thus, 2,g.117
Sabella pubes, 2,g.167
Sabellicus sus, 3,g.255
Sabini vitę rusticę cultores, 2,g.532
Sabinarum raptus, 8,ae.635
Sacra peregrina, 3,ae.404
sacrorum ritus, 2,ae.133
Sagaris, 5,ae.263
Sages, 12,ae.651
Sagittariorum certamen, 5,ae.485
Salictum, 2,g 14
Salij sacerdotes, 8,ae.285
Salio prę reptus honor dolo Nisi, 5, ae.335
Salius interficitur, 10,ae.753
Salix, 2,g.84,& 434
lenta, 5,ec.16
Salices viminibus fœcundę, 2,g.446
Salmonei apud inferos locus, 6,ae. 595
Salsę herbę dandę pecoribus, 3,g. 395
Same, insula Vlyssis, 3,ae.270
Samos Iunonia, 1,ae.20
Samus Threicia, 7,ae.208
Samothracia, 7,ae.208,
Sanguinis guttę ex arboribus, 3, ae. 28
Sarnus fluuius, 7,ae.738
Sarrastes populi, 7,ae.738
Saticulus populus, 7,ae.729
Saturnia arx, 8,ae.359
Saturnia tellus, Italia, 2,g.173
Saturnia Iuno, 1,ae.27
Saturnus, 2,ae.538.legislator Italorũ, 8,ae.322.eius equus, 3,g.92. eiusdẽ fuga ,8,ae.320.stella frigida, 1,g.355
Saturni gens, haud vinclo nec legibus equa, 7,ae.204

Scæa porta, 3,æ.351
Scelus eluitur, aut exuritur, igni apud inferos, 7,æ.742
Scilla herba, 3,g.451
Scipiones duri bello, 2,g.170
duo fulmina belli, 6,æ.842
clades Libyæ, 6,æ.843
Scorpius signum cœleste, 1,g.35
Scrobes quales faciendæ, 2,g.260
Scylaceum nauifragum, 3,æ.58
Scylla monstrum, 6,ec.74. & 1,g.405
Scylla nauis, 5,æ.121
Scyria pubes, 2,æ.477
Scythæ, 3,g.349
Scytharum venatio, & viuendi ratio frigora, potus, 3,g.371
Sebetis nympha, 7,ae.734
Securitas nimia, 9.æ 316
Seditionis descriptio, 1,æ.152
Segetum vitia, 1,g 150
Selinis ciuitas palmosa, 3,æ.75
Senectus tristis, 3,g.67
eius apud inferos locus, 6,ae. 275
animi vires non debilitat, 9,æ. 610
Senilis consilij commêdatio, 5,æ.704
Seres populi, 2,g 121
Serranus, 9,æ.335
sulco serens, 6,æ.844
Serenitatis indicia, 1,g.393
Serestus, 5,æ.487, & 10 æ.542
acer, 9,æ.779
Sergestus, 1,æ.514, & 5,æ.121, & 282.
à quo Sergia domus, 5,æ.121
Serpens ex adytis prorepens, 5,æ.85,
siti asper, 3,g.434
Serpens inter pateras anguis, 5,æ.91
Serpyllum herba, 4,g.31
Serui olim non militabant, 9,æ.547
Seuerus mons, 7,æ.713
Sibyllæ folia, & vaticinandi mos, 3,æ. 445. oraculum, 6, æ. 82. cum Ænea ad inferos descensus, 6,æ.445
Sicani populi, 8,ae.328
Sichæi interitus, 1,æ.352
Sichæus Didoni in somnis apparet, 1,æ.366
Sicilia, dicta Trinacria à tribus promontoriis, 3,æ.554
eiusdem situs. ibidem
Sicyonia bacca, 2,g.519
Siderum descriptio, 1,g.240
Sidera quę nautę obseruãt, 3, æ.516
Sidicina æquora, 7,æ.727
Sigeum promontoriũ Troiæ, 2,æ.312
Silarus fluuius, 3,g.146
Silenus, 6,ec.
Siler molle, 2.g.12
Simois fluuius, 11,æ 257
rapidus, 5.æ.261
Sinon mendaciorum mirus artifex, 2, æ.69 vinculis liberatur, 2,æ.145
Sirenes monstra marina, 5,æ.864
Sirius stella, 3,æ.141
Sol tempestatum & bellorũ nuntius, 1,g.463
Somnus, 5,æ.838
sub dio cur noxius, 3,g.435
ferreus, 10,æ 745
Lethi consanguineus, 6,æ.278
ad Palinurum, 5,æ.843
eiusdem vis, 5,æ.838
eius portę duę, 6,æ.893
eius sedes apud inferos, 5,æ.838
Soractis arces, 7,ae.696
Sortes Lycię, 4.æ.346
Sparta ciuitas, 2,æ.577. & 10,ae.92
Spartanę virgines, 1,ae.320
canes, 5,g.405
Sparus, telum rusticum, 11,ae.682
Sperchius fluuius, 2,g 487
Spinus pruna ferens, 4,g.145
Stella vię dux, 2,ae.694
Stellę cadentes, 1,g.365
Stellio animal, 4,g.243
Steropes vnus ex famulis Vulcani, 8, ae.425
Sthenelus Grecorum dux, 2,ae.261
à Turno occisus, 12,ae.341
Stimicon, 5,ec.55
Stipulę volantes, 1,g.321
Strophades insulę, 3,ae.209
Styx fluuius inferni, 1,g.243, & 4,g. 480. & 6,ae.385. & 439
iuramentum Deorum, 6,ae.323
Sucro Rutulus, 12,ae.505
Superstitionis exemplum, 2,ae.225
Sus alba, 3,ae.390
Syluanus, syluarum deus, 10,ec.24

Syluę descriptio, 9,ae.381
Syluia Tyrrhi filia, 7,ae.487
Syluius Æneas, 6,ae.769

T

Taburnus,mons Campaniæ, 2.g.38
Talpæ oculis capti, 1,g.185
Tanager fluuius, 3,g 151
Tanais fluuius Scythiæ, 4,g.517
Tapsus insula, 3,æ.689
Tarchon, 8,æ.506,& 10,ae.153, & 290,& 11,æ.727
eiusdem ad suos hortatio, & interitus, 10,æ 294
Tarentum, 2,g.197
Herculeum, 3,æ.551
Tarpeia arx, 8,æ.346,& 652
Tarquinij reges Romanorum, 6,æ. 817
Tarquitus, 10,æ.550
Taurorum pugna, 12,æ.715
pestis,3,g.515. quantum victi doleant.3,g.225.ignem naribus spirãtes,2.g.140
Taxus arbor Aquilonem & frigora amat,2.g.112
Taygete, 4,g.232
Taygeti canes, 3,g 44
Teda arbor, 2,g.431
Tegea,opidum Arcadiæ, 5,ae.299
Teleboæ, 7,ae.735
Telon, 7,ae.734
Tempe frigida, 2,g.469
Tempestatis subitæ descriptio, 1,æ. 81.& 3,æ.192.& 4,ae. 160.& 5, æ.8, prognostica,1,g.312
à Neptuno sedatur, 1,æ.127
Tempus irreparabile, 3,g.284.& 10 æ.467.consumit omnia, 9,ec.51.eius longinquitas magnam fert rerum mutationem, 3,æ.415
Tenedos insula, 2,æ.21.& 204
Tereus in auem mutatus, 6,ae. 78
Terra est optima,quę sępe exhalat nebulam,2,g.217.pinguis,salsa, dēsa, grauis,humida,putris,frumētis optima nigra, ibidem
Terræ qualitas quomodo exploranda,2,g.177.motus,1,g.475, varietas,2,g.177
Teucrus,à quo Troiani, 3,æ.108
Thaleia musa,6.ec.2,& 4,g. 338, & 5, æ.526
Thermodon fluuius, 11,æ.659
Theseus infelix, 6,æ.618
Proserpinam rapere conatus, 6,ae. 393
Thessaliæ montes, 7,æ.675
Thetis, 4,ec.32.& 5,æ.825
Thraces quondam sub Lycurgo,3,ae. 13
Thus in Arabia crescit, 1,æ.421
Thymbra herba, 4,g.31
Thymbri & Laridis similitudo, 10, æ.391
Thymœtes, 12,ae.364
Thymum,herba, 7,ec.37
Thyrsis pastor, 7,ec.16
Tyberinus fluuius, 4,g.369,& 7. æ.797.& 8,æ.31
Æneę in somnis apparet, 8, ae.31
Tybris rex, 8, ae 330
Tybris fluuius, 5,ae.796.& 7,ae.303 & 435.& 8,ae.64.& 330
vnde dictus, 8,ae 331
constitit, 8,ae.86
Tibur superbum, 7,ae.630
Tigris fluuius, 1,ec.63
Tigris nauis, 10,ae.166
Tigris fera,5,ec.29.pessima,3, g. 248.
Hyrcana, 4,g.367
Tilia arbor, 4,g.183
Timauus fluuius, 3,g.475.& 248
Timor ad fugam veloces facit, 8.ae. 224.animos degeneres arguit, 4,æ. 13 timoris natura.3,ae.29. eiusdem effectus,12,ae.868.& 3.ae 47
Tineę,durum genus, 4,g.246
Typhis, 4,ec.34
Tysiphone apud inferos, 6,ae.555
pallida, 3,g 551.& 10,ae.761
vltrix, 6,ae 570
Tithonus, 3,g.48
Aurorę maritus, 1,g.447
Tityrus, 1,ec.
Tityus Terrę filius,6,ae.595.eius pœnę apud inferos, 6,ae.595
Tmarus præceps animi, 9,ae.685

Tmolus mons, 1,g.56
ferax vini, 2,g.98
Tolumnius augur,fœdifragus, 12,ae. 258.felix,11,ae.429.occisus, 12, ae. 460
Tonitrua,1,g. 320. sinistra, prospera, 2,ae.693
Tophus scaber, 2,g 214
Torquatus, 6,æ 825
Tarpeiæ arcis custos, 8,æ 652
Trabale telum, 12,æ.294
Trabea, 6,æ.188. & 612.& 11,æ.334
Trinacria Ætna, 3,æ.555
eius descriptio, 3,æ.572
Triones gemini, 1,æ.748
Triones nautæ obseruant, 3,æ.516
Triticum quando serendum, 1,g.219
Triton deus, 1,æ.148
Misenum submersit, 6,æ.173
Tritones citi, 5.æ.24
Triton nauis, 10,æ.209
Tritonia Pallas, 2,ae.170.& 615
Triuiæ sacerdos, 6,æ.35
Triuiæ lucos petit Æneas, 6,æ.13
Triuia Hippolytum abscondit,7,æ. 774
Triumpho triplici Romana mœnia inuectus Cæsar, 8,æ.714
Troia Neptunia, 2,æ 625
cum nomine occidit, 12,æ.828
autor eius Apollo, 3,g 36
eiusdem excidij descriptio, 2,ae. 325
Troia vrbs in Sicilia ab Ænea exstructa,5,ae.755
Troia ludus, 5,ae 602
Troianorum origo, 3,æ 165
cur eis inuisa luno, 1,æ.30
reliquiæ ad Æneam collectæ, 2,æ. 795,fames,7,æ.110.lætitia,postquã fatalis terra est cognita, 7,ae.120. dona Latino data,7. æ. 242. cædes, 9,æ.515 naues à mulieribus incensæ,5,æ.660
Troilus Priami filius, 1,æ.478
eiusdem interitus, ibidem
Tubæ inuentores Tyrrheni, 8,æ.526
Tulla,vna sociarum Camillæ, 11,ae. 656
Tullus Hostilius, 6,æ.814. & 8,ae. 644
Turris ruina in Græcos, 2,æ.460
Turnus insanus Rutulos ad arma hortatur,7,æ.577. qualis in bellum procederet, 7,æ.780. leoni comparatur, 12,ae.4. falsam Æneæ sequitur imaginem,10,æ.657. Pallanti congressus eum interficit, 10, æ.473. ad Æneam, 12,æ.894. ad Faunum,12, æ 776. occiditur ab Ænea,12,æ 928
Turni virtus absente Ænea, 12,æ, 324 ducum & sociorum eius catalogus,7,æ.647 generositas, 12,æ. 8,intra ciuitatem Troianorum rabies,9, æ 728. magnanimitas. 11, æ.390 ad Iouem conquestio de turpi fuga, 10,ae.668. rabies in mortem vltro ruentis,12,ae.895, cum Ænea conflictus, 12,æ.895.
Tuscus vel Thuscus amnis, 10,æ.200
eius filius Ounus,ibidem. eo clauditur Arcades,8,æ.473. illi proximi Aurunci & Rutuli,11,æ,316
Tuscus Tiberis, 1.g.499
Tydeus Thebanorum dux, 6,æ.479
Tympana,2,g.444. matris Idęę,11, æ.619
Tyndaris, 2,æ.569.& 601
Typhœus Terræ filius, 1,g.279,& 8, æ 298
Typhœo imposita Inarime, 9,æ. 616
Typhoëa tela, 1,æ.669
Tyrannidis exemplum, 1,ae.351
Tyrannorum vita incerta, 6,ae.64
Tyres, 10,ae.493
Tyrrhena regna,8,ae. 607. arua,8, ae.560. oppida,11,ae.581
Tyrrhenum æquor, 1,ae.67
Tyrrheni infensi Mezentiũ oderat 10,ae.689. primi tubam inuenerunt,8,ae.526. eorum cum Troianis bellum,10,ae.691
Tyrrhus,7, ae. 485. vocat agmina, 7,ae.508.eius filius Almon, 7, ae. 532.
Tyrus, 3,ae,350

Tyrii bilingues, 1, æ. 665. coloni Carthaginis, 1, æ. 17
Tyriorum accusatio, 1, æ. 545
Tyrium ostrum, 3, g. 17
Tyriæ virgines, 1, æ. 340

V

Vaccæ quæ iam pepererunt, non mulgendæ, 3, g. 175
Valerus haud expers virtutis auitæ, 10, æ. 751
Varus poeta, 6, ec. 5. eius laudes ibidem.
Vcalegon Troianus, 2, æ. 316
Velini portus, 6, æ. 367
Velini fontes, 7, æ. 517
Venatio, 3, g. 370. eius apparatus pulchra descriptio, 4, æ. 130
Venelus legatus, 8, æ. 9. eiusdem responsum à Diomede, 11, æ. 243. interitus, 11, æ. 742
Venus, 8, æ, 608. venatrix obuia fit Æneæ, 1, æ. 320. ad Cupidinem, 1, æ. 667. ad Iouem, 10, æ. 18. expostulat cum Ioue, 1, æ. 233. ad Neptunum, 5, æ. 779. à Vulcano Æneæ arma impetrat, 8, æ. 380. offert, 8, æ. 608. sententiam Iunonis approbat, 4, æ. 105. à Diomede vulnerata, 11, æ. 277. sollicita pro Troianis, 5, æ. 780. Æneæ vulnus sanat, 12, æ. 416. equos eneruat, 3. g. 215.
Veneri loca sacra, 10, æ. 50
Venti prognostica, 1, g. 354. agentes frigora, ibidem.
Ventorum natura & patria, 1, æ. 56
Ventosa gloria, 11, æ. 708
Ver, 2, g. 323
Veris commoda, 2, g. 321
Veseuus mons, 2, g. 224
Vesper, 6, ec. 86, frigidus, 3. g. 336
Vesta, 1, g. 498. & 4, g. 384
Vesulus mons, 10, æ. 708
Veterum supplicandi ritus, 3, æ. 607
Vfens Latinorum dux, 8, æ. 6
Vicia leguminis genus, 1, g. 75
Vinum Scytharum, 3, g. 380
Virbius, 7, æ. 761
Viri à mulieribus facile vincuntur, 8, ae. 388
Viri est affectum ratione vincere, 4, ae. 395
Virtus immortales facit, 10, æ. 468
virtus in pulchro corpore gratior, 5, æ. 344
Vita hominum breuis, 10, æ. 467
vita rustica quomodo sit fortunata 2, g. 458
Vitibus simũ esse iniiciendũ, 2, g. 346
vitis Baccho sacra, 7, æ. 61
vitium genera, 2, g. 48. satio, 2, g. 319. plantatio, 2, g. 177. fossio, 2, g. 397. putatio, 2, g. 366.
Vitulorum cura, cibus, tractatio, vsus 3, g. 156
Vitula facere, 3, ec. 77
Vlmus, 2, g. 446
Vlua, 2, æ. 135
Vlyssis & Cyclopis fabula, 3, æ. 620
Vlyssis inuidia Palamedes interiit, 2, æ. 90
Vmbro, 10, æ. 544
Vngendorũ cadauerum mos, 6, æ. 212
Vulcanus pro igni, 2, æ. 312
Volsci populi, 2, g. 168, & 9, æ. 505
Volturnus fluuius, 7, æ. 729
Volusus, 11, æ. 463
Voluptate sua quisq; ducitur, 2, ec. 65
Votum quod fiebat apud veteres, dũ libabant diis vina, 1, æ. 735
Vrbis incommoda, 2, g. 495
vrbium conditores, ciuica corona insigniti, 6, æ, 772
Vri, 3, g. 532
Vrsi deformes, 3, g. 247
Vulgi diuersæ opiniones, 2, g. 39
Vulnera non tegenda, 3, g. 452

X

Xanthus, 1, æ. 477. & 4, æ. 143, & 5, æ. 634, & 803, & 6, æ. 88
Xanto nympha, 4, g. 335

Z

Zacynthus Vlyssis insula, 3, æ. 270
Zonarum & sphæræ ratio, 1, g. 233

FINIS.

V 497p
1583